

del estylo de la vanga de Jhu. de granada

HIERONYMI

OSORII, LVSITANI,

EPISCOPI SILVENSIS,

PARAPHRASIS

B-8674

IN ISAIAM:

LIBRI V.

*A
360*



COLONIAE AGRIPPINAE
Apud hæredes Arnoldi Birckmanni,

ANNO D. M. LXXIX.

Cum Gratia & Privilegio Cæs. Maiest.

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13

del estijpo de la vniuersidad de Salamanca B

HIERONYMI

OSORII LVSITANI,

EPISCOPI SILVENSIS,

PARAPHRASIS

B-8674

IN ISAIAM:

LIBRI V.

A
JA
360



COLONIAE AGRIPPINAE
Apud hæredes Arnoldi Birckmanni,
ANNO D. M. LXXIX.

Cum Gratia & Privilegio Cæs. Maiest.

ARNOLDVS
MYLIVS FRIMVRSEN
SIS, V. C. IOANNI METEL-
LO SEQVANO IVRIS.
CONSVETO.



SORII, ô Metelle, Siluensis Episco-
pi Paraphrasin in Isaiam, summum
illum Vatcm, quum tu mihi nuper de-
deras, magna cum voluptate, fructu-
que legi. Primum enim, quod nobilissi-
mus auctor eam ad te, amicissimus tibi, Roma misit in
Germaniam, locis adeo procul distitis; quid ni eam vt
scripsit, ita expedit, & probauit? Si probauit, quia vir
est & longè doctissimus, & rara pietate morumq; gra-
uitate multò clarissimus; eam equidem probare debeo.
Nec eam ab vna tantum re laudo ac probò. sed pro-
pter multas, neque leues, causas. Eò præterea adce-
dunt, illustria testimonia hominum in Sacris litteris
præstantium, qui eam etiam non mediocriter commen-
dant. Quorum auctoritas, non apud me solum pondus
habet: verum etiã eos adscit, qui prudẽtia, doctrinaq;
præcellunt. Quæ ceriè ita eos mouet, quàm quæ ma-
ximè. Quid multis? Osorius Isaiã sententiam di-
lucidè, quod caput est, ac paucis, explicat. Mysteria cū
opis, quaque datur, acutè perscrutatur. Verbis vitur
proprijs, splèdidis, et ex puro Latina lingua fonte han-
stis. Porro: cùm vnã pietatem potissimùm hinc spe-
ctet; & sibi eam, quò tela dirigat, in metam, permouen-

EPISTOLA

dis ad honestas actiones animis, constituat: magna ex parte sic interpretationem ad vim verborum Isaie, temperauit; vt scribēs ipse, non ipse, sed Vates ille, nomū quam fulminans, loqui prope videatur. Nam, ne quid de ceteris dicam, acres adfectus, ac varijs in rebus, pro rei natura sæpè varios adspersit; ad scelerata vitæ detestationem: & vnum, quo collimat, totis viribus amplectendum studium virtutis. Itaque; qua valet eloquentia, dicendiq; sapientia, relinquit aculeos in hominū mētibus, eximia sanctitatis plenos. Hic .n. fructus, ac scopus, Sacrarum literarum studioso, tamquam præcipuus proponitur: vt primum ex earum lectione, recta de Deo cogitet; deinde, spiritu per eas erectus, ad diuinarū rerū contemplationem paulatim adurgēs, ex terra sursum rapiatur, ac simul vitā, sic pia sæpè ac multum meditando, corrigat, & emendet. At verò: etsi minime dissiteor: eos, qui proluxa commentaria in hunc diuinissimum Vatem consecerunt; in ijs, singula, quæ ad res spectant, & verba, penè minutatim, scrupulosèq; ponderare: omnem ergo Prophetæ cælestis eruditionem eruere, magna contentione atque diligentia; multa, quæ in eo sunt abstrusa; plurima, quæ perobscura; vbi præfertim, ventura Vates nuntiat; exponere: vt hoc equidem nomine, maxima laude digni videantur: Ad tamen: nonne ille, qui non nisi vna eaq; potiore Vatis sententia contentus; eam, quem ad modū Oforius, cum nostris moribus, Christianaq; doctrina, ac vita cōparat; et paucissimis conclusam ipse, insigniorib. personarū, rerumq; circūstantijs breuiter, vti decet, illustrat ac dilatat: nonne igitur præclare ille; sic enim certè sentio; de vniuerso Ecclesia, Populiq; cœtu,

mereri

AD METELLVM.

mereri credendus est: Hac enim scribēdi Paraphrasin ratione; vnus & vsus doctrina, & vim pietatis, simul exhibet. Vnus itaque, vnā duorum munus; Doctōris videlicet interpretis, & Concionatoris, ministri verbi Dei; subit, ac præstat. Eo maiore quidem vtilitate, ac spe, de vniuersis benè merendi: quod Commentaria illa vasta; vtpote ardua plerumque ac difficilia, saltem crebris impeditarum subtiliumue questionum nodis, laboriosa; non sanè pueris, vel indoctis, aut plebi conscripta; sed ferè solis eruditis, composita fuisse, vix est qui nesciat. Paraphrases autem; quia verborum similib. continentur, & ijsdem coercentur, ipsæ omnib. et aequè indoctis ad captum, nempè clariore, atque doctis, scriptæ sunt. Neque tamen res, ad adcuratam auctoris, quæ explanandum suscipiunt, intelligētiam, ita negligunt: vt quæ eò necessaria, potissimāq; ex cōmuni eruditorum hominum iudicio putantur: ea omnia, ex copiosis illis vndique collectis Commentarijs & interpretibus, summa cura non delibet; & suis, qua è re est, locis interserant. Quinimò: siquis eas cum Commentarijs conferat; facile videbit, in Paraphrasi res rebus connecti, & ima summis ac medijs coniungi. Sic igitur in ea, continuato dicendi genere cuncta coherere: vt, ex quibus quæ res oriuntur: & quid, qua ex causa consequatur, quibus haud obscure perficiat. Quāobrem; perpetuus hic adferunt vnā connexarum ordo, non exiguam lucem adfert, auctoris percipiendæ sententiæ. In Commentarijs verò, res inter se mutuo copulatae disseccantur, et abruptis verbis; quib. ille orationis quidā, torrēs fragor, impetus, calor, ac vis, enervatur; quasi disiunguntur. Quò fit: vt Paraphrasis; quia cō

inuo ductu progreditur, ac fluit; non solum multo cō-
 dior sit Cōmentarijs, ad ea, q̄ animus concepit, vno
 eoz, viuo spiritu depromenda, vel explicanda: verum
 etiam, longè magis capax existat eloquentiæ, & ad eas
 adfectiones omnes commouendas aptior; quas oratio
 pia, pura, elegans, & ornata, recipit. Quis ergò non
 agnoscat, plus diuini, ac viui cœlestisque spiritus ed
 inesse Paraphrasi, quàm Commentarijs; quòd illa in
 eum et in cœliu intentior, vehementiùs animos nostros
 percellit; & nos fortiùs ad intuentã præclarè virtutis
 pulchritudinem adcendit? Dicam paucis, & clariùs.
 Ardentior pietas Paraphrasi; tamquam proprius eius
 finis; hæret. In Commentarijs, doctrina & interpreta-
 tio præcipuè spectari consuevit. Quare: quantò probi-
 tas est doctrina præstantior; tantò Commentarijs illis
 hac parte Paraphrases, ni fallor, antecellunt. Cùm
 hac igitur Osorij Paraphrasi, tot hisce sententiarum
 ornamentis ac verborum luminibus illustris, stylo per-
 elegans, viros elegantes serid delectet: ac diuinas res
 inuolutè ab Isaia narrat eas diligenter euoluat, & gra-
 uiter explicet: adfectionu deniq, vi, crebritateq, homi-
 nũ animos ad pietatem: et egregiæ Christianæ virtutis
 speciem et decus excitet, moueat, & inflamet: mihi tẽ-
 perare non potui, Metelle, quin eam cum pijs omnib.
 viris; inprimis verò cum nostris hominib. qui eius le-
 genda desiderio tenentur; communicarem. Sed agè;
 obsecro; quas etiam in Solomonis Sapientiam, Tobum,
 & Psalmos, Paraphrases conscripsit: eas ille tuo hor-
 tatus; tum sua in Osam, Zachariãq, & ad Romanos
 Epistolam, Commentaria; vel ad te mittat, vel edere
 saltem ne differat. Nã; quod ad eius illos quinq, libros

de

de Sapientia pertinet: breui, vt audio, prodibunt: nisi
 fortè Sebastianum Magnanimum Lusitanorum Regẽ
 in Africam iam recens suscepto Sacro bello, vnã cum
 alijs aliquot Lusitanis Episcopis impeditus, comitetur.
 Ego huic Paraphrasi, Capitum à Latinis distributorũ
 numerum, auctorem secutus; ac porrò Versiculos, in
 quos Isaias apud Hebreos diuiditur, illis adcommoda-
 tos; eo consilio suis locis adscripsi: vt ad qua Isaiæ ver-
 ba q̄ Paraphrasis partes; si quis vnã cõferre vellet; atti-
 neret, ob oculos statim poneretur. Et quoniam plurimũ
 interest in omni re ac disciplina qua traditur, compen-
 diũ aliquod; in quo, totius operis sũma partes, & cuius-
 que partis capita, & capitũ cuiuslibet mēbra, genera-
 tim cõprehendatur; vel saltem significantur; memoria
 tenere: præfixi Paraphrasi, singulorum Isaia Capitum
 abste collecta, & ex rerum in eis varietate, seduld, pe-
 ritè, ordineq, distincta, Membra. Nam; ex ijs rerũ or-
 do, series, ac methodus; & eorundem Capitum, & Ver-
 siculorum, argumenta; perspicuè, per paucis, & quasi
 per indicem; ostēduntur. Tu igitur, Metelle, ex tuo mu-
 nere confectum munus adcipe vel potiùs, munus tuũ
 munerì. Sed tamen librum vnũ donasti: ego
 plures ex eo manantes, & tibi, & Reipub-
 lica, quod felix, faustumq, sit,

per te largior.

Vale.

Coloniae Calendis Sextilis.

M. D. LXXVIII.

LIBRI VA= TICINII ISAIÆ

PARTES, CAPITA ET
MEMBRA.

EX QVIBVS; SYMMA QVAEDAM E-
ius Epitome, & singulorum eius Versiculorum argu-
menta; & ad Oſorrianam quoque paraphra-
sim accommodari poſſunt, quaſi
per indicem, oſtenduntur.

PARS I.

DE REGNO CHRISTI, ET TEMPO-
rum illorum, quib. Iſaias vixit cauſis,
Capita XII.

- LIBRA-
RAPH. I.
CAP. I.
cuius Ver-
ſiculi 1.)
Membrũ
capitis 1.
- DEVS OPT. MAX. populum ſuum ac-
cuſat. Verſic. 1.
1. Primum: ingrati- tudinis, acceptorum à
ſe beneficiorum. 2.
- Rebellionis, contra mandata. 3.
- Contumaciæ, contra correctionem.
2. Nullum exteriorem cultum, qui fide, cha-
ritateq; careat, adgnoscit; immò eum planè
tollit. 10.
3. Cordis ſinceritatem, & eius mandatis pa-
rere, tum demũ eſſe cultũ, qui gratus ei ſit. 16
4. Primam accuſationem, magis ſpeciati-
m Vates repetit. 21.
- II. 1. AMPLITVDINEM, & propagationem Ec-
cleſiæ Meſſiæ, prædicat, & eius aduentum, of-
ficiũq; a ciuẽs, per Gentes, ad Euangeliũ
vocandos. V. 1.
2. Excidium Iudaici populi, prænuntiat, &
eius rei cauſas adfert. 6.
3. Su-

3. Superbis, & ſimulachrorum cultoribus,
ab extremo iudicio minatur. 10.
- M. I. CALAMITATEM, & euerſionem, toti Iu-
daico populo, per Romanos inferendam; nũ-
tiat. V. 1.
2. Eccleſiæ, etiam in tanta calamitate, bona
fauſtaq; pollicetur. 9.
3. Eccleſiæ ſuæ Tyrannis, rigoroſè commi-
natur. 12.
4. Cõtra inhoneſtos & ſuperfluos ornatus,
mulierum populi Dei; atroces minæ. 16.
- M. I. MINAS illas in fœminarum luxum, profe-
quitur. Itaque maritos illis deſore. V. 6.
2. Crucis effecta, Eccleſiæ purificatio. 2.
3. Noui fœderis Eccleſiæ, ſingularem fauo-
rem promittit. 5.
- M. I. AB ELEGANTISSIMA Vineæ cum Iudai-
co populo comparatione; enarrat beneficia,
quibus Deus eum populum adfecit, & eius in
gratitudinem, & exciſionem. V. 1.
2. Populi peccata, nominatim explicat, &
eorum pœnas: primũ, in auaros. 8.
3. Contra conuiuia, & ebrietatem. 11.
4. In diuinarum comminationum irriſo-
res. 18.
5. Contra peruerſos diuinæ legis interpre-
tes. 20.
6. Contra ſuperbos, ſui arrogantes. 21.
7. In gulofos, & iniquos magiſtratus. 23.
8. Horribilis pœna: Iudaicique populi, ob ſu-
praſcripta crimina, abiectio. 25.
9. Deum; Romanos, in ræinam populi ſui,
euocaturum, animaturum, armaturumq;. 26.
- M. I. ISAIAS rationem vocationis ſuæ reddit. VI.
V. 13.
- * 5 & ſe

LIB. ISAIAE PARTES,

& se à Deo; cuius Maieſtatem deſcribit; in maiorem Iudaici populi cæcitatem, tum verò condemnationem, miſſum declarat. V. 1.

2. Eius Populi reiectio, & plena exciſio. 11.

VII.

V. 25.) M.

1. DEVS, conſpirantibus contra Hieroſoly mam Iſraelis & Syriæ regibus, Iſaiam mittit; quò regem Achazum, cui deſenſio promitti tur, animet. V. 1.

2. Deus Regi Achazo ſignum, in promiſſio nis cõfirmationem, offert. Id ille verò, ſimu latè recuſat. 10.

3. Deus nihilominùs, id ſignum ſuis dat. Ita que cum hæc, regni ſpiritualis Chriſti for mam exhibeant; clariffimis ſanè verbis, Chriſti ex Virgine Natiuitas admirabilis, prædicitur. 14

4. Regni decem Tribuum, per Affyrios, de ſtructio nuntiatur. 17.

VIII.

V. 22.) M.

1. DEVS; ſignum deſenſionis, quam proxi mo ſuperiore capite (V. 14.) promiſit, dat I ſaiæ; coram fide dignis teſtibus. V. 1.

2. Grauius decem Tribubus, quãrum ca lamitatum pars Iudam quoque maneat, idẽ minatur. 5.

3. Pij, certo Dei monitu ac fauore, con ſpire cum mundo prohibentur. 11.

4. Chriſtus: ſuorum Salus, & Sapientia: i demq; occaſio exitij Iſraelitis ac Iudæis. 14.

5. Decem Tribuum exitium, proſequi tur. 21.

IX.

V. 21.) M.

1. CALAMITATVM, Iſraelitici regni deſcri ptionem continuans; reſcit ad conſolationẽ populi Iudæ, & Eccleſiæ piorum; & ex occa ſione filij nati; qui typus Chriſti fuit; dul ciſſi

CAPITA, ET MEMBRA.

ciffimis verbis, Chriſti Natiuitatem; eius perſonam, & diuinam naturam & officium, deſcribens; celebrat. V. 1.

2. Iſraelitico regno, poenæ denuntiationẽ ſuã repetit. 8.

M. 1. DEVS; per Iſaiam; Tyrannis populi ſui Magiſtratibus, aduentum regis Babylonij X. minatur. V. 1. V. 14.

2. Babyloniorum regis inſolentiam: quòd ſibi, viribusq; ſuis, & induſtriæ; nõ verò Deo, cuius inſtrumentum erat, victorias ſuas ad tribueret; exponit. 7.

3. Hanc ob cauſam; ei Regi exciſio nun tiatur. 15.

4. Ad intentatas populo minas, reuertitur. 21.

5. Pios conſolatur, eiſq; vindictam de Ba bylonijs promittit; & à ſua ſeruitute liber tatem. 24.

6. Quò certiùs de minis intentatis conſtet: aduentum et iter Regis Babyloniorum in vr bem Hieroſoly mam; & terrorem, quẽ quo cumq; tranſiret, in cuſſurus erat; deſcribit. 28.

M. 1. SVB figura Zorobabelis, qui Iudaicum XI. populum ex Babylonica ſeruitute reduxit. V. 14. (1. Eſd. 2.2. Matth. 1.12) Meſſiæ natiuitas præ dicitur. & abundantia in eo donorum DEI; ſuis, peccati ſeruitute, & omni anguſtia, libe randis. V. 1.

2. Meſſiæ regnum Vates deſcribit, et eius po tentiam, officiumque. 4.

3. Certa Euangelij effecta: Regenerationis etiam; ſummæq; inter regeneratos concor dia, & charitatis. 6.

4. Regni

LIB. ISAIAE PARTES,

4. Regni Christi, inter electos, propagatio. 10.
 5. Reuertitur ad Iudæorum, à Babylonica seruitute, reductionem. (Esd. 1.) 11.
 XII. V.6.) M. I. CHRISTIANAM Ecclesiam, summi beneficij nostræ, per Christum, redemptionis, expéditionis sub reductionis populi Iudaici à Babylonica seruitute velo: ad alacritatem, & laudes Deo concelebrandas, exhortatur. V. 1.

PARS II.

PROPHETIAE VARIAE: QVIBVS
 Isaias vicinis Iudæorum populis Dei vindictam comminatur, Capita
 XXXVI.

- LIB. P. A. R. A. P. H. II. I. BABYLONIS, & eius Monarchiæ; per Medos & Persas; excidium prædicitur. V. 1.
 CAP. XIII. V. 22.) M. I. CONCIONEM causæ poenæ superscriptæ, XIII. V. 32.) M. I. continuat nempè: misericordiam, qua Deus populum suum excipiet: propter quam eum à Babylonica captiuitate in patriam reducet: Sub hoc ergo typo, congregationem Ecclesiæ Gentium, prænuntiat. V. 1.
 2. Populi Dei cantio, in morte Regis Babyloniorum: in qua; eius superbia, & depressa sublimitas, irridetur. 3.
 3. Redit ad Babylonicam euersionem. 22.
 4. Contra Palestinam. 28.
 XV. V. 9.) M. I. EVERSIO Moabitarum, ab Isaiâ nuntiat. V. 1.
 XVI. V. 14.) M. I. SENTENTIAM, contra Moabitas prosequens eius causas aperit, nimirum: illorum inhumana nita.

CAPITA, ET MEMBRA.

- nitatem, in homines populi Dei afflictos; superbiam & arrogantiam. V. 1.
 M. I. CONTRA Damascum, in cuius scedere, regnum decem Tribuum, maximè omnium confidebat. V. 1. XVII. V. 14.
 2. Hac ex occasione, ad comminationes euersionis decem Tribuum, reuertitur. 4.
 3. Sennacheribi contra Hierosolymitanos aduentus; eiusq; fuga: (Cap. 36. & 37.) 12.
 M. I. CONTRA Alexandriam vel, vt alij interpretantur, contra Aethiopiam. 1. V. 7. XVIII.
 2. Reductio populi sui: Et Ecclesiæ restauratio. 7.
 M. I. VATICINATVR, contra Aegyptum, Cuius calamitatem: nec eius idola, nec eius fertilitas, nec sapientia, vel antiquitas, neque munitio; in his enim, præ ceteris omnibus nationibus, spem omnem ponebat; auertent. V. 1. XIX. V. 25.
 2. Sed Deus qui eam ferijt, eam sanabit. Eam enim ad se conuertet. Sequit ei præbebit agnoscendum, suiq; in ea cultum propagabit, per quem, eam cum ipsis Assyrijs, qui eam ante adfixerant, scdere copulabit. 18.
 M. I. AEGYPTI, & Aethiopiæ, per Assyrios eueraturam captiuitatem, Deus confirmat. Isaiâq; Vati, in eius rei signum, præcipit; vt nudus ipse, & absque calceis, incedat. XX. V. 6.
 M. I. BABYLONIS, & eius monarchiæ excidium à Cyro, Isaias vates denuntiat. V. 1. V. 17. XXI. V. 17.
 Contra Idumæam, comminationes. 11.
 Contra Arabiam, minæ. 13.
 M. I. HIEROSOLYMAE, quod adeo criminibus indulgeat, & sic Dei minas irrideat, sua à Chalæis euersio denuntiat. V. 1. XXII. V. 25.
 2. Sobnæ

2. Sobnē verò Ezechie regis Oeconomo spē
ciatim prædicitur; ipsum, à suo deponendū
munere, et exitum tandem exitū esse subi
turum, Eliacimumque sufficiendum ei. V. 15

XXIII. I. CONTRA Tyrum, cuius condicio describi
V. 13.) M. tur. V. 1.

2. Ei promittitur restauratio & cū populo
Dei cōmunicatio; post annos LXX. V. 1.

XXIV. I. VATICINIVM excidij populi Israelitici,
V. 23.) M. propter suam rebellionem Et quodd, inita, cū
Deo pãcta, non feruaret. V. 1.

2. Mansuras huius excidij ruias, promit
tit; quibus regnum Mesiæ continuetur, quę
certę, gloriam Deo daturę sint. V. 14.

3. Redit ad priorem excidij populi Israelis
narrationem. V. 16.

XXV. I. ISAIAS, sub totius Ecclesię persona, gra
V. 12.) M. tias Deo agit; eiq; gloriam dat: quodd antiqua
sua iudicia, ac minas, in terrenę Hierosoly
mæ; eiusq; templi ruinam, peccatis eius pu
niendis, exercuerit. V. 1.

2. Conuiuij sollennissimi proposita simili
tudine; promittitur Euangelij noui fœderis
fruitio, & exercitium, in Sione & ad hoc, om
nes totius orbis populos vocandos. Eius aut
veros effectus indicat. Ecclesięq; pollicetur,
hostium suorum omnium interitum. 6.

XXVI. I. SVAVISSIMAM cantionem Isaias Vates di
V. 21.) M. ctat Ecclesię, quã cantatura sit, sensura liber
tate planę gloriosam & hostium suorū euer
sione gauisura, vbi Ecclesię stat⁹ describitur,
eumq; esse Dei curę, & in eius tutela. V. 1.

2. Eius hostium ruina. 5.

3. Pij officium, perpetuò sperare. 7.

Impij

4. Impij Tyranni populi Dei, fors; pœnam
non videre, sed sentire. 10.

5. Ecclesię fortuna; vñdis in Mundo, perpe
tuus, agitata. 17.

6. Eius firma, omnibus in ijs consolatio; eas
fore mométaneas; æternã verò eius gloriã. 19

M. I. DESCRIPTIO verę Ecclesię à sollicita Dei
de ea prouidentia & eiusdē, à cuius libera q.
dem electione ipsa propendat, egregio in e.
am amore. V. 15.

2. Eius, post captiuitatem, restauratio. 6.

3. Dei, in ea adfligenda consilium Atq; ma
lum, & ruina; quę eam, vbi castigata non fue
rit, consequitur. 7.

M. I. REGNI decem Tribuum, exitium. V. 1. LIB. PA.
RAPH.

2. Iudæ peccatum, contēptus verbi Dei, ac
legis, propter quod, Deus reformationē per
Mesiã, inter populi sui dociles, promittit
ac se seuerē, in rebelles animaduerturum. V. 29.

3. Quoniam; non æquē vnos Deus, atq; alte
ros, castigat; nec eovque adfligi Ecclesiam
finet suam, donec profus destruat. 23.

M. I. HIEROSOLYMORVM euersio prædicitur,
propter eius cęcitatē, obstinationē, & mina
rū Dei contemptum. Studet aut̄ ea ciuitas, ti
tulū populi Dei retinere, veruntñ nō ex ver
bi præscripto, neq; vera fide; sed proprijs in
uentis, & cū hypocrisis quidē; Deū colit. V. 1

2. Quod crimē; De⁹, se in eos, pter superiores
etiã ipsas debitas pœnas, animaduerturū; eos
q; pevera sapiētia spiritusq; priuatur; adserit
3. Ineos qui diuinã prouidentia negabāt: 15

4. Adhibē disad hæc omnia remedijs adu
tus Mesię, qui sapiētia, libertatemq; Popu
lo suo daturus sit, promittitur. 18. O M.

Cap. XXX. I. OMNE exitium populo suo Deus commi-
 natur, quòd vniuersam fiducia spem, contra
 Babylonios, in Aegypto collocaret. Illum e-
 nim Aegypti amicitiam, muneribus captare,
 & cætera. tum etiam; Prophetas, qui contra-
 rium suaderent, audire noluisse. V. 1.

2. Post hanc afflictionem; Deus, se comple-
 xurum misericordia populum suum, polli-
 cetur, sequè eum, à captiuitate liberaturum.
 Messias maximè. Nam; populum suū hic re-
 colliget, vero eum gaudio donabit, efficaci
 doctrina imbuet, & simulachrorum cultu re-
 purgabit; prosperitate lucèq; cumulabit. 18.

3. Redit ad promissam populo suo libera-
 tionem à Babylonica captiuitate quam ma-
 gna cum eorum lætitia, & Babylonis, hostiū.
 què populi Dei excidio, futuram commemo-
 rat. 27.

XXXI. I. IDEM argumentum, quod capite proxi-
 mo superiore. V. 1.

V. 9.) M. I. SVB REGIS Ezechia persona, prædicitur,
 XXXII. promittitur què Messia aduentus: eius item
 V. 20.) M. officia, & effecta; Populo suo, ad humanam
 miseriam accommodata. V. 1.

2. Obiter auari condicio, speciatim descri-
 bitur. Hunc Euangelij luce detectum iri. Ex-
 plum quippe singulare, omnem virtutis simu-
 lationem expositum iri. 5.

3. Redit ad Babylonicæ captiuitatis denun-
 tiationem. cōsecuturam ab ea liberationem,
 & Euangelij, cum eius effectis, promulgatio-
 nem. 9.

XXXIII. I. VLTRA Babylonicæ captiuitatis vatic-
 V. 24.) M. nium, cōcionem orditur, de Nabuchodon-
 fore

fore puniendo; vna orationi pro populo cà
 lamitoso, aliquas consolationis & nuntij, &
 libertatis partes, intermiscens. V. 1.

2. Nemo adè horrendas pœnas euadet;
 præterquam iusti, quorum legitimi iustitiæ
 fructus describuntur; & ex occasione, restitu-
 tionis patriæ; promittit, ipsos gloriosum
 Messia aduentum, atque regni sui restaura-
 tionem, renouationem, & amplificationem,
 visuros. 14.

M. I. VATICINATVR, Deū in Idumæos animad- XXXIV.
 uersurum & eorum prouinciæ deuasta- V. 17.
 tionem. In quam rem, ad omnes gēres; tan-
 quam ipsis iustitiæ spectaculum, & exemplū,
 editurus; a dclamat. V. 1.

M. I. SVB RÈDUCTIONIS populi ex Babylone, ty- XXXV.
 po, vaticinatur; de Messia aduentu, in perpe- V. 10.
 tuum suorum gaudium; de Ecclesiæ prosperi-
 tate, de què ad afflictis; & de admirabilibus si-
 gnis; quibus eum ipse probet, esse verū Mes-
 siam à Deo promissum, & expectatum à Mū-
 do. V. 1.

M. I. SENNACHERIEVS Assyriorum Rex, exerci- XXXVI.
 tum Rabface duce, Hierosolymam mittit; V. 22.
 obsidendæ vrbi. Qui dux; minis, & in Deum
 blasphemijs, Populo, vt se Sennacheribo de-
 dat, persuadere nititur. V. 1.

M. I. VATES Isaias; Ezechiam regem, Dei no- XXXVII.
 mine, contra Rabfacis comminationes, & V. 32.
 blasphemias, consolatur, & excitat. V. 1.
 2. Sennacheribus, denuò per lit teras blas-
 phemijs in Deū plenas, Ezechia minatur. 9.
 3. Quas coram Deo aperit eumq; rogat, ho-
 norem ipse suum tueatur. 14.

4. Deus per Vatem grauitèr Sennacheribo blasphemò minatur. Ezechiamq; Regem, & eius populum consolatur. 21.

5. In minarum Dei præstandam executionem; Angelus, in Sennacheribi exercitu cecidit vna nocte, CLXXV. hominum militia. Postquam verò in suum regnum redijt; ipse à filio obruncatur. 36.

XXXV. 1. REX Ezechias, morbo corripitur, morti V. 1.
V. 22.) M. fero. Oranti ipsi, Deus salutem per Isaiâ pollicetur & eius vitæ addit annos quindecim. In cuius pollicitationis fidem, signû ei dat, in horoscopo, siue sole.

2. Ezechias morbo leuatus, gratias agit Immortali Deo, pro cõcione in qua, morbum narrat, & salutis à Deo sibi restitutæ beneficium, celebrat. 9.

XXXIX. 1. EZECHIAS, omnes thesauros & opes, Babyloniorum Regis Legatis, iactabundus ostentat. V. 1.
V. 8.) M.

2. Hanc ob rē acriter à Propheta reprehenditur eiq; is minatur captiuitatem, & regno calamitatem quæ post, per Babylonios ad ciderunt ipse autem, Dei sententiam admittit. 3.

XL. 1. ADVENTVS MESSIÆ, à figura liberationis ex Babylonica captiuitate; promittitur, per Baptistam Ioannem nuntiat, & prægustus. V. 1.
V. 31.) M.

2. Effecta Euangelij: carnis vanitatem ostendere, & veram sanctitatem, felicitatem quæ in Christo constituere. Cuius officium ab pij sedulij pastoris similitudine, describitur. 6.

3. Item

3. Item Dei sublimitatem, sapientiam, potentiam, bonitatem conelèbrare, atque cultum idolorum, extirpare. 12.

M. 1. DEVS, simulachrorum cultum, vanitatis arguit, & conuincit probans, ab Ecclesie sue constitutione, & ab opere creationis; & à certa futurarum rerû prædictione, populo suo tradita; tum etiam, à singulari, quâ de his agit prouidentia; se, verum esse Deum & Idola, profus esse vana. Nam ipsa, nihil horum habere, neq; valere præstare. quinimò: materia, existere ligna, vel metallum, & cetera huiusmodi formâ verò, ipsa esse opus eorû, qui ea venerantur. Relatione autem; vanitatem, confusionem, & eorum qui illa colant, opprobrium planè testari. V. 1.

M. 1. A PERSONA Cyri liberatoris populi Iudaici ex Babylonica captiuitate, describitur persona Mesiæ, & eius officium: & ad id, à Spiritu Dei, à mansuetudine, à constantia, & reliquis, condicio & qualitas. A populi verò libertate, reductione quæ; Libertas Mesiæ gloriosa, & Ecclesie restauratio, prosperitas quæ cum Euangelij promulgatione patet. V. 1.

M. 1. Iudaicum populum feuerius pauldè redarguit; eiq; opprobrio dat; quòd Idololatricam cõplectatur, & sit rebellionis deditus; propter quæ scelera, ei denuntiat extremas calamitates. 17.

M. 1. PIOS, inter tot calamitatû denuntiationes, cõsolatur & erigit: certos reddès eos, de Deo egregia voluntate, amoreq; quo eos, in medijs illis turbis, tutaturus sit & ad extremû;

eos ex omnibus gentibus collecturus, quo
glorix suæ plena libertate perfruantur. V. 1.

2. Idola impugnat, à testimonio populi
sui; & admirabilium, quas eius causa gessit,
rerum; tum quas verò, gesturus sit eum à ca-
ptiuitate Babylonica, in quam eum, obcrimi-
na coniecit, liberaturus. 9.

XLIII.
V. 23.) M.

1. IDEM argumentum quod superiore pro-
ximo capite. Nā: secundo huius Membro Ido-
lolarum stoliditatem irridet quos mini-
mè pudeat; quidquid illud sit idolum in quā
colere, ac venerari: quod ipsum ex metallo
lignouè, aliaue quacumque ex re, fabricati
fuerint: & cuius pars, ipsis ad ignem, & alia,
feruerit. V. 1.

2. Populum suum exhortatur: quo, ab hac
planè abominanda stultitia, sibi caueat vt eo-
rum meminisse, velit, quæ propter ipsos fe-
cerit & quæ ipsi, de se manifesta reddiderit,
& promissionum, quas de eo liberando edi-
derit, quas per Cyrum: & in eo, quod figu-
ra expressum fuit, per Christum; præstabit. 6

XLV.
V. 25.) M.

1. DEVS Cyro, etiam multò ante quàm
nasceretur; quo populum Israeliticum à
seruitute Babylonica liberaret; suo nomi-
ne, Monarchiam assignat. Cui Cyro; quòd
fit is viuus Christi typus; proprios quoque
suos titulos, nimirum Messia, Liberatoris
populi sui, Dei absconditi; qui tituli, ad so-
lum Christum nominatim pertinent; adtri-
buit. V. 1.

2. Redit ad Deastrorum cultus, & summa
eorundem vanitatis reprehensionem. Se so-
lum esse verum Deum: ex vaticinio, quod
in

in Ecclesia sua firmet ex mundi creatione; &
ex sui Cyri vocatione: ita à figura, vti à figu-
rato: & à populi sui libertate, & cæteris; pro-
bans. 9.

M. I. IDOLORVM Babyloniorum ruinam, va-
ticipatur. V. 1. XLVI.
V. 12.

2. Populi sui idololatriam, carpit stolidā
in ea illius diligentiam, irridens. 3.

3. Ei, veram diuinitatem suam probat; ab
admirabilibus, quas ei gessit rebus: et quas ei-
dem etiam, per Cyrum & Christum, quem
ad modum promissit, editurus est. 8.

M. I. PRAEDICITVR Babyloni, & eius Monar-
chie, excisio. V. 1. XLVII.
V. 15.

M. I. ARGVIT, minabundus, hypocrisim; & I-
dololatriam; Populi sui quòd populi Dei
insignitus quidem nomine sit: Idolis tamen,
ille seruiat. V. 1. XLVIII.
V. 22.

2. Quòd si Deus, terrenas promissiones,
multæ fecunditatis, pacis, prosperitatis, &
ceterorum, Populo non præstat: ea certè cau-
sa est quod nec, cui se is populus adstrinxit
Dei legi eam ille obseruarit. 20.

3. Pij, liberationem à Babylonica seruitu-
te, prænuntiat. 20.

PARS III.

VATICINIA, DE REGNO CHRI.

I. i. locis aliquot luculentissima, Capita

XVIII.

M. I. CHRISTVS à Vate introducitur; suam
Mundo vocationem testans, & auctoritatē,
& officium. Quòd si Mundus eum, & Euan-
geli- XLIX.
V. 26.

gelium suum, parui fecerit: id sanè, damno fore Mundo, nec se, eo nomine, quidquam amissurum è sua gloria. V. 1.

2. Deum; Ecclesiæ suæ, cum eam, in Christo, amore nimio prosequatur; obliuisci nõ posse. ob quem, & in quo Christo; eam mirificè restaurabit, augebit, fauoribusque cumulabit. 14.

L. V. 11.) M. I. POPVLO suo Deus ostendit: dum eũ conijcit in calamitates extremas; hoc non fieri, quòd eum excindat; vel quòd sibi desit potètia, qua eum ex his abstrahat, & erigat: sed quia; huiusmodi eius scelera, castigari necesse sit. V. 1.

2. Christus introducit; auctoritate Dei Patris præditus, sapientia plenus, & sermone ad consolandum populum suum potens, à Mundo quidem contemptus, & iniuria adfectus, ad tamen; Dei fortitudine, qua locum & innocentiam suam tueatur, præstans. Quæ res; imaginem veri Vatis ac Prophetæ, secum præfert. 4.

II. V. 15.) M. I. FIDELES exhortatur: vt in medijs calamitatibus, sese firma fide consolentur, promissionibus ad Patres, Ecclesiæq; consolationem, sperent. V. 1.

2. Deum obsecrat Propheta: vt promissa præstet. & se talem in populum suum, qualis antè fuit, exhibeat. 9.

3. Ad Populum rediens; eum consolatur. & sub Dei persona confirmat, & excitat. 11.

4. Christum sub Cyri typos; ad expeditionem, liberandum Populo suo, suscipiendam mouet. 14.

5. Hic

5. Hierosolymam consolatur, & animat. se eam ab omni afflictione vindicaturum, certò recipiens.

M. I. HIÉROSOLYMAM Vates, & sub eius nomine Ecclesiam Fidelium, consolatur: ad summam capiendam lætitiã, qua promissæ sibi libertatis præstationem, excipiat. V. 1.

2. Vt nimirũ, eo quo sese libertas offeret momento; eueffigjò, Babylone discedat; ne eius immundicijs cõtaminetur: ei adfirmans; expeditionem, in id, Cyri, felicem fore. 11.

3. Spiritu Prophetico: ab hac Cyri figura, liberationeq; Populi Iudaici; à Babylonica captiuitate, Vates; vti sæpè, in Vaticinijs, de Christo, & eius regno contingit; digressus: mox inde rapitur, ad clarissimè tractandum mysterium, nostræ, per Christum, redemptionis: de què Christi officio, de eius in Mũdo demissione, & de eius gloria: singula ad eò viuus coloribus depingens, tam què proprijs verbis describens, vt apertè videatur; si hæc cum Euangelica historia conferantur; ea nec de alio sanè, quàm de Christo, dici; nec alij quidem conuenire; quadrare uè posse. 14.

M. I. TRACTATIONEM proximo superiore capite, in extremo cœptam, prosequitur: notans raros ad modum eos fore; qui Euangelio fidem darent. Nempè; profunda Christi deiectione, sinistrè perturbati. Eo tñ Christi gloriam haud impediris; quominus felix adurgeret. V. 1.

2. Christus è Deo Patre, in criminũ nostro rum luitionem, & satisfactionem, corrũ-

ptionisq; nostræ medicinam; virgis cæsus
atque peruersum Mundi, de eius cruce iudi-
cium.

3. Admirabilis sapientia, & mansuetudo,
Christum obeunda opprobrij plena morte
Et eius rei causæ. 7.

4. Aeterna eius gloriosi regni, in laborum
suorum præmium, propagatio. 10.

5. Hominibus, iustitiam notitia sui tri-
buet. 11.

LIV.

V.17.)

M.

1. ECCLESIAM Iudaici populi fidelem; eu-
eturis calamitatibus ad eò fatigatam, & dimi-
nutā; ad maxima gaudia cohortatur ei glo-
riæ plenam propagationem, Euangelij pro-
mulgatione toto certè terrarum orbe, ac de
suis hostibus victoriam, & triumphum; pro-
mittens. V.1.

LV.

V.13.)

M.

1. VNIVERSVM terrarum orbem, criminis
infectum labe, exhortatur: vt ad Christum
propitiū accedat: & Euangelium, in quo o-
mnis inest omnis boni gratiosa plenitudo,
complectatur. V.1.

2. Vera pœnitentia, & fide, in Dei Patris
per Christum misericordia; logè certior ad
Christum via est, adpellendi. Cuius consilia
multò alia sunt, quam Mundi: ne hoc modo,
consequendæ salutis, stetur à nobis, humanæ
rationis iudicio; sed ei, quam Deus reuelat,
& vtrò suggerit, sententiæ. 7.

LVI.

V.12.)

M.

1. DEVS; Populi sui pijs, aduentum Mesiæ
nūntiat: itaque, sese ad omnem pietatē, ei ex-
cipiendo comparent; qui regnum suum am-
plificando, nullum sic reiecturus. V.1.

2. Iudaicum populum; Tyrannorum Mū-
di; pro-

di; propter Doctorum suorum ignoratiam,
auaritiam, & vitia, captiuum; liberat. 9.

M. I. MVNDVM Deus, insigni aliqua calamita-
te adfecturus; pios tollit, æternatq; donat re-
quie; Mundo quidem, hoc Dei cōsiliū, ne-
quaquam animaduertente. V.1.

2. Multa Iudaici populi adulteria, eius hy-
pocrisin: & cum vicinis Regibus, contra Dei
consiliū, facta fœdera; redarguit. 3.

3. Nihilo fecius: Populo suo Deus; propter
innatam clementiam, qua adfectos, qui i-
psū inuocant, prosequitur; sanitatē pro-
mittit. 14.

M. I. MANDAT Deus Prophetæ; vt hypocrisin
& impietatem populi sui redarguat ei decla-
rans; & quodnam sit verum ieiunium: &
quænam iustitiæ opera, quæ requirit: & ad
quæ, inuocatus auxiliatur. V.1.

M. I. PROSEQUITVR concionem Vates; popu-
lo suam impietatem ostendens: & quæ erat
ei modo, atque etiam erit, exitio, & calamita-
tati. V.1.

2. Deum introducit: qui, visa insigni popu-
li sui corruptione, sese, ad vindictam armat,
& reformationem. 16.

3. In quam reformationem; Aduentum
Mesiæ, Nouique Testamenti fœdus, pro-
mittit. 20.

M. I. PIAM Iudaici populi Ecclesiam, exhor-
tatur: vt læta, Mesiæ aduentum adgnoscat; &
& excipiat eiusq; restorationem, & Regni
sui amplificationem. Cuius perpetuam glo-
riam describit. V.1.

I. VATES; Mesiæ: sese, & suum officium, LXL
& O. V.11.

LIB. ISAIAE PARTES,

& opes quas è caelo, ijs qui ipsum vera fide excipient, adfert; ostendentem inducit. V. 1.

2. Ecclesiae restauratio & propagatio, & eorum, qui ad eam verè spectabunt, conditiones quibus ipsi, uti legitimis notis, in mundo adgnoscentur. 4.

LXII. V. 12.) M. 1. ECCLESIAE, post Babylonicam captiuitatem reformatio; per Euangelij prædicationem. V. 1.

Perpetuusq; amor; quo eam Deus, in Christo, prosequetur. V. 1

LXIII. V. 19.) M. 1. VATES; eleganti Dialogo, Christum introducit. In quo, interrogatus rationem officij sui, victoriarumq; reddit. V. 1.

2. Gratias Deo agit propter perpetuam misericordiam, qua populum suum est complexus. 7.

3. Ardenti oratione ab eo petit: ut se, ad populi sui, qui ferè propter admissa crimina sit excisus; restorationem, excitet. 15.

LXIV. V. 12.) M. 1. ORATIONEM Vates suam ad Deum prosequens, supplicat, ab eo, ex intimis cordis penetralibus, Aduentum Messiae flagitat; non ob populi sui criminosa iustitiam: sed ex sola eius misericordia; & eius quoque populi sui restitutionem. V. 1.

I XV. V. 25.) M. 1. SVB Dei persona, Vates; populi sui rebellionem exponit. Atqui; eos, qui ipsum non norant; licet quæsitus; quia Deastricolæ, & Hypocritæ; non audiuit. Quam ob rem; Populo horribilem excisionem cominatur. V. 1. Nihilominus; reliquias ei promittit; ut ex eis, Ecclesia Noui fœderis, radices agat: & propagetur. 8.

3. Cui

CAPITA ET MEMBRA.

3. Cui Ecclesiae; singularè, æternamq; prosperitatem, pollicetur. 13.

M. 1. OMNIA Sacrificia, Legisq; cultum vniuersum, Deus; per suum vatem abolet. Prote

LXVI. V. 24.

statutur itaq; se, hæc eadem; etiam aliàs ei requietis odor ipsa fuerint; propter tamen populi peccata, abominationis habiturum loco. V. 1.

2. Prædicat, & adstratur; nascituram Ecclesiam Noui fœderis, post vniuersam populi Iudaici ruinam. Cui Ecclesiae, pollicetur singularem consolationem, pacem infinitam, gloriam incomparabilem; quin immò; vindictam de omnibus, qui ipsam affixerint; & Deastricolis, ac ceteris; horribilem. 7.

3. Se, populum suum; qui ei in perpetuum Sabbatum celebret; & ex toto terrarum orbe, per prædicationem Euangelij collecturum, promittit. 11.

Isaia { Versiculi omnes. 1324.
Membra. 172.
Capita. 66.
Partes. 3.

INDEX

INDEX INITII SINGVLORVM CAPITVM ISAIAE, IN HAC OSORII IN EVM PARAPHRASI

Libri primi.

- I.** **P**roæmium auctoris, fol. 1.
Audite cæli, & auri bus percipe terra.
Versiculo 2 fol. 6.
- II.** *Erit in nouissimis diebus mons preparatus.*
V. 1. fol. 10.
- III.** *Ecce enim dominator, dominus exercituum.*
V. 1. fol. 14.
- IV.** *Et apprehendent septem mulieres.*
V. 1. fol. 17.
- V.** *Cantabo dilecto meo, canticum patruelis mei.* V. 1.)
fol. 18.
- VI.** *In anno, quo mortuus est Rex Ozias.*
V. 1. fol. 22.
- VII.** *Et factum est in diebus Achaz.* V. 1.) fol. 25.
- VIII.** *Sume tibi librum grandem.* V. 1.) fol. 28.
- IX.** *Primo tempore alleuata est terra Zabulon.* V. 1.)
fol. 32.
- X.** *Vah, qui condunt leges iniquas.* V. 1.) fol. 37.
- XI.** *Et egredietur virga de radice.* V. 1.) fol. 41.
- XII.** *Constebor tibi, Domine, quoniam iratus es mihi.*
V. 1.) fol. 41.

Libri secundi.

- Proæmium fol. 45.*
- XIII.** *Ego mandauis sanctificatis meis.* V. 3.)
fol. 49.
- XIV.** *Propè est, ut veniat tempus.* V. 1.)
fol. 50.
- XV.** *In cunctis capitibus eius.* V. 1.) fol. 54.
- XVI.** *Emitte agnum.* V. 1.) fol. 55.

Ecce

- Ecce Damascus desinet esse ciuitas.* V. 1.)
fol. 57.
- Vah, terra Cymbalo aliarum.* V. 1.)
fol. 59.
- Ecce, Dominus ascendet super nubem.* V. 1.)
fol. 61.
- In anno, quo ingressus est.* V. 1.) fol. 65.
- Visio dura, nunciata est mihi.* V. 2.)
fol. 66.
- Interfecti tui, non interfecti gladio.* V. 3.)
fol. 69.
- Erubescite Sidon.* V. 4.) fol. 73.
- Ecce, Dominus dissipabit terram.* V. 1.)
fol. 76.
- Domine Deus meus es tu.* V. 1.)
fol. 79.
- Vrbs fortitudinis nostra.* V. 1.) fol. 81.
- In die illa, visitabit Dominus in gladio tuo.* V. 1.)
fol. 85.

Libri tertij.

- Proæmium.* fol. 88.
- Vah, corona superbia.* V. 1.) fol. 89. XXVIII.
- Vah, Ariel.* V. 1.) fol. 97. XXIX.
- Vah, filij desertores.* V. 1.) fol. 102. XXX.
- Vah, qui descendunt in Aegyptum.* V. 1.) fol. 108. XXXI.
- Ecce in iustitia regnabit.* V. 1.) fol. 110. XXXII.
- Vah, qui pradaris.* V. 1.) fol. 112. XXX, II.
- Accedite gentes & audite.* V. 1.) fol. 117. XXXIV.
- Latabitur deserta.* V. 1.) fol. 119. XXXV.
- Et factum est in quatuordecimo anno.* V. 1.) fol. 121. XXXVI.
- Et factum est, cum audisset Rex.* V. 1.) fol. 124. XXXVII.
- In diebus illis, egroiauit Ezechias.* V. 1.) fol. 129. XXXVIII.
- Latus est autem super eum Ezechias.* V. 2.) fol. 132. a. XXXIX.

Libri Quarti.

- Proæmium fol. 133.*
- Consolamini, consolamini.* V. 1.) fol. 136. XL.
- Taccant*

- XLI. *Taceant ad me insula. fol. 147.*
 XLII. *Ecce, seruus meus. V. 1.) fol. 146.*
 XLIII. *Noli timere, quia redemi te. V. 1.) fol. 151.*
 XLIV. *Noli timere, seruus meus Iacob. V. 1.) fol. 156.*
 XLV. *Hæc dicit Dominus, Christo meo Cyro. V. 1.) fol. 160.*
 XLVI. *Confractus est Bel. V. 1.) fol. 165.*
 XLVII. *Descende, sede in pulvere. V. 1.) fol. 167.*
 XLVIII. *Audite hæc, domus Iacob. V. 1.) fol. 169.*
 XLIX. *Audite insula, & attendite populi. V. 1.) fol. 173.*
 L. *Quis est hic liber repudiij? V. 1.) fol. 179.*
 LI. *Audite me, qui sequimini. V. 1.) fol. 182.*
 LII. *Consurge, consurge. V. 1.) fol. 186.*

Libri Quinti.

- Proæmium. fol. 190.*
 LIII. *Quis credidit auditui nostro? V. 1.) fol. 194.*
 LIV. *Lauda sterilis. V. 1.) fol. 197.*
 LV. *Omnes sitientes Venite ad aquas. V. 1.) fol. 200.*
 LVI. *Custodite iudicium. V. 1.) fol. 203.*
 LVII. *Iustus perit. V. 1.) fol. 206.*
 LVIII. *Clama, ne cesses. V. 1.) fol. 211.*
 LIX. *Ecce, non est abbreviata manus. V. 1.) fol. 215.*
 LX. *Surge, illuminare Ierusalem. V. 1.) fol. 218.*
 LXI. *Spiritus Domini super me. V. 1.) fol. 222.*
 LXII. *Propter Sion non tacebo. V. 1.) fol. 225.*
 LXIII. *Quis est iste, qui venit de Edom? V. 1.) fol. 227.*
 LXIV. *Viam dirumperes cælos. V. 1.) fol. 232.*
 LXV. *Quæsierunt me, qui ante non interrogabant.
V. 1.) fol. 233.*
 LXVI. *Quæ est ista domus, quam adificabitis mihi?
V. 1.) fol. 239.*
 LXVII. *Carmen auctoris in diem Natalem Domini nostri
Iesu Christi. fol. 245.*

F I N I S:

AD
HENRICVM
REGIS EMMANVE
LIS FILIVM,
S. R. E.

*Tisuli Sanctorum Quatuor Coronatorum
Cardinalem.*

HIERONYMI OSORII
Siluensis Episcopi in Paraphrasin
in Isaiam primi libri

PROOEMIUM.



VANTIS obscuritatibus inuoluta sint prophetarum monimenta, quibus Christi mystera continentur, est explicatu difficilimum: quod quidem minime mirandum est. Sant enim prius multa cognitione comprehendenda, sine quibus haud facile quisquam poterit ad illorum cognitionem peruenire. Vt enim a minimis ordiamur, est primum vis Hebraeae linguae persciscenda; quae cum plurimum a Graeca atque Latina dissideat, peculiarem quandam loquendi consuetudinem, nostris incognitam seruat; eamque speciem, atque figuram dicendi, quam nemo, nisi eam usu, & exercitatione contriuerit, facile consequetur. Sunt praeterea omnes gentis anti-
qui

qui mores cognoscendi; leges atq; iudicia mente complectendae religionis sanctitas, qua olim Iudaei tenebatur, assidue retractanda; & ad quae finem omnia legis instituta referantur, sapienterò cogitandum. Adde nunc historiarum cognitionem, & totius antiquitatis memoriam, quae non solum ex sanctis literis, verum etiã ex Graecis scriptoribus est diligentissimè repetenda. Nec interim differendi facultas negligenda est: ut implicita definiendo explicare valeamus; & ambigua distinguere, & argumentum ratione concludere; & vera denique à falsis internoscere: ne videlicet veritatis locum vanitas fucata inani quadam specie veritatis obtineat. Accedit deinde opus est, ars illa latius & vberius differendi; ut facilius intelligi possit, quãtis luminibus illustrata sint scripta diuinorum hominum; atq; planè percipi, illis, quorum animi diuinis opibus splendebant, opes etiam splendidae orationis minimè defuisse. Quod quidem non solum ad animi oblectationem, sed etiam ad rerum cognitionem est interdum valde necessarium. Huius enim artis ignorantia Iudaei saepenumero turpissimè labuntur: & dum orationis figuratae, & expolitae sensum percipere nequeunt, ut se expediãt, immania quaedam portenta conspiciunt. Sed haec omnia quae retulimus, eiusmodi sunt: quae possint humano studio, & industria comparari. Ad illud autem, quod est praecipue curandum; nullum humanum ingenium, quamuis excellens extiterit, omniumque bonarum artium disciplinis excultum, aspirare vnquam potuit. Sunt enim resecandae libidines; coercenda cupiditatis immanitas; repellenda cuncta flagitia; totus denique animus

hinc à contagio corporis auocandus illi, qui diuinas opes in sanctis literis abditas, atque reconditas, velit inspicere. Ut enim qui multos annos tenebris inclusi iacuerunt, nullo modo possunt Solis aduersi splendorem sustinere: ita qui terrenis opibus addicti sunt, atque densa flagitiorum caligine circumfusi; nunquam diuinae disciplinae lucem intueri poterunt: imò, quod acrius voluerint mentis aciem in tam insolita claritate defigere, eò miserabilius aspectum mentis ipsius amittent. Est igitur necesse omnibus, qui cupiunt in sacrarum literarum studio proficere, diuinamque luce frui; ut è vitiorum tenebris emergant, & sese, quoad fieri poterit, è flagitiosa consuetudine corporis abducant: ut ita liberi atque soluti valeant in caelestem splendorem aciem mentis intendere, & arcana caelestia contemplari. Quod quoniam humanis viribus fieri nequit; arctius enim vinculum est, quo est animus astrictus corpori, quã ut ex eo nostris opibus, laxari aliqua ex parte queamus: est imprimis nobis Christi Optimum numen pijs votis, & precibus, implorandum; ut mentes nostras à corporis consuetudine diuelat: & ex omnium vitiorum laqueis exutas, suae sapientiae compotes tandem efficiat. Vtrumque igitur opus est istius, qui studium suum ad sacras literas adiungunt; ut & literis eruditi sint, & Christi numen propitium habeant. Sic enim est apud Maïam: *Et erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati, quem cum dederit scienti literas, dicit, lege istum; & respondebit, non possum, signatus est enim. & dabitur liber nescienti literas, diciturque ei, lege, & respondebit, nescio literas.* Ex quo quidem loco planissimè liquet; nec sine li-

teris, nec sine pietatis studio, aditum patere ad sanctarum literarum intelligentiam. Quamuis tamen vtrumque necessarium sit; magnū est inter vtrumque discrimen. Vt enim aliquis sine varia literarum disciplina, singulari quodam diuini spiritus afflatu, scripturæ diuinæ intelligentiam consequatur, vt illi fuere, quemadmodū est apud Lucam, quib. dedit Christus mentē vt intelligerent scripturas: id tamē accidere nulla ratione potest; vt sine spiritu Christi, quisquā eas intelligat; quamuis sit omnibus disciplinis inprimis eruditus. Nisi enim is, qui librum ob signauit, eundem aperiat; nemo illum vnquam explicare poterit, atq; sapienter euoluere. Hæc cum ita sint, imperitè certè faciūt quidam homines minime mali, qui sic in sanctarum literarum explicatione Iudæorum sensibus addicti sunt, vt ab illorum sentētia, & auctoritate, discrepare non audeant. In quo quidem libèter ab illis quæserim; quid eos impulerit, ad tantum honorem genti, & Deo, & cunctis mortalibus inuisæ deferendum. Num literarum elegantia, & reconditæ cuiusdam artis eruditio? At constat Iudæos esse barbaros, & incultos, humanitatisq; totius expertes. Num pietatis, atq; religionis studiū? At sunt eo scelere adstricti; quo nullum immanius atque detestabilius excogitari potest. Quid igitur amentius: quàm illorū discipulis excoli velle; qui sunt agrestes, & barbari: & sapientiæ magistros adsciscere; qui mentem gerunt infandis sceleribus excæcatam? Egōne gentem, omnium bonarum artium rudem, & summa quadam stultitia præditam, mihi magistrā præclarissimæ eruditionis adhibeam? illius-

illiusque ineptias atq; fabulas, cum incredibile infulsitate confictas, approbem? & qui Christi sacris sanctissimis initiatus sum; hostes Christi perditissimos, mihi audiendos existimem? Rectè, inquit, vbi de Christo nulla mentio fit. Quasi verò: non eodem furore, atq; cæcitate, qua Christi numē oppugnant, quamplurimis in locis abutantur: aut partim constet, id eos agere, atque moliri, vt ab eo loco, in quo mysteriū aliquod sanctius verborū inuolucris, quasi velis, obtēditur, imperitos abducāt; atq; per sua deāt, nullā ibi fieri Christi mentionē. Nec tñ ne go illos commodè interdū loqui. Tanta est vis veritatis, vt illius hostes ei sæpè testimoniū inuiti dare compellantur. Sed vt plurimum: si Iudæorum commentaria peruolutes; nihil aliud offendes, quàm meras ineptias, quàm fabulas commentitias, quàm intoleranda flagitia; quàm nefariam, & impiam sceleris immanissimam disciplinam: & tamen audent homines impudentissimi se venditare, scripturæque diuinæ scientiam profiteri: quam dum à verissimo sensu detorque conantur, multò planiùs eorum amētia ipsius scripturæ testimonio redarguta conuincitur. Quod; cum in alijs auctoribus explicandis, tum vel maximè in commētarijs, quos in Isaiam edidēre, perspicitur. In quo quidem, viro sanctissimi labem aspergunt, si labes diuinæ virtuti aspergi potest, cum eum exponendū suscipiunt. Sed quomodo tandem id assequuntur? Num possunt eloquētiā illius admirari, & ornamenta, quibus diuini hominis oratio illuminata est, ratione perspicere; qui sunt infatissimi? Num sacrosancta Christi mysteria, vir-

tutumque omnium maximarum præcepta me te cōplecti; qui sunt in Deum scelestissimi? Sed quorsum ista inquires. Primum quidem; ut eos admoneam, qui se sanctarum literarum studio consecrant, ne nimitum Iudæorum commentis adherescant. Deinde; ut ijs respondeam; qui quibusdam in locis, fortasse volent ad futilem, & inanem Iudæorum disciplinam, fallacissimūque iudicium, quasi ad quandam trutinam, hæc scripta mea pendere. Hoc enim suscepi, ut Isaiā eo genere orationis, quod græci *ἱερολογεῖν* appellat, cum videlicet eadem sententia verbis alijs exprimitur, explanarem. In quo quidem munere, profiteor me ab eorū sensibus sæpenumerò valde refugisse. Admodum enim pauca in eorum commentarijs reperi, propter quæ mihi legēdi videantur. Sed vereor ne dū paucos reprehēsores repellere conor, in multò plures incidā, quorū alij me vituperabunt, quæ arrogantia crimen minimè pertimescā, alij, quæ longior fortasse sim, quā instituta ratio postulabat. Inquierent. n. quidam; ergo tu tibi oēs illas artes arrogas, quibus infractos esse debere cōfirmas oēs, qui Prophetas attingunt? Aliter. n. nunquam rem tantā suscipere ausus esses. Equidē nihil à me magis alienum puto; quā temeritatē & insolentiā. Vili deo enim quā longè absim ab illarū disciplinarū perfectione, quas semper admiratus sum. Attamen cū à me nō sit mediocriter elaboratū, ut eas assequerem multumque operæ, & studij in sanctarū literarum commentatione cōsumperim; venia certe dignus sum, cū optimo animo, & studio cōmunis utilitatis incenso, non tam perficiendi fiducia, quæ experiēdi quid in eo genere pos-

re pos-

se possim cupiditate, hoc opus aggressus sum: maximè cū non tam ingenio, & literis, quàm Christi gratia, & benignitate, mihi nitendū existimē. Qui verò brevitatē à me requirunt; cogitare debent, hoc orationis genus esse lege illa solutū, quæ ijs, quæ interpretis tantum munere funguntur, ascripti sunt; ita ut liceat vagari liberè, & rationes annectere; & alia multa, explicandi & orandi causa, frequenter adiungere; quæ tamen non sint ab illius scriptoris mente, quem illustrandum suscipis, aliena. Quòd cū in alijs iurè cōcessum sit; tum in Isaiæ sensibus explicandis, est valde necessarium. Multa namque breuiter & circūscriptè, dicit; multa consultò, ne peruulgètur, obscurat; multa denique Christi mysteria, ad legis et antiquitatis imagines respiciēs, strictim attingit; quæ sunt omnino vberius explananda. Sunt præterea apud illum, frequentes numerorum, & temporū, & personarum mutationes: habet multas, nimis abditas & obscuras, sententias: utitur crebris translationibus, & allegorijs: dialogos sine vlla personarū designatione mirificos interponit: multa subito transilit; ut ea, quæ sunt valde diffusè temporibus oratione persequatur: & alia quamplurima molitur, & efficit; quæ quidem, ista breuitate, quæ delicati homines requirunt, explicari nullo modo possunt. Sed nolo in repellendis vituperatoribus meis diutius immorari, ne in illud idem vitium delabi videar, cuius suspitionē vitare studeo. Sed antequam ad susceptum munus aggrediar; admonendi mihi videntur omnes, qui p̄claris artibus dediti sunt; ut huius sanctissimi viri non modò diuinas virtutes, sed etiā amplitudinem

orationis admirètur. Nam, vt omittam sermo-
nis puritatem, & elegantiam: aptissimamq; ver-
borum constructionem vincam numeris, &
singulari concinnitate multis in locis egregiè
perpolitâ: genus orationis sequitur vehemens,
incensum & incitatum: tantisq; dicendi virtuti-
bus exaggeratû, vt nihil neq; vehementius, nec
grâdus, & magnificentius, animo cogitari pos-
sit. Sed tûc vel maximè illius exultat oratio, cû
de Christo loquitur; & maximo quodâ gaudio
elatus, orbi terrarû de salute, illius meritis, atq;
sanctitate parta, gratulatur. In illum. n. tanquã
in vltimum finè sui operis, intuetur: illius num-
en sanctissimè venerat: illius laudes luculè
ter exornat: illius studio, & amore totus incèdi-
tur. Quinetiam: cû de reb. sui tēporis scribit, ex
medio cursu orationis identidem se ad Chri-
stum reuocat; vt vel illius numè imploret, vel
omnia quæ prostrata fuerât illius beneficio refi-
cièda demonstrèt; vel vt regnû illud florentissi-
mum laudibus in cœlum extollat. In multis au-
tem locis, cûm de Christo, aut de illius ecclesia
differit; non tanquam vates futura prænûtiat;
sed tanquam rerum gestarum prudens explica-
tor, de futuris rebus, perinde atque de præteri-
tis, historiam scribit. Sic igitur in tota oratio-
ne præsentibus futura copulat, & cum acerbis
iucunda coniungit; & horribilibus, atq; valde
metuendis rebus spem sempiternæ felicitatis
admiscet; vt nihil dici possit, vel ad animos eri-
gendos vehementius, vel ad mala præcauenda
prouidentius, vel ad piorum hominum mētes
ingenti gaudio cumulandas efficacius. Hoc au-
tem opus, Princeps Amplissime, volui vt in lu-
cem

cem sub nomine tuo prodiret: partim, vt ani-
mum meum in studium tui nominis incitatû,
insigni aliqua meæ voluntatis testificatione de-
monstrarem: partim, vt me virtutis, & auctori-
tatis tuæ præsidio, contra omnium improbo-
rum calumnias, atque tela, munirem. Accedit,
quòd nihil magis aptum, & consentaneum me-
is cogitationib. arbitrabar, quàm vt opus, quod
diuini hominis sententias literis latinis expla-
nandas suscepi, tibi dicarem, quem diuinis vir-
tutibus excultum esse sentiebam. Neque enim
regij generis splendor, neque summæ dignitatis
amplitudo, neque honoris, & imperij fastigiû;
animos tibi extulit, atque à studio modestiæ
& moderationis abduxit: imò, sic cum mode-
stiæ commoditate reliquarum omnium virtu-
tum officia coniunxisti; vt nullum hoc tempo-
re clarius regiæ probitatis specimen habeamus.
Nam, vt laudes integritatis, & continētiæ, qui-
bus tu mirabiliter excellis, oratione non perse-
quar; vt lenitatis & māsuetudinis suauitatem,
qua tuorum animos tibi artissimè deuincis, o-
mittam: quantum operam, & studium, in rese-
candis flagitijs, & in constituenda religione, cõ-
sumas; explicare non possum. Illa verò benigni-
tas tua, quanta est? Nec enim solûm viduarum
& pupillorum orbitatem, opibus tuis subleuã-
dam curas; & omnib. miseris, & afflictis clemē-
tiæ tuæ lumē porrigis: sed etiã, quod multò est
ad laudè præstãtiã, diligentia tua perfecisti; vt
multi, è flagitiorum tenebris emeris, honestatis
lucem respicerent: totosq; se ad studium religio-
nis, atq; pietatis, applicarent. Nec solûm, dum
manes in vita, beneficis esse voluisti: verum et-
iam

iam in multa saecula prouidisti, vt veris opibus animi, bonam Lusitaniae partem locupletares. Gymnasium. n. maximis sumptibus edificasti, in quo iuuentus non modò artium maximarum disciplinis institui, verùm etiã omnium virtutum ornamentis excoli posset; atq; tandem studio, & cupiditate vitæ cœlestis, inflãmari. Quid dicam de labore immenso; quem post obitum fratris tui, Regis omnibus rebus ornatissimi, in huius regni procuracione perfers, atque toleras? Omnis igitur Lusitania te inuetur; à te ope effragit; in tua virtute conuiescit: seq; contra improborum hominum iniurias, ius suum retenturam esse, confidit. Quare non dubito: quin, pro tantis in patriam meritis, amplissimum illud immortalis gloriæ præmium consequare; quod est optimis rectoribus, qui plurimum operæ & studij in communem utilitatem contulerint, in cœlo constitutũ. Sed de tuis laudibus plura modò non dicam. Illud autẽ à te, pro tua singulari humanitate, petere minimè verebor; vt aliquod tempus, è tuis summis occupationibus ereptum, in huius sanctissimi viri mente penitus cognoscenda ponendũ existimes. Nam præter alios fructus; qui ex illo percipi possunt, ad incrementum totius virtutis, atq; pietatis; intelliges planè omnẽ Reip. gerendæ scientiam, illius literis, atq; disciplina, contineri. In eo enim videmus; quibus artibus imperia parta & amplificata sint: quibus rursus peccatis atque flagitijs, prolapsa, & bonis omnibus funditus euersa corruerint.

LIBER

LIBER PRIMVS.

CAP. I.



SAIAS; filius Amos floruit Ierosolymis: regnate Hozia, & Iotham, & Achaz; & Ezechia, qui deinceps Iudæorum imperium tenuerunt. Cùm autem esset diuina mente præditus, multa in

posterum euentura prouidit, partim tristia, funesta, & luctuosa; partim iucunda, læta, atq; salutaria. quæ omnia literis consignauit, ad memoriam hominum sempiternam. Sed quia timor Dei: est totius pietatis verissimèq; sapientiæ fundamentũ; nec fieri potest, vt quisquã animis rectè pietatis semina cõmittat, nisi prius minis diuini iudicij, propositis, omnia cupiditatis flagitia radicitus euellat; cõmodum illi fuit, vt opus hoc à propositis minis inchoaret: maximè, cũ esset in Iudæorum, atq; Israelis vniuersi scelera admodum vehementer inflãmatus. Et quia diuurna peccandi consuetudo eorum animis calum impietatis obduxerat, & sensus cupiditati penitus addictos immanitate quadã stuporis oppresserat, ita vt ad tam salutarẽ orationẽ aures illorum minimè paterent; cœlum, atq; terram inuocat; vniuersamq; naturã, quæ nunquã à domini imperio discessit, obtestatur; vt cõtra illos testimonium proferat, qui scelere immanissimo summi domini imperium, qui ad eorum utilitatem naturã condidit, legisq; sanctissimæ disciplinam sanxit, contumaciter, & obstinatè repudiant. Vt autem homines in maiorem admirationẽ traducat, & orationis amplitudine vehementiùs exterreat, ipsum Deum loquen-

loquentē inducit, & acerrimē cum populo suo committissimū facinus expostulantem. ² Audi inquit, cœlum, audi terra, & omnia quæ complexu, & gremio vestro continentur, hanc orationem auribus, et attentissima cōsideratione percipiant. Nō enim hominis oratio est; sed illius Domini, qui cœlestem naturam nutu conuertit: qui terrę fundamenta tremefacit: cuius vocem & imperium, montes & saxa, atq; rupes accipiunt. Ex omnibus terrarum cultoribus, eos, qui Israelis semine propagati sunt, elegi, quos mihi filios adoptarem; & amplissimis muneribus, atque donis afficerem. Illos enim ē durissima feruitute liberaui; illos sanctissimis legibus & institutis informauī, illos amplissimis honoribus honestauī, ad summamq; dignitatem perduxī: ipsi verō per summam sceleris improbitatem à me descuerunt. ³ Sic autem sensibus orbatī sunt, vt neq; sint quidē cum brutis animantibus cōparandi. Nam & boues suum dominū agnoscunt, impositumq; ab illo iugū sponte subeūt. Asini verō dum præsepia domini frequentant; planē sentiūt se domini sui prouidentia sustentari. At populus hic meus, quē ego vt inter oēs nationes sapiēcia pcelleret, cœlestibus disciplinis instruxi, cui etiā Israelis nomē, & virtutis diuine vim apertē designat, in diuis imperiū nefariē detrectauit, & beneficiorū meorū memoriam prorsus abiicit. ⁴ O gentē sceleratā, & impiā: o populū pōdere iniquitatis oppressū: o stirpem maleficā, & iniustā: o sobolem pestiferā, atq; perniciosam. Sūmi Domini imperium repudiauerunt: optimum parentem, firmissimūque Israelis præsidium in se concitauerunt, illiusque

quē sanctissimum numen præ suis flagitijs & effrenata libidine contempserunt. ⁵ & quod est omnium malorum grauissimum, cum mortiferis morbis oppressi sint, non modō medicinam omnem aspernantur, & respuunt; verū etiam curatione ipsa malum eorum quotidie magis ingrauescit. Mea namque benignitate ad suam perniciem abutuntur. Cū enim beneficijs ad officium alluci nequiuissent, dedi operā, vt eos plagis à flagitio deterrerem. At ipsi non modō plagis deterriti nō sunt; verū etiam ad pristinum scelus magnum impietatis cumulū addiderunt. Quousque tandem eritis aded in prauitate sceleris obfirmati, vt plagis etiam cōtusi, atque debilitati, sceleribus vestris incredibilem accessionem in dies singulos afferatis? Itāne obstinatē pugnabit cū mea benignitate immanitas, atque pertinacia vestra; vt, quō magis vos pœnis à furore reuocare contendo, eō grauioribus vos criminibus alligetis? Iam non est in toto Reip. corpore vlla pars à calamitate incolumis. Principes omni dignitate spoliati iacent; homines consilio præstantes tantorum malorum cogitatione mœrent, & anguntur, vniuersa multitudo vulneribus sauciata, & concisa, procūbit. ⁶ Ab infima igitur plebe, vsq; ad Rectores, & Principes, nihil est in tota ciuitate sanum, nihil integrum, nihil non percussum, & abiectum. Omne siquidem Reip. corpus est vulneribus deformatum, & plagis contusum, multaque sanie atque tæbe purulētum. Nec est interim qui saniem abstergat, qui vulnus obliget, qui salutare medicamentum adhibeat. Cū enim nec in viam redire, neq; monitoribus au-

s Super quo percutiā Gera.

Omne est pus languidum.

6 A plan ta pedis.

res dare velint; nomenq; meum, in quo tota eorum salus confistit, à se abalienent: sit, vt nō modō eos deferam; sed etiam, vt quamplurimas nationes in illos incitem: ita, vt nequeant sibi in tantis malis, vllam opem, aut diuinam, aut humanam, polliceri. 7 Agri vestri deuastati sunt, vestrae ciuitates exusta; hostes in oculis vestris prędia vestra diripiunt, bonisq; vestris impune fruuntur; tantaque vastitas regioni isti illata est, vt cum ea vastitate & exitio conferenda sit, qua regiones olim infidelissimę extinctę prorsus, atque deletę sunt. 8 Relinquetur enim Ierosolyma, quasi tabernaculū in vinea post factam vindemiam à custode neglectum; & quasi tuguriū in agro post cucumerum collectionē derelictum; & tanquam ciuitas diuturna obsidione vexata, & exinanita; in cuius custodia, tāquam in vastę solitudinis pręsidio, nemo sapiens existimat sibi diutiūs esse manendum. 9 His quidem verbis Dominus dirisissimum hominibus impijs exitium denunciat: quod quidem tantum erit; vt nisi idem cęlitum imperator & dominus, paucos ex nobis fidei munere conseruatos patrię superstites in semen relinquere statuisset; non minūs dirum exitium, q̄ habuit Sodoma, atq; Gomorrha, nomen nostrum habuisset; similitęque fuisset vniuersum nostrum genus extinctum. Cū enim vniuersa propemodum ciuitas non minore scelere obligata sit; par erat, vt eundē omnino casum subiret. 10 Et tamē audetis, homines impurissimi, vestrum genus extollere; disciplinamq; legis ostentare; cū à parente Sanctissimo turpissimē degeneretis, omniaq; repagula diuini iuris effringat.

fringatis? Non illi quidem parentes vestri numerādi sunt, à quibus generati estis? sed ad quorum vos exemplum, atq; morem effingitis. Nec legis illius intelligentiam habetis, quam irritā facitis; sed ad quam omnia officia vitę dirigitis. Adeste igitur animis vos; qui ciuitatis huius principes haberi vultis; quos ego Sodome principes appellandos existimo: vosq; populares, qui ciues Gomorrhę propter flagitiorum similitudinem estis censendi, diligenter attendite; et opinionem istam deponite, qua vobis persuadetis, omnes scelerum maculas sacris legis ceremonijs expiari. Ad cōne mentis expertes estis; vt in vmbri, & imaginib; & in adumbratę religionis ostentatione, iustitię splendorem situm arbitremini? Et cū legis ipsius vim, atq; sententiam nefariē conuellatis; illi à vobis egregiē satisfactum putatis, cū in sanctitatis imagine cōsectanda multum operę, & studij consumitis? Discite iā tandem, discite, quę sit legis mens, & sententia: ipsumq; Dominū, qui legem tulit, eā explicantem, & de sensu illius grauissimē differentem, audite. Sic enim vobiscū agit. 11 Quem tandem fructum ex sacrorū istorum multitudine percipio, vt illorum causa me vobis obligatum fore confidatis? Iam enim mihi fastidium sunt: nec holocaustum arietū, nec adeps opimarum hostiarū, nec sanguis vitulorum, aut agnorum, aut hircorū, mihi iucūdus esse potest. Nec enim signa, sed res, quas instituta signa designat effragito: nec sacrificia pecudum, sed puri animi fidē atq; pietatē, requiro. 12 Quis enim vnq; à vobis meo nomine postulauit; vt pietatis summa, in istis sacris cōstitutā esse putaretis, illorū

Sodomorum.

11 Quo mihi multitudine viderimur. 12 Quis enim vnq; à vobis meo nomine postulauit; vt pietatis summa, in istis sacris cōstitutā esse putaretis, illorū

7 Terra
Scltra de
serta.9 Nisi
minutis Sa
baoth.10 Audi
te Verbū
Domini
principes

fringa,

que fiducia, quasi iam esset officium vestrum cum
 mulatè perfectum, animiq; vestri omni religione
 soluti, intrepidè coram me in atrio meo vestigia
 13 poneretis? 13 Ne deinceps sine fructu vllum mi-
 hi huiusmodi munus offeratis. Suffimenta ve-
 stra mihi vehementer inuisa sunt; neq; sabbatum
 religionis gratia otio consecratum, neq; conuen-
 tum & celebritatem, ferre possam; cum maximè
 14 in ista multitudine religionis studio congrega-
 ta, emineat iniquitatis scelerata consensio. 14
 Kalendas vestras, diesq; festos statis temporibus
 solemni ritu cultos, odi. Plurimum enim mihi
 molestiæ & grauisimæ offensionis, attulerunt,
 15 eosq; sustinere nequeo. 15 Nec precibus quidem
 vestris inflectar. Cum enim ad me manus intende-
 ritis, auertat oculos meos à vobis; & quamuis af-
 fiduis precibus operè à me flagitetis, & in orandi
 studio multi sitis, non tamen exaudiam. Manus e-
 nim vestræ sanguine imbutæ sunt, animiq; ve-
 16 *Laua-
mini, mi-
di estote.* stri immanitate crudelitatis efferati. 16 Si vultis
 igitur in gratiâ meâ restitui; animi puritatè, &
 hominum caritatem summo studio retinete.
 Nec enim pecudum strage, sed interitu nequitia
 delector; neq; potest numen meum hostiarum san-
 guine, sed clementia & benignitate placari. Da-
 te igitur operâ, vt omnes flagitiorum vestrorum
 sordes eluantur: partâ deinde puritatè summo
 studio, & sollicitudine conseruate. Neq; tam vo-
 bis corporis munditia curè sit, quam animi san-
 ctitas, et castimonia. Venim mihi placeatis: qui
 mentè perscrutor, & omnes animi latebras, &
 intimos recessus excutio, neq; laboro quali cul-
 tu corpus exornetur, sed quali ornatu animus
 excolatur: omne vobis studium est in animi de-
 core,

in petra Oreb; quæ ex cæde hostis immanissimi
 nomen obtinuit, concisi sunt, & vt Aegyptij flu-
 tibus maris obruti fuere, sic etiam Assyrij no-
 men erit numine illius extinctum. 27 Tunc igitur
 27 *Et com-
putrescet
iugum à
face olei* onus ab illo tuis humeris impositum abij-
 cies, seruitutisq; iugum à ceruice tua depelles,
 Regniq; sacrosancti dignitas, & vinctio tantas
 repente vires obtinebit, vt durissimum hostis
 immanis, & importuni dominatum facile per-
 fringat. 28 Rumores autem de celeritate hostis
 28 iam iam, mœnibus appropinquantis, qui tan-
 tum terroris afferebant, obmutescunt, nec vl-
 trâ illius mentio fiet. Iam, inquit, Haiat occu-
 pauit, iam Magron post terga reliquit, vt in Ma-
 chmas arma recenseat, 29 iam Gheba vada trans-
 29 misit, ibique propitius nos ad pernoctandum ca-
 stra locauit, Rama formidine percussa cecidit,
 Gybatath Saulis sese præcipièr in fugam dedit,
 30 eiulatu, atq; plangore exitum tuum lametare
 30 Galim, tuq; etiam Laifa, quæ tibi calamitas im-
 mineat, attède, & humilis ciuitas Anathoth in-
 teritum deplora. 31 Comota est sedibus Madem
 31 na, Ciues Ghebin animos ex repentino pauore
 reficite. 32 Dum dies est in Nob commora-
 32 bitur. Inde brachij iactatione Monti Sion, &
 vrbis tumulis in prospectu positis igni, ferro-
 que minitabitur. 33 Hi quidem crebri rumores
 33 multos mortales metu exanimabunt, & ingenti
 pauore concutient: Sed hi tanti motus subitò
 conticescent. Apparebit enim repente numè,
 summusque cœlitum Imperator in illius opes
 inuadet, & tyrannum istum florentem opibus
 tanquam viridem ramum, truncis robore, &
 altitudine nixum & diffusis frondibus omnes

34 circumquaque sedes opacantem iniecta formidine prosterneat, & amputabit. 34 Proceræ arbores excidentur: summa sylvarum fastigia sternentur; dum meta etiam ferro demetentur, & nemo Libani valida manu præcisum; omnes denique opes, & copiæ quibus impij homines effertur, subita ruina concident.

CAP. XI.

1 QVOD si vobis, ô ciues mei, quos mecum non tam vnus vrbs ambitus, quàm vnus fidei ratio coniungit, in mentem venerit, admirari, quomodo pietas cû omnibus malis interclusa esse videtur, ope diuinitus allata respiret, & summa dignitatis ornamenta cõsequatur, quãto studio rebus humanis dominus consulat, atque prospiciat, quanta vi, vt suos tueatur, tyrãnis obsistat, illorumque potentiam euertat, si animum ad alia beneficia multò maiora, & ampliora contuleritis, nõ sanè magnam vobis hic Senacherib casus, & ciuitatis sanctæ libertas admirationem commouebit. Nam cùm opes nostræ penitus accisæ videbuntur, & spes pristinæ dignitatis recuperandæ propemodû abiecta fuerit, cùm sempiternus hostis generis humani vniuersum humanum genus obsederit, & omnis virtutis & officij disciplina conciderit, ex ipso Iesse trunco multis antè sæculis exciso, & ramis, & frondibus spoliato, omnique dignitate deiecto, atque ad eò ex ipsa radice sub terram ita demersa, vt nulla pars illius emineat, virga pullulabit, & ramus erûpet, qui attolletur, atque frondescet, vt oēs terras imperio suo cõtineat, bonorumque suorû fructibus omnes expleat, qui sese cum illo amore, atque pietate coniunxerint. Hic autem erit Rex ille Christus, qui ex Iesse

Et egredietur virga de radice Iesse.

CAP. XI.

LIBER PRIMVS.

42

stirpe oriatur. 2 Erit autem is omnibus regijs artibus, atque disciplinis instructissimus, omniumque virtutum maximarum gloria præcellens. Spiritus enim domini in mente illius inhærebit, sempiternamque sibi sedem in eo collocabit, vt illius animum omnibus summis opibus, & ornamentis illustret. Instruet mentem illius sapientia, quã naturam diuinam, & ni. opes cœlestes inspiciat, & intelligentia, qua facillimè veram pietatem & religionem à simulatione religionis internoscatur. Confirmabit animum illius consilio, ad hostium insidias callidè præcauendas, & inuictò quodam robore, ad eorum impetus fortissimè reprimendos. Ornabit illum scientia, qua suis ope, & gratia consulat, & omnes, qui illum secuti fuerint, sempiternis bonis, & ornamentis diuinis afficiat, 3 & timore domini, quò iniquitatem & iniuriam detestetur, & omnia quæ cum diuina lege pugnant, è regni sui finibus expellat, facietque postremò, vt odorem virtutum omnium, qui ex pietate illius afflatur in omnes partes longè latèque diffundat, multòsque mortales ad se suauitate atque iucunditatè illius alliciat. Non secundùm oculorum aspectum iudicabit, nec secundùm auditionem, quam auribus accipiet, sententiam proferet. Nec enim sensus, qui errare, & decipi possunt, & hominum fallacijs sepe numero perstringuntur, sed mentem diuinam, in qua nulla erratio, nulla temeritas inest, & omnia quæ intrinsicè in homine latent, & simulationum inuolucris obteguntur, 4 Sedim. clarissimè videt, in cõsiliu adhibebit. 4 Ergo dicabitur causam pauperib. iniquo iudicio circũuentis adiudi-

Et requiescet super eum spiritus domini

pauperes adiudicabit, & eorum improbitatem, qui contra ius, & fas mites, atque mansuetos bonis euertunt, seuerissimè refutabit, omnèsq; mortales terrenis opibus inhiantes, qui nunquam oculos in cælum tollunt, verbo suo vulnerabit, & impietatis principem, & auctorem oris sui spiritu conficiet. Non autem se segnitie corrumpi, aut desidia languescere patietur: sed erit promptus, atque paratus ad regium munus strenuè perfungendum: ita tamè, vt omnis illius alacritas, & industria, in iustitiæ sanctitate, & fidei robore, & firmitate consistat. Erit igitur iustitia tanquam zonâ præcinctus, & fide lumbos suos altringet, vt diffuentes Reipub. mores iustissimæ disciplinæ seueritate deuinciat, omnesq; labes animorum coërceat, vt ijs, quos iustitiæ donis ornauerit, præmia magna summa quadam fide constituat. Omnis autem immanitas, & violentia compressa silebit, fraudes, & insidiæ è regni finibus exterminabuntur, omnis morum feritas interibit. Omnes enim homines quamuis fuerint crudeles, & inhumani, adeoque moribus efferati, vt, quemadmodum lupi, atque leones, & reliquæ truculentæ belluæ ouium gregibus, & armentis interitum moluntur, ita illi sanguinem perpetuò sitierint, omnèsque animi conatus, ad tenuiorum hominum perniciem comparauerint, vbi primùm eos Christi spiritus afflaue rit, erunt repente mites, atque mansueti, seque ad homines humiles aggregabunt, humanamque societatem singulari fide, atque sanctimonia colent. Et quod erit maiore admiratione dignissimum, summi principes eodem cum

Habitabit lupus cum agno.

Et puer paruulus minabit eos.

infima plebe iure deuinciri sustinebunt, seq; simul omnes ad ductum hominis inopis, & puerili simplicitate præditi libenter applicabunt, illiusque præcepta & monumenta sequentur, & auctoritatem verebuntur, quæ viderint Christi gregi propter excellentiam virtutis esse prepositum. Sic autem fiet, vt neque vrsus in vacam irruat, nec vrsorum catuli vitulorum eadem meditentur, neq; leones bouum stragem faciant. Immanes Tyrani cum obscuris hominibus summa amoris inter se consensione conspirabunt, eodemq; fidei pabulo nutrientur. Homines autem simplices, & propter integritatē, & innocētiam pueri infantes existimādi, summā ex aspīdis, atq; reguli nece, hoc est, ex antiqui serpentis interitu voluptatē capient. Hominū igitur animos in quibus tanquā in latibulis hæc tanta pestis inclusa latuerit, perscrutabuntur, & excutient, vt inde serpētes venenatos extrahant, & vitia, atq; scelera radicis euellāt, salutaribusq; remedijs adhibitis inflicta vulnera sanēt: animosq; mortiferis morbis sauciatos in sanitate restituant. Non nocēbit, inquit dominus, hæc serpentes venenatæ in vniuerso monte meo religioni sanctissimæ consecrato, quia terra vniuersa in qua Christi spiritus institerit, est Dei notitia quasi fluctibus maris operienda. Vt enim rerum diuinarum inscitia, sanctitatisque negligentia mentes hominum obscuratę debilitantur, infestiq; dæmones vires adepti, tanquā feræ rabidæ in homines incitantur, vt eos afflatu mortifero, atq; venenato conficiant: ita postquam huius sanctissimi Regis aduentu mortales cœlestem disciplinam hauserint, & ad Dei co-

Et delebitur infans ab sero.

gnitione multò clariorem peruenerint, dæmonum vires extinguentur, vt lædere non possint eos vllò modo, qui Christi septis inclusi, spiritūque illius gubernati fuerint. 10 Tunc verò illud germen Iesse, quòd ex radice illius oriatur, exurget, & erit in altum propositū, quasi sublatum signum ad quod gentes vniuersæ inflammatò studio concurrent. Illum enim Regem clarissimum gentes, quæ fuerant ab omni ratione sanctitatis alienæ, quærent, illum intuebuntur, in illo omnem spem beatæ vitæ reponent. Porrò autem, posteaquam hoste profligato omnia bella confecerit, & requiem summam cum gloria fuerit consecutus, omnes sibi subditas nationes in quietis, atque tranquillis sedibus, hoc est, in iustitiæ possessione collocabit, sempiternæque pacis opibus, & immortalis gloriæ ornamenti afficiet. 11 Tunc autem porriget iterum dominus manum suam, vt liberet, atque potestate sua contineat reliquias populi sui, quæ non fuerint hostium sæuitia, & immanitate consumptæ. Vt enim olim Assyrii, Aegyptij, Patenses, Aethiopes, Persæ, Babilonij, & occidentis insulæ acerbo dominatu populum Dei oppressum tenuerunt; sic alij capitales, & immaniores hostes, quorum isti imaginem gerebant, illum impotenti dominatu vexabant, è quo tamen Christi meritis, atque virtute liberandi sunt. Erit igitur tunc omnibus animorum iucunda libertas, pacis, & otij sempiterni tranquillitas, diuinorum bonorum cõstitans & secura possessio, præclarissimè constituta. 12 Et tollet dominus signum gentibus vniuersis, vt ex omnibus regionibus ijs, qui perti-

10 In die
illaradix
Iesse.

11

12

nent

nent ad generis Israelitici claritatem, quæ quidem non tam est sanguinis communione, quàm vnice fidei religione censenda, qui nunc sunt errore, & amentia dispersi, atque disspati, & cõ reliquis hominibus eodem oppressis errore cõfusi, veniant tandem ad Dei cognitionem, illūque sanctissimo pietatisque plenissimo cultu in celesti Ierosolyma venerentur. 13 Tunc erit cum illos inter se spiritus Christi mutuo amore deuinxerit, nec seditionibus intestinis distrahi, & dilacerari poterunt, nec externis bellis vexari, & affligi: 14 sed potius omnes qui verè, & ex animo Christi disciplinam secuti fuerint, coniunctis viribus bellum contra communes hostes instruent, & de omnibus insignem victoriam reportabunt. Cunctos Iudaici nominis hostes, hoc est fidei, atque pietatis inimicos ad internecionem delebunt. Non erunt tunc ijs, qui eadem lege adstricti sunt, eademque religione deuincti hostili odio disidentes: sed mutuo inter se amore coniuncti. Si solis occasum versis copias eduxerint, in hostem irruent, illumque primo impetu fugabunt. Si in Orientem arma cõuerterint, hostiles acies prima impressione facta prosternent: in nullam denique partem signa cõtra religionis hostes inferet, quàm non bello superent, & omnes aduersarios sibi dicto audientes esse compellat. Nec enim humanis, sed diuinis armis instructi bella gerent. Nullus erit loc' tatis difficultatibus interclusus, per què dominus non illustrem, atque latam viam aperiat. 15 Iterū igitur fretum maris discindet: iterum manum suam intendet, vt maximum flumen magno venti vehementis impetu percutiat,

13 Et auferetur
zelus ephraim.

15 Et desolabitur domus

rum lin. vt flumine in multas partes diducto, atque de-
quam ma riuato, facilem, & expeditum transitum suis
ris. per alueum medium præbeat. Nec enim diu-
 tium patietur eos Aegyptiorum, atque Chaldeo-
 rum, hoc est daemonum, seruitute premi, duris-
 simisque flagitiorum, & scelerum vinculis alligari.
 Omnia igitur impedimenta quæ fuerint
 siue ad occasum Solis, siue ad ortum illis oppo-
 sita, conuellet, atque disijciet. ¹⁶ Vt igitur olim
 Hebræi mare pedibus transmisere, nec marini
 fluctus illorum iter impedire potuere, sic tunc
 nihil erit tantis molibus obstructum, aut tanta
 potentia, & robore munitum, aut tantis opi-
 bus, atque præsidio vallatum, quod cursum ve-
 rissimæ pietatis interrumpat, inflammatumque
 studium hominum, qui è potestate sempiterni
 hostis exierint, à præclara contetione retardet.

CA. XII. ¹ T V N C igitur o felix, atque sanctissima fi-
 delium hominum multitudo, quam Deus in li-
 bertatem restituet, opibusque diuinis exorna-
 bit, hac oratione domino vota perfolues: Ago
 tibi gratias, domine, quod me plagis impositis
 abiecasti, iudicijque tui sanctissimi seueritate per-
 culisti, atque rursus iacentem clementer excita-
 sti, magnaque mihi solatia præbuidisti. ² Nunc
 igitur quando ex casu meo, atque ruina cogno-
 ui nullum esse in opibus humanis, quibus ina-
 niter efferebar, firmum vitæ præsidium, aut im-
 becillitatis & miseræ perfrugium; reliquum
 est, vt omnem spem in D E O ponam, illius-
 que tantum fiduciâ nitar. Ecce nunc Deus salus
 mea est, illius ope confidam, nec est quisquam
 tam potens in terris, à quo mihi malum metuam.
 Dei enim inuisito præsidio cincta sum,

cincta sum, illiusque auxilio munita de omnibus ho-
 stibus meis claram victoriam adipiscar, nec mi-
 hi victoriæ decus attribuam: sed illius domini
 laudes concinam, à quo sum salutem consecuta.
³ Properate igitur omnes, qui fidem sancte
 colitis, & incensis animis ad perennes salutis
 sempiternæ fontes contendite, vt cum summo
 gaudio dulcissimas aquas hauriatis. Ex illo nã-
 que sanctissimo bonorum omnium fonte, sancti
 spiritus aquas emanare sentietis, quæ solæ
 possunt sitim vestram restinguere, & animos ve-
 stros incredibili gaudio cumulare. ⁴ Hanc igitur
 tam admirabilem benignitatem perpetua
 laude celebrate, & oēs mortales ad laudes domini
 prædicandas exhortamini. Dicetis igitur in
 illa die: laudate dominum, illiusque religionem sanctis-
 simè colendam suscipite, opemque fidenter im-
 plorate, illiusque gloriam, quæ in vestra salute pro-
 curanda mirabiliter illustrata, & amplificata
 est, memoriâ retinete: nec vnquam tanta benefi-
 cia ex animis vestris elabantur. ⁵ Carmen igitur
 modulamini, laudes domino cœcinite, muneris,
 & beneficij magnificetiam, quæ genus hu-
 manum è tyrannide mortis eripuit, cunctis ge-
 tibus explicare. ⁶ Tu verò ciuitas sancta sum-
 mo gaudio triumphas: vocesque maximæ lætitiæ
 significantes emitte. Nam sanctissimus domi-
 nus, cuius præsidio Israël salus innitur, beni-
 gnitatis suæ magnitudinem hoc opere omnium
 maximo declarauit, & in medio tui amplitudi-
 nem, & immensitatem suæ virtutis insignem
 reddidit.

LIBER SECVNDVS. PROOEMIUM.



Hactenus quidem *Isaias* oratione persecutus est tā pēnas, quibus erat multa *Iudaea* propter rebellionem, & contumaciam, & summam impietatis, & sceleris in Deum cōsensionem, quā beneficicia, quibus erant afficiendi, & cumulandi omnes, qui sese à societate perditorum hominum secernerent, & ad studium sanctissima religionis applicarent. Proposuit enim impijs inopiam, egestatem, famem, hostilem ciuium inter ciues dissensionem, locorum vastitatem, atque pestilentiam, cades, & incendia, funestumque patriæ totius exitium, seruitutemque durissimam, & reliqua supplicia, quibus, erant, si persisterent in scelere, corpore, & animo cruciandi: Contrā verò bonorum animos firmissima spes salutis, atq; sempiterna dignitatis erexit. Multò plus tamen negotij habuit in improbis minaciter exterrendis, quā in bonis benignè consolandis. Nō solum quidem ea de causa, quòd naturā libenter, & studiosè fausta, & felicia nuncianda suscipimus: ad malum verò nunciū afferendum inuiti, atque diu recusantes accedimus: propterea, quòd bonis nuncijs hominum nos voluntates allicimus: malis verò grauem in nos offensionem sapenūmerò concitamus: verum etiam, quòd boni facile fidem verbis diuinis adiungunt: mali contra ita sunt cupiditati addicti, vt non modò omnē orationem cupiditati contrariam aspernentur, sed etiam irrideant, & diuinorum hominū prædictiones de

Liran-

rantium somnia putent. Quod si aliquid aduersi rebus eorū incidat, non ij sunt, qui suspicentur, esse se propter offensum numen afflictos: sed rerum humanarum conditioni & fortuna inconstantia, & temeritati, nō diuino decreto, & sententiæ tribuendum existimant. Quocircā periculum erat, ne cum *Ierolyma* hostiū armis excisa corrueret, cadesq; & incendio vastaretur, essent aliqui tanta contumacia sceleris obcæcati, qui numinis obliti totum id ad necessariam, atque fatalem humana natura conditionem reuocarent. Dixissent enim fortasè: Nihil nouum, neque sapientibus inopinatum nobis accidit: sed eandem omnino conditionem, quæ cunctis hominibus, & nationibus & imperijs, est, quasi communi lege propofita, postquam res nostra consenuere, pertulimus. Quæ enim gens est, quæ regio, quod regnum, & imperium tam rectis institutis, & legibus fundatum, aut tantis opibus stabilitum, quod vno, eodemque statu diu manere possit? Hac enim sunt ludibria fortune, vt postquam *Respu*, ad summas opes peruenerint, repente concidant, aliorumque armis opprimantur, quarum opes erant antea valdè contemnenda. Sic enim alia conduntur, & alia crescunt, alia decrescunt, alia turbulētis tempestatibus agitantur, & malorū omnium fluctibus obruantur. Nec fuit vnquam natio vlla tam potens, quæ statum suum diu tueri, atque conseruare posset. Neque nos solos hac dira calamitas, qua de statu deiecti sumus, afflixit: sed in omnes circunquaq; regiones eodē impetu peruasit: & *Tyrum*, & *Sydonem*, & *Syriā* vniuersam, & alias *Asia* nationes, *Aegyptum* deinde, & *Aethiopiā* quasi turbine, atq; procella peruertit. Nec

opes.

opes quidem eorum, quorū armis subacti concidimus, erunt sempiternæ, sed sensim, atque leniter ad extremam etatem deuenient, & ita postquam fuerint senio confectæ, cum primum in eas aliqua natio in etatis flore, atque robore vigens inuasit, protinus interibunt. non igitur mirandum est, si cum eadem lege nati simus, eodem let ho pereamus. Vt enim moriendi necessitas est cunctis hominibus imposta: sic etiam necessarium est mors nationibus vniuersis obeunda. Interim verò casus, et fortuna dominatur. Sic autem fit, vt humiles, & abiecti repente ad summum gradum honoris efferrantur, & qui opibus, & imperio florebant, è summo rerum fastigio deturbentur. Qui igitur dicunt nos flagitio nostro concidisse, meritisq; à Deo pœnis multatos esse, delirant. Vt enim nemo est, qui possit religione, & officio mortis acerbiter aatem recusare: ita nulla ciuitas, aut natio est, quantumuis illa magno studio pietatem colat, quæ possit pestem, & exitium, quod cunctis tandem impendet, effugere. Non igitur nos Deus, sed communis huius vitæ necessitas, & acerbis casus euertit. neq; sumus scelere nostro, sed fati diritate consumpti. Nec enim pietas exitio moram asseret vnquam: nec celeritatem impietas. Hac quidem oratione quiuis homo perditus, atque profligatus Propheta orationem refellere conaretur, & in eo neruos omnes intenderet, vt demonstraret, nihil præcipue Iudeorum rebus accidisse, vt ea ratione probaret, non Iudææ casum, & ruinam Dei iudico, sed communi rerum humanarum naturæ, & fortunæ etiam iniuriæ tribuendum. Hoc ne dici possit, vir diuinus contra disputat, omnes nationes quæ de suo statu depulsa sunt, diuino iudicio concidisse

pœnasq;

pœnasq; flagitiorum, & scelerū occasu, & interitu suo pependisse. Verum quidem est, magnam esse in rebus humanis inconstantiam, summamq; naturæ fragilitatem, neq; solum dignitatis, & imperij, sed rerum omnium esse vicissitudinem, & cunctas res humanas subito conuerti, omniaq; tandem inumanitate mortis extinguui. Sed illud etiam verissimum est, omnem hæc rerum humanarum fluctuationem, & interitum, esse Dei fixo, & stabili iudicio, propter hominū scelera constitutum. Vt enim mors non erat in natura, sed in pœnâ sceleris inuecta, & importata fuit, vniuersaq; terras oppressit: sic etiam ea omnia, quæ mortalem naturam consequuntur, propter humana flagitia hominibus decreta sunt. Et quò magis homines in officio delinquunt, eò pœnis acerbioribus redduntur obnoxij, & quemadmodum dum aliqua natio sese intra fines officij continet, & in mediocri aliquo religionis studio, atque disciplina versatur, Dei consilio, & voluntate sapenumerò fit, vt summias opes comparet, & imperium amplissimum teneat: sic postquam officium deserit, & iuris, atque legum vinculis omnino reuulsis, in omne scelestum facinus erumpit, diuino iudicio fit, vt imperium illius deleatur, & insigne illud exemplum improbitatis, & sceleris, è terrarum sinibus exterminetur. Quod quidè tunc ferme euenire solet, cum homines florentissimum statum adipiscuntur. Quamuis enim hominū natura, postquã vitij omnib. corrupta est, ad vim, ad facinus, ad eadem propensa sit, non tamen hanc morū feritatem, & immanitatem præ se fert, antequam summias opes adeptasit. Tunc enim cum florentem fortunam summa temeritas, & insolentia consequatur, nec iam mo-

dui

dus vllus in secundis rebus conseruari possit, & ho-
 mines copia rerum omnium affluentes existiment esse
 iam sese liberam, & impunitam flagitiorum omnium
 licentiam consecutos, & in hac immoderata scelerū
 libertate summum beate vitæ fructū collocandum ex-
 istiment: nullum tantum scelus excogitari potest, quod
 non in hominum perniciem, & interitum machinen-
 tur. Sic autem accidit, vt ius & fas omne deleatur, pu-
 dor è terris exterminetur, fides omnino concidat, cul-
 tus religionis intereat, libidoq; vinculis soluta Rempu-
 flagitio omni contamineat, & nefaria cruium cade cru-
 entet. Ergo postquā corrupti mores hominum ita per
 omnia facinorum genera vagantur, vt semper aliquid
 addant, ad insitam libidinis intemperantiam, nec e-
 nim impulsā semel, & incitata libido potest aliqua re-
 ligione contineri, ad illum tandem statum per omnes
 scelerum gradus peruenitur, ad quem iam vix vllus
 peccati cumulus possit accedere. Ergo, postquam sce-
 lus hominum cumulatū est, iam nullo modo diuina
 iustitiæ ratio patitur, vt illa natio, quæ humanitatem
 exiit, & est quodam modo in ferinam naturam con-
 uersa, diutiùs in terra versetur, ne omnes terrarum
 plagas pestilenti contagione feritatis, & immanita-
 tis insiciat. Primum igitur gentem scelestam, & im-
 piam effœminat, propugnatoribusq; nudat, & om-
 ni præsidio virtutis spoliat: deinde illi mentem eripit,
 & rationi tetras tenebras offundit: tum illam inopia,
 & egestate vexat, intestināq; seditione dilacerat:
 postremo eam armis exutam, & malis asiduis fractā
 alijs nationibus diripiendam, atque lacerandam tra-
 dit, externorumq; hominum superbum dominatum

pati

pati compellit. Ne autem subito gentem nefariā fun-
 ditus tollat, impedimento est illius benignitas, quæ pri-
 mum leuioribus pœnis temeritatem coercere solet, vt
 spatium pœnitendi, atque ad officium reuertendi con-
 cedat: quod beneficium dum homines nocentes, & fa-
 cinorosi repudiant, ad summum tandem gradum sce-
 leris eradunt. Ergo malis omnibus irretiti vel ab ho-
 stibus immanissimè trucidantur, vel seruitutis duris-
 simæ vinculis astringuntur, memoriaq; tandem il-
 lorum obliuione sempiterna deletur. DE I igitur san-
 ctissimum iudicium est, quod imperia magna con-
 uellit, quod summa rerum fastigia labefactat, quod
 ad scelerum vindictam humiles, & obscuros homi-
 nes ad summos honores extollit, quod denique al-
 tissima quaque demolitur, & infima in summa re-
 rum dignitate, & amplitudine collocat. Nihil enim
 est, quod vel vim illius effugere, vel sapientiam la-
 tere, vel iurisdictione illius excludi possit, cum omnia
 sit infinita potentia, ratione, & imperio complexus,
 & ea etiam, quæ cum lege illius pugnant, & extra or-
 dinem ab eo constitutum longius efferuntur, in ordi-
 nem redigat, & hominum etiam sceleribus ad suam
 gloriam clarior illustrandam frequenter vtatur. Non
 igitur fortuna, sed diuinum iudicium res humanas
 euertit, neque ad fatalem necessitatem, sed ad hu-
 manum scelus est omnis nostræ pestis, & interitus cau-
 sa referenda. Hoc igitur, vt iam eò redeat, vnde de-
 flexit oratio, vt demonstret Isaias, atque planè doceat
 Iudæam, non fortuna, & casu, sed Dei iudicio con-
 cidisse, docet reliquas etiam nationes, quæ simi-
 lem exitum habuerunt, eodem iudicio euersas
 fuisse.

fuisse, & causas etiam quibus Deus in eas animaduertit assignat, ut hominum vesaniam comprimat, atque perspicuum faciat Iudeam non temerè, sed Dei sententiã fuisse mortiferis plagis extinctam. Quod ut clarius demonstrat, atque planius doceat, omnes Rerumpublicarum status, & interitus, diuina voluntate, consilio, numine contineri, multarum nationum occasum multò antè prædicit: In quo planè docet id, quod diuina mente præsentit de illarum exitio, diuina voluntate designatum, & constitutum fuisse. Ruinarum verò, quibus singula oppressæ sunt, causas exponit, ut nemo tandem sit, qui possit suæ ciuitatis ruinam, nisi tãtum ipsius ciuitatis sceleribus assignare. A Babylonis autem exitio, hanc cladium explicationẽ inchoat eò quòd nullum clarius ea tempestate dedit summus dominus sui iudicij seuerissimi documentum. Nulla enim fuit olim ciuitas vel opibus opulentiõr, vel amplitudine imperij magnificentiõr, vel rebus gestis illustriõr, vel artium maximarum disciplinis ornatiõr, vel omnibus armorum, atq; munitionum præsidijs instructiõr, quæ tamen propter scelerum omnium colluuiem, quibus se cotaminauit, omnibus bonis euersa, in vastamq; solitudinem redacta fuit. In cuius tamq; ciuitatis occasu alterius etiam Reip. scelestissime interitum describit. Gessit enim Babylon imaginem istius nefariæ ciuitatis, quam Ioannes mundũ nominat, quæ cõmunione scelerum, & impura flagitiorum omnium cõsensione continetur, quæ superbia leges scribit, quæ libidinem, & auaritiã sequitur, quæ Christi placitis aduersatur, quæ postremò contra ciuitatem sanctam perpetuum certamen suscipit, & se contra Dei legem fuerenter

core, & elegantiã, cõsumendũ. Prouidete igitur ne posthac quidq; inquinatũ, atq; sordidũ in studijs vestris adspiciã. Illa verò sanctissima placula reputate; q̄ diuini iuris cultu, & hominũ charitate, & beneuolentiã, cõtinentur. 17 Itaq; benignè faciendi disciplinã colite; iudiciorũ æquitã conferuate; iniuria oppressũ subleuate; pupilis opẽ afferte; viduarũ causam suscipite. 18 Tũ demũ, si hæc omnia officia præstiteritis; & ego vobis auxiliũ in rebus afflictis nõ attulero; nõ recusabo, quòd minus me, q; officio meo defuerim, in crimẽ vocetis. Profectò, si vos in hæc studia cõtuleritis, ipse semper vobis adero. Erit enim id sublatũ penitus, quod nostrã cõiunctiõnem dirimit; nempe scelus, atq; flagitium. Quãuis enim sitis quasi coccineo colore summa improbitate sceleris imbuti, niueũ candorem recipietis; & si fueritis quasi ostro, & murice, summa atrocitate immanitatis infecti, ad cãdidissimã lanã puritatẽ redibitis. 19 Si mihi dicto audientes esse volueritis, vitã securi in omniũ bonorũ affluentia traducetis. 20 Sin autẽ in me rebelles extiteritis, durissimũ vos bellũ cõficiet. Hęc enim nõ homo, qui in summa imbecillitate, & inconstantia versatur; sed præpotens ipse Deus, cuius est fixũ & immutabile decretũ, vobis futura prænunciat. 21 O variã & instabilẽ rerum humanarũ cõditionem; & lubricũ naturę statum in sita turpitudine & flagitio præcipitanter, & in pestem cæco impetu ruentem; quã breui omnia commutatã sunt? Ciuitas illa, quę quondam fuit fidei religione, & pietatis egregio cultu sanctissima; nunc tanquam meretrix impudentissima, omni nefanda libidine se cõ-

taminavit, & exterarum nationum religionibus per summum scelus implicuit: quæ domiciliū iustitiæ & æquitatis extiterat; nunc ab homicidis culta, multo innocentium sanguine redundat. 22 Argentum tuum est adulteratum; vinū tuum est aqua multa dilutū. Nihil est in te purum, nihil sincerum, & simplex; nihil non fallax, & subdolum, omnibūque flagitiorum sordibus inquinatum. Disciplina namque tua deprauata est; mores corrupti; iudicia constuprata: omnia denique labuntur, & in perniciem totius ciuitatis incumbunt. 23 Principes fidem & officium produnt, & cum furibus sceleris societatem ineunt. Nec enim in iudicando ius & fas, sed munera atque dona respiciunt; & iniuriæ conflatæ præmium & emolumentum, sequuntur. A pupillis, contra fas, causas omnes abiudicant; viduas eorum fidem implorantes non audiunt, officia vitæ pecuniæ cupiditate metiuntur. 24 Idcirco summus cælitum imperator, cuius est immensa potestas, his verbis in ciuitate inuehitur. Heu gentem impiam, & execrandā; quas mihi tandem pœnas exolues? offensionē enim, quam mihi hostes attulerunt, vindicta leniam: 25 ita tamen irascar, vt maximas clementiæ partes in ipsa vltione suscipiā. Te namq; direꝑ calamitatis incendio ita constabō, vt nihil in te, nisi purū, & ab omni flagitiorū contagione, quasi à scoria, purgatū remaneat. Omnes, n. quorū insanabiles morbi sunt, ipsa clade conficiā; reliquos autem plagis erudiam, omnesq; flagitiorum maculas quibus iniusti fuerant, abstergam. 26 Tum demum, postquam ad hunc modum calamitatibus expurgata fueris, iudicia tibi

bi restituam; & iudices præficiam, qui priscorum iudicum seueritatem, & antiquos mores, imitentur; senatus etiam grauitatē, vt tolim, atq; auctoritate, fulcietis. Tunc igitur appellaberis Ciuitas iusta, & vrbs fide constabilita. 27 Vt autem ciues propter ius diuinum violatum libertate spoliati, bonisque omnibus euerſi, & in exilium pulsi sunt: ita postquam ad iustitiæ cultum toto animo conuersi fuerint, & ad officium redierint; & libertatem & amissas opes, & patriam denique, cum amplificata dignitate recuperabunt. 28 Qui verò in impietate perseuerauerint, malis fracti funditus interibunt. 29 Pudebit tunc illos amentia: extremaq; ignominia deformabuntur; cum animaduernerint, habuisse se in mēdacio & inanitate, hoc est religionis impurissimæ cultu, vitæ præsidia constituta. Nullam enim vobis, homines perditissimi, opē afferent simulacra, ad quorum cupiditatem incredibiliter exarsistis; nec horti illi nefariè consecrati, quos vobis ipsi delegistis. Vt enim, qui verum Deum ritè colunt, similitudinem illius arripiunt: ita qui simulacra venerantur, amentia, & stupore, simillimi simulacris euadunt. 30 Vos igitur, qui arbores, quasi aliquid diuinum in illis lateret; suppliciter atq; demissè, coluistis: qui hortos falsis nominibus dedicatos, in honore habuistis; eritis sicut quercus omni fronde spoliatae, & sicut horti extrema siccitate consumpti. 31 Illaq; vestra numina, atq; simulacra, quorū p̄sidio nitebamini; serunt inſtar stuppe: studiumq; vestrum in eorū cultu positū, scintillas excitabit: quibus

flammæ, quæ vos absumant, existent. Sic igitur, & simulacra, & eorum cultores, cum illius impurissimæ religionis vanitate, subito incendio conflagrabit.

CAP. II. *Hæc quidem contra impios habita oratio, magnam vim habebat, ad impios exterrandos: ea verò, quæ sequitur multò maiorem, ad piorum animos insigni gaudio cumulandos. Sic enim ait.* 1 Maximum quidem mysterium ad piorum hominum salutem explicandam pertinens, Isaïæ filio Amos diuinitus enunciatum fuit. 2 Extremo. n. tempore, quo legis occasus appropinquaret, cum videlicet sacrorum religio, ceremoniarum, sacrificia, rerumque diuinarum imagines, interuentu veritatis ipsius, euanuerint: erit mos ille editus, & excelsus, in quo sempiternum Dei templum, non operis hominum, sed Dei manibus ædificandum est; omnibus motibus religione aliquid consecratis, longè anteposendus. Cum igitur Dominus in illo templo sanctissimo stabilem sibi sedem atque sempiternum domicilium collocauerit; non erit illius notitia angustis Iudææ finibus circumscripta: sed in omnes orbis terrarum partes sese diuinæ lucis splendor effundet. Confluēt ad eum omnes gentes: 3 & populi innumerabiles vndique summa animorum alacritate concurrent; & mutuis cohortationibus se ipsos ad ardentissimum studium pietatis excitabunt: atque dicent: Agite, cōscendamus omnes in montem Domini; templumque summi Dei, in cuius tutela est Iacob, sanctissime veneremur. Non enim nos terreat tonitruus; non fulgure, non horrifico tubæ clangore, non terreni tonitru, atque fremitu, non denique totius montis incēdio, nos exanimabit, aut ne in motis fastigium subeamus, interdi-

terdicet: quin ipse nos ad se inuitat & allicit, manumque porrigit, seque vobis iustitiæ disciplinam traditurum profitetur. Ad illum igitur inflammatis animis aspiremus, ut ipse nos celestibus disciplinis erudiat; viamque mostret, qua ad immortalē gloriam peruenire queamus. Non enim sine fructu, nos ad studium illius adiugemus. Nec enim solum mentes nostras, nouo & insolito splendore sapientiæ celestis illustrabit: verum etiam animos nostros inuictō præsidio confirmabit; quod facillimè viam illius ineamus, & præceptis ipsius obtemperemus. Nec enim tunc nostra in nobis cupiditas, sed illius gratia, regnum possidebit. His quidem verbis gentes se mutuo cohortabuntur. Lex enim illa vitalis atque salutaris, cuius studio gentes alliciendæ & incitandæ sunt, non est ea quæ quondam in Sinai monte promulgata, lapideisque tabulis incisa fuit; sed illa quæ in Sione caelestique Ierosolyma spiritu Christi fancietur. Hæc enim qua nunc adstricti sumus, acerbō dominatu premit; illa libertatem constituet: hæc, mortis formidine perterret; illa, immortalitatem donabit: hæc imagines & umbras continet; illa solidam & expressam rerum diuinarum speciem, in oculis & aspectu proponet: hæc, tabulis insculpta est; illa, animis inscribetur: hæc postremo, terrorem incutit; illa verò mentes clarissima luce perfundet, & eximia voluptate complebit. Ut igitur hæc gentes exterius alienat; ita illa, gentes ad se colendam acriter inflammabit. 4 Sic igitur Dominus quamplurimas nationes sub imperium ditionemque suam subiuget, spirituque suo populis innumerabilibus iura describet, lumenque præ-

*Et ambrosius
labitur
in semis
eis.*

*Quia de
Sion exi-
bit lex.*

*4 Et indi-
cabit gen-
tes, &
arguet.*

*populos
multos.*

feret: quo humanos animos flagitijs antea coo-
pertos, erroris & amētię coarguat, & criminib.
infinitis euincat: ita, vt quilibet à se cōmissa fla-
gitia detestetur, & ad iustitię studium inflam-
mato animo rapiatur. Erit enim subitò admi-
rabilis quædam animorum conuersio; tantã
que morum ac vitę commutatio, vt in ea facile
cerni possit, diuinę gratiæ atque benignitatis
amplitudo. Nam qui fuerât olim in genus hu-
manum teterrimi, dum libido & auaritia, & re-
liquæ pestes animorum eos exagitabant; qui
bella pestifera comparabant, & omnes animi
conatus in hominum perniciem cōferebant, v-
bi primùm eis Christi lumen affulserit, diuinũ
que spiritus appulsus fuerit in illis regnum cu-
piditatis extinctum; ita commutabuntur ani-
mis, vt omnia studia vitę conferenda putent in
cōmunis vtilitatis studiũ: in eoq; elaborabunt,
vt humanam societatem sanctissimẽ colant, sē-
piternòque fœdere pacem tueantur: & artibus
perniciolis abiectis, illis se dent, quib. reliquos
mortales alant, & esse possint in vniuersum ge-
nus humanum salutare, atque beneficum. § Sed
quidnam id quærso est, quòd tantum languorẽ
atq; desidiam hominib. nostris attulit? prospic-
io namque futurum: vt nationes innumerabi-
les; apud quas ne fando quidem auditum fue-
rat humanum genus esse Christi numine liberã-
dum; vbi primũ ad eas illius fama peruaserit,
nullis terrenis opibus impediãtur, quòd minũs
statim alacres, & expeditæ sese ad illum confe-
rants: solãque Iacobi sanctissimi viri progenies
in diuina lege nutrita, mysterijs Christum ad-
umbrantibus initiata, ad spem tanti beneficii
diui-

diuinis promissis erecta, aded torpore, desidĩa-
que languescat, vt nec diuinis institutis, nec do-
mesticis exemplis, nec exterarum quidem gen-
tium æmulatione prouocetur, ad tam claram
lucem gratis animis accipiendam? Quid agitis,
ò ciues mei? cur salutem vestram proditis? cur
oblatam lucem repellitis? vos oro, & obte-
stor, ne vmbri infecti, veritatem respuatis.
Concedat vmbra corpori; caligo luci; imago
veritati. Expergiscamur tandem aliquando, vt
lũce Domini perfruamur, vitãque nostram
diuini spiritus lumine moderemur. 6 Sed fru-
strã studium meum in gente mea exhortanda
consumo. Iam pridem enim ad disciplinam le-
gis obduruit. Nec enim solũ eo tempore fa-
cinus infandum in se concipiet, cũ tantũ
beneficium ingratis animis aspernabitur: sed
iam pridem est, propter perfidiã illius simili-
tudinẽ à diuina tutela & patrociniõ dereli-
cta. Deseruisti enim, Domine, & abiectisti popu-
lum tuum Iacobi famuli stirpe propagatum.
Vniuersi namque Hebræi iam pridem à te nefa-
riẽ & impiẽ descuerunt. Legis namque tuã
studio derelicto, maleficarum sibi artium prę-
fidia comparauerunt. Magicarum enim artium
studio, syderumq; ad euentus rerum humanarũ
prędicendos animaduersione; iam Assyrios,
& Chaldæos, superant: nec minorem operam,
quã Palestini, augurij dant; toiq; pectore ex-
terarũ nationum puerilibus disciplinis atq; de-
liramentis, incũbunt. 7 Et cũ iam fides eorum
cõciderit, nec Dei clemētia, & benignitate nitã-
tur, magna sollicitudine alia sibi vitę subsidia
comparant: ita tamẽ, vt in nullo eorum penitẽs-

*6. Proseci
sti enim
populum
Iuum.*

*5. Domus
Iacob ve-
niste, &
ambule-
mus in lu-
mine Do-
mini.*

Repleta acquiescât. Itaq; auaritia immani sunt, magnâ-
 que vim auri & argenti coaceruant: non tamen
 1 vllis opib. eorū infinita pecuniæ cupiditas ex-
 pleri & satiari potest: Ingentem sibi ad belli pe-
 ricula depellenda equitatum parant; nec vllum
 8 compingendis curribus finem statuunt. 8 Reli-
 gione etiam vitam muniendam existimant; &
 cum veram impiè sustulerint, falsam admodū
 furenter adsciscunt. Omnem igitur pietatis cul-
 tū ad fictos commentitiosq; Deos transtulerūt,
 totamq; terrā munere atq; beneficio diuino tri-
 butā, simulacris impiè, ac nefariè dedicatis, cō-
 pleuerūt; mutatq; signa, q̄ ipsi manibus suis effe-
 cerunt, digitisq; suis expolierunt, humiliter at-
 9 que demissè venerati sunt. 9 Scelestū, & imma-
 ne facinus; dirum scelus, & execrādum, effrena-
 ta, & præceps amentia, Hominem mente & ra-
 tione præditum, ad imperium & gloriam natū,
 diuinæq; formæ speciem, regiæ virtutis indole
 referentem, ad eò esse suæ dignitatis oblitum;
 vt se coram simulacris abijciat? Et excellens vi-
 ri præstantia mutas imagines deprecetur? &
 qui summi Dei opē implorare neglexit, signis
 supplicis sit, illisq; litandum existimet? Vin-
 dica Domine tantum scelus: exerce summa cū
 seueritate iudicium: ne tā immane facinus diu
 10 inultum patiaris. 10 Dabunt quidem homines
 amentes & perditī, pœnas sceleris detestādi. Di-
 ra enim calamitas impendet vniuersis, & fune-
 stum imminet communibus rebus exitum.
 Quid facies tādē homo? quibus opibus vitā
 tuebere? cuius auxilio Dei manus effugies? Ab-
 de te in cōcauam excisæ rupis altitudinem, per-
 fice si potes vt domini metu in terrā deprima-
 ris; ne

Ne ergo
 dimittas
 eū.

ris; ne illius irati vultum subeas, dū impiorum
 euerfione gloriā suā insignē reddiderit. 11 Om- 11 *Oculi
 nis tunc inanis hominum elatio & insolens o-
 stentatio deprimetur: & humani splendoris ex-
 cellentia strata iacebit: solumq; Domini numē
 erit in omnium oculis clarum & excelsum, exi-
 miaq; gloria cumulatum. 12 Acerrimū nanq; iu 12
 diciū summus cælitū imperator, illa die con-
 tra oēs homines opib. elatos & inflatos, seuerè
 constituet, eorumq; arrogantiam, & elationem
 de omni statu deijciet; & quicquid in opib. hu-
 manis excellere, & eminere videbitur, proster-
 net atq; dissipabit. 13 Iudiciū enim illud, quasi
 quædam tempestas atque procella, altissimas
 cedros Libani perfringet; syluas & densa nemo
 ra peruertet: 14. summa montium cacumina, 14
 & colles nimis editos, ingenti motu concuti-
 et: 15 Turres excelsas, & mœnia, turbine diruet:
 16. ingentēque naues, fluctibus obruet: omnes
 que tandem opes, ad immoderatum cultum &
 luxum hominum pertinentes, quorum cupidi-
 tate flagrant plerique mortales, excindet. Nihil
 enim erit. Iudeæ, nihil in Samaria, nihil in Sy-
 ria, aut Phœnicia, aut Cilicia, aut alijs circum-
 quaque regionibus, tantis opib. munitum, aut
 tantis honoribus amplificatū, aut tantis orna-
 mentis excultum; quod non illius tempestatis
 turbo, atque procella deijciat. 17 Erunt igitur 17 *Et m-
 tunc omnes principū opes afflictæ; humanaq;
 arrogantia de statu suo cōcidet: solumq; numē
 Domini erit in omnium oculis excelsum, insi-
 gniq; gloria cumulatum: 18 simulacrorum au-
 tem cultus, funditus interibit. 19. homines autē
 qui illam colebant, scelerum conscientia per- 19**

terríti, & exanimati, sese in oēs latebras frustra conijcient. Tantus aut̄ metus erit animis eorū incussus; vt cupiant in rupium altissimas spelū cas includi, & immanib. terræ hiatibus occultari: ne irati Dñi vultū subeant; dū seipsum excitauerit, ad numinis sui maiestatem, & gloriā illustrandā, & impios funditus euertendos. 20. Tūc igitur abijciet homo simulacra facta ex auro suo, quod cura summa coaceruauerat, q̄ cæcus scelere & amētia cōseruauerat, honoribusq; diuinis affecerat; eaq; in locis quibus talpæ sub terrā occultātur, aut in parietem foraminib. in quibus vespertilioes latitāt, occultare conabitur. 21 Optabant enim tunc homines, omnia monimēta sui sceleris abolere; vt liberius queant in petrarum cauernas penetrare, aut in rupium cacumina sese fuga proripere; ne irati Domini vultum subeant, dum se ipsum excitauerit, ad numinis sui maiestatem, & gloriam illustrandam, & impios funditus euertendos. In hanc quidem sententiam, prædicat Isaias illam cladem funestissimā à Chaldæis illatam; quæ sic Iudæos afflixit, vt tum demum isti plagis intelligerent, quā inmane scelus in se concepissent, cum, relicto vero Deo, se nefandis sacris alligauerint, & ita factum est, vt post illud tempus nunquā ad simulacrorū cultum redirent. 22 Si ita est, inquires, potuisset deinceps Iudæorū natio perpetuā sibi incolumitatē polliceri. Nam si propter nefariam illā superstitionem, omnibus bonis euerfa, & in vltimas terras abducta fuit; reliquum erat, vt cum primum hoc tantū scelus detestata fuisset, minimè formidare deberet tantam supplicij magnitudinem. Nō

ita

ita, est inquit Propheta. Imò multò maior post illud tempus illi sollicitudo sustinenda est: ne multò detestabilius in se crimen admittat. Longè namque grauius est, in ipsum numē inuehi, filiumque Dei immani atrocitate sceleris insectari; quā simulacris diuinitatem tribuere. Cauete igitur, homines amētissimi: ne in offensionē illius incidatis, cuius speciem imbecillā, quasi spirātis hominis, & breui spatio interituri, furenter & flagitiosè contēnitis. Est enim ille, summę dignitatis & amplitudinis à Deo, qui in illius mente infidet, testimoniū cōsequutus.

I L L E siquidem ipse cum cœlestes exercitus imperio suo contineat; pœnas sceleris immanissimi, quod in illū suscipiet Ierosolyma, grauiissimas expetet, omnesq; Iudæorū opes excinet, atq; delebit. Quod tamen sensim faciet. Non enim totā iram suā repente profundit: sed primū leuiiores plagas imponit: deinde eis, qui ne percussi quidem se corrigere vouerunt, grauiores infligit: & euerfionis causas ex causis innectit: vsq; eo, dū homines in scelere cōtumaces multis supplicijs excruciatos extinguat. Itaque primū Ierosolymā, & Iudæā vniuersā, nō modò annonę caritate, sed etiā grauiissima fame, atq; siti, vexabit: 2 deinde nudabit Rēp. propugnatoribus; omnesq; viros acres in bello, & animosos ad hostiū imperiū à patrię finibus reprimendū, de medio tollet. Tū, omnis iuuetus abiectis militię disciplinis effœminabitur, & otio mollitie que diffluet, diuūrnaq; desidia languescet. Nec solū disciplina militaris obsolescet; verū etiā pacis artes omnino silebūt. Iudicū. n. seueritas: fenat' autoritas, atq; prudētia ē ciuitatis finib. ex-

termina-

C A. III.
 1 Ecce. n.
 domina-
 tor domi-
 nus exer-
 cituum.

minabitur. Nullus erit Propheta, qui Dei mentem interpretetur; nullus sapiens, qui in posterum multò antè prouideat: nullus, deniq; qui longo rerù vsu Reip. regendę scientiã affecutus sit. 3 Omnis itè ordo perturbabitur. Illa enim multitudinis vniuersę in certos manipulos descriptio ita venit in obliuionẽ: vt ne Princeps quidẽ vllus, hominib; quinquaginta antiquo more & instituto præpositus, in vrbe remaneat. Nulla grauitas erit in senibus: nullũ consilium in rectorib;: nulla in populo ad vrbis custodiã fabrilis ars, & disciplina: nulla deniq; ad multitudinem flectendã, & moderandã, dicendi facultas, atq; prudentia. Omnia enim belli subsidia, & pacis ornamenta, labefactabit Dominus atq; conuullet. 4 Fiet igitur id, quod cõsequens est, vt Remp. propugnatoribus nudatã, & omnib; bonis artibus destitutã, homines indignissimi capeffant; & iuuenili quadam temeritate, & amentia perturbent. Adolescentes, inquit Dominus, illis præficiã: pueriq; principatum ciuitatis obtinebũt, qui libidine dominandi præcipientes, Remp. euertant. 5 Hanc igitur rerũ conuersionẽ Dei rectissimo iudicio factã, magna quadam perturbatio consequetur; & ex eo intestinę seditiones excitabuntur. Nec enim plebs effrenatã suã libidinem, & inconsideratã temeritatẽ, à nobilitate cohibebit; nec nobilitas à plebe impotentia animi continebit: nec iuuentus senilem ætatem verebitur: neq; senes iuuentuti prospiciẽs; sed pueri senib; erũt infestis: & plebs nobilitati pestẽ, & exitiũ, machinabitur: omnisq; ciuitas, pestiferũ partium cõtentione diuisa, atq; dissipata, corruet. 6 Hinc autẽ, & magnum

Dabo pueros principes eorum.

Tumultuabitur puer contra senẽ.

gnum signũ est cõmunis exitij, summa imperij vilitas exister: & honores amplissimi, ad indignissimos quosque è vulgo defertur. Quiuis enim è plebe, quẽ viderit è propinquis & familiarib; suis paulò elegantiore cultu vestitũ, aut aliqua dignitatis specie quantumuis inani cõmendatum: statim arripet, in quem summos honores, & imperia deferat. Sic enim inquiet; Quando cultu & ornatu corporis antecellis, princeps esto noster; ruentiq; Reip. opẽ tua subueni: solus enim poteris in tanta orbitate bonorumq; penuria prouidere, ne ruina, quã nunc vniuersis impendet, opprimamur. 7 Tanta autem communis salutis desperatio omnium animos occupabit; vt homo etiam ambitiosus, honores vltro oblatos obstinatẽ repudiet: nolote, inquiet, me in Reip. principatu locare, nec enim ijs opibus abundo: quibus instructissimũ esse oportet, qui ad Remp. tractandam accesserit, in hac præsertim communium rerum tempestate. Nec enim artem vllam teneo, qua Reip. vulnera sanẽ: nec mihi suppellex domi est, qua ciues meos ab omnibus rebus inopes, atque nudos, vestiam: nec frumentum habeo, quo possim vrbis famem aliqua ex parte subleuare. Cũ igitur principis officium sit, & mereri vulneribus, & ciuium inopia, & egestati subuenire: ego autem nec regendi scientia nec opibus illis instructus sim, quibus, & publicis malis medicinam adhibere, & ciuium inopiam sustentare possim: quo tandem modo hoc onus mihi à vobis inconsultè & temerè impositum, sustinebo? His quidem verbis, multi, honores sibi delatos reiicient. 8 In perniciem enim incurrit Ierosolyma;

Apprehendet enim Sir fra. irẽ suam.

7

8

*Ruit. n.
Ierusalē.*

Iyma; vniuersaq; Iudæa sese in exitium sempiternū præcipitat: nec vlla spes est: eā prolapsam, atque per præcipitia ruentem, ab extrema ruina & interitu, sustineri posse. Iam enim ad illud extremum scelus, quo nullum detestabilius excogitari potest, gradibus peruenerunt; vt non satis haberent humanam societatem violare, nisi etiā omnes animi conatus contra Dominū ipsum compararent. In illum enim conuitia nefanda contulerunt, humaniq; generis liberatorem, immani scelere persecuti sunt, vt maiestatem illius offenderēt, sanctissimūq; illius numen in se acerrimē concitarent. 9 Eoq; tandem progressi sunt, vt nullo pudore impediuntur, quō minus scelera sua, in hominum luce & celebritate constituant; & tanquam Sodomitæ nefanda flagitia, & vultu, & oratione, publicè profiteri minimè vereantur, atque aded in suscepto facinore gloriantur. Væh illis, quibus in pœnā sceleris acerbissima tandem supplicia subeunda sunt. 10 Vos autē o diuini viri, in illa communi clade iustis summā felicitatē denunciate. Pietatis enim atq; iustitię summā mercedē recipient; amplissimoq; virtutis fructu æuo sempiterno perfruentur. 11 Impijs verò supplicia, quibus sunt mastrandi, prædicite. Flagitiorum enim, & scelerum, quę commisere grauissimas pœnas exoluent. 12 O Ciuitas mea, quis poterit omnia mala, quæ te vndique premunt, enumerando percensere? Principes tui, quibus patriæ salus propensita esse debet, tuę salutis curā abiciunt; potentiaq; sua ad suū emolumentum & quęstū abutuntur, & acerbissima tyrannide cōstituta, te bonis omnib; euertunt. Tu feminarū,

*Dicite in
sto quo-
niā bene.*

in

in quarum potestate principes ipsi sunt, infinitæ cupiditati seruire cogeris; earumq; luxui, atq; libidini, quę nullis finibus coerceri potest, immania tributa pendis: & quod est maximè deplorandum, cū tantam vim malorum propter flagitia tua sustineas: nemo est, qui te à flagitijs tuis auocare contendat; & in viam, à qua nefariè deflexisti, reducere conetur. Quin ipsi Doctores tui, dum suppliciter adulando gratiā ab vniuersis inire student, te multo magis deprauant, & à salutis via lōgītus abducunt. 13 Cō-
sistet in iudicio dominus; vt litem multis intendat, atq; de populis sententiam proferat, & vnicuiq; pro vitæ actæ ratione præmiū vel pœnā constituat. Nec solūm crimen illud, quo in ipsum Dominum inuecti sunt, in iudicium vocabitur: sed reliqua omnia, quibus corrupti & efferati illud tādē in se omnium scelestissimū facinus admiserunt. 14 Veniet igitur Dominus in iudiciū, vt lege agat cū senioribus, atq; principibus populi sui, eosq; scelere cōdemnet. Vos, inquiet, populati estis, atq; vexauistis plebem meam, quam olim, vt vberem vineam, summa diligentia & cura conseruaram: vos prædæ loco pauperum fortunas diripuistis. 15 Quis tantus vos furor axagitat, vt populum qui in mea tutela est, tantis iniurijs oneretis, hominumq; tenuiorum facies acerrimē cōtundatis? 16 Et quia Principū iniurię, quibus plebem opprimunt, sunt plerunq; libidinis gratia constitutę: illorū enim rapinę maxima ex parte ad muliebrē cultum & elegantia conferuntur: postquam Dominus asperis verbis Principes infestatur, vt de illis debitas tandem pœnas expetat; orationem suam

*Stat ad
iudican-
dum Do-
minus.*

14

15

16

suam

suam ad mulieres conuertit, diraq; earum lasci-
 uia atq; luxui supplicia proponit. Quando, in-
 quit, in hac ciuitate, in qua seueritatis & conti-
 nentia disciplina, mores omnium deuincire de-
 buisset; libido victrix exultat, atq; de pudicitia
 victa triumphum ducit: mulieres enim, celsa
 & erecta huc & illuc intuentes, & lasciuis ocu-
 lorum nutibus iuuenum amores petulanter
 allicientes, incedunt; ingressumq; suum ad cer-
 tum numerum, vt venustiores appareant, in-
 signi quoda fastu, illustriq; pedum cultu, & elab-
 orata concinnitate modulantur: non tantum
 17 pedibus earum calciamenta detraham; 17 veru
 etiam e summis earu capitibus cincinnos euellam,
 illarumq; feditate nudabo & in omnium
 18 oculis & aspectu constituam. 18 Adimet igitur
 illis ea tempestate Dominus crepidas fibulis ele-
 gantissimis reuinctas, & orbiculas, atq; luna-
 19 tas; 19 & torques gemmis distinctos, & armillas
 & cultu capitis bracteis aureis crepitante, & in-
 20 signes mitras; 20 & perisclidas, & e varijs locis
 appesa monilia; & odoramentavasculis aureis,
 gratia exquisitę voluptatis, inclusa; & lenę in-
 21 aurium susurrum; 21 & annulos, & pretiosum
 22 frontis ornatu; 22 & pepla, & pallia, & vestes
 23 ad modu corporis aptas & habiles, & acus; 23 et
 specula, & lineas vestes, atq; velamina, & deniq;
 ne plura singulatim persequar, omne mudum
 24 muliebrem, gemmis, & auro fulgentem. 24 Er-
 rit tunc pro suauitate odoris, foetida quaedam
 tabes; pro cinctura, dissolutio, pro capillo com-
 posito, & delibuto, caluitium; pro strophio, ci-
 25 licium; pro venustate, deformitas. 25 Viri, gla-
 dio caesi atq; trucidati, concident; omnemq; iu-
 uentu-

uentutis florem, & robur, vis acerbæ belli confi-
 ciet. 26 Urbis publica loca, in quibus maxima
 ciuium pars congregari solet, acerbissimè com-
 muniu rerum interitum deplorabunt; flebi-
 libusq; modis, & clamoribus miserabiliter edi-
 tis, personabunt; eiulatuq; lugubri, patrię ruen-
 tis occasum lamentabuntur. ipsaq; tandem ciuitas
 bonis omnibus euersa in terrã prosternetur, &
 mortiferis concisa vulneribus occumbet.

CA. III.

1 IN EA igitur tanta ciuitatis, atq; regionis ¹ *Et appre-
hendent*
 euerfione, & vastitate, hominumq; strage & in-
 teritu, tanta erit virorum penuria; vt mulieres, *septē mu-
lieres Si-
rum sinu.*
 quæ nondam singule fuerant à multis expeti-
 ta; eaq; de causa nimis insolenter elata lasciuie-
 bant; tunc commutata ratione, multæ simul vi-
 rum vnum vndique circumstant, vt illi ma-
 trimonio copulentur. Non tibi, inquit, eri-
 mus onerinos victum, & vestitum, nobis ipsa
 parabimus. Hoc vnum à te contendimus, vt vxo-
 res tuæ nominemur; & hoc viri nomine dede-
 cus nostrum tollas; nosq; à solitudine vindices,
 ne omnino desertæ atq; derelictæ videamur. 2
 Eo verò tempore, quò sic Iudea sceleris nefandi ² *inde il-
la erit
germen
domini.*
 pœnas dederit, & ab hostibus excisa corruerit;
 Dei filius secundum humanã naturã diuino fa-
 tu in terris exortus, in summa gloria amplissi-
 miq; decoris splendore & magnificentia vige-
 bit; & fructus, quos illius gratia & benignitate
 Euangelij disciplina præbuerit, erunt illustres,
 & clari: quos tamen non omnes Israelitæ perci-
 pient; sed illi tantum, quos fides sancte culta ser-
 uauerit, & à communi peste seduxerit. 3 In his
 enim gentis vniuersæ reliquijs, e communi nau-
 fragio Christi numine & beneficio, collectis; lu-
 men

men sanctitatis elucebit. Omnes igitur, quos ad hunc modum funesta patriæ calamitas reliquos fecerit, nec eodem impetu turbidæ tempestatis obruerit, erunt sacrosancti, & ab illo vniuersæ gentis exitio conseruati: nempe, quos in cœlum Christus ciues adscripserit, immortalitateq; donauerit: 4 Postquã videlicet idem Dominus populi sui sordes eluerit, & cædis atque sanguinis maculas omnes absterferit. Hoc autẽ non legis piaculis, sed lumine sui spiritus, efficiet; quo quidem homines, à libidine & immanitate, ad iustitiæ & benignitatis summum studium traducet; humanasq; mentes, cupiditate rerum cœlestium atque diuinarum, acriter inflammabit. 5 Omnia verò diuina munera, & beneficia, quæ fuerant olim obscuris imaginibus adumbrata: erunt tunc expressa diuinitus, & omnibus qui fuerint eadem fidei religione, atq; sanctitate deuincti, magnificentissimè tributa.

Vt enim, cum Deus Israël ex AEGYPTI finibus eduxit, nubes die præibat, quæ solis ardorem arcebat, & nocte similiter ignis splendor antecedens tenebras latè dispellebat, & hostes à tergo insequentes iniecto metu reprimebat: sic tunc illos spiritu suo ducet, vt omnem ab eis estum cupiditatis defendat; & tenebras, quibus erant eorum mentes oppletæ, discutiat, omnèquẽ ab illis hostium impetum propulset; atque perficiat, vt neque secundis rebus efferantur, neque in aduersis offendant; neque à via, quam ille monstrabit, aberrant; sed læti & atacres, ad immortalem atque beatam vitam, rectà illius ductu & imperio perducantur. Omnis igitur si delium cætus, erit non modò gloria præcellens:

*Asi ablu-
erit domi-
nis sor-
des filia-
ris Sion.*

*Super om-
nẽ enim
gloriam
protectio*

verũm

verũm etiam Dei inuictissimo præsidio defensus. Omnem namque suorum gloriam & dignitatem Dominus protegendam, atque muniendam, suscipiet. 6 Tabernaculum autem illud sempiternum, quod nõ ars humana construet, sed Dei numen excitabit, in quo sibi sempiternam sedem efficiat, erit omnibus, qui in illud intuebuntur, tutissimum vitæ sublidium: ita vt nec eos ardor vllus infestus adurat, neque tempestas atq; procella peruerat; sed sint semper Christi ipsius, qui quidem est verum tabernaculum, patrociniõ defensi, & ab omni clade numine illius sempiterno conseruati. Hac quidem oratione, Propheta futuram libertatem & gloriam eorum, qui Christi vestigijs erant ingressuri, prænuntiat: deinde more suo ad tempora sua reuertitur; vt suæ gentis scelus grauisimum, verbis accuset, atque doceat, quibus gradibus ad scelus summum peruenerit, & iudicio funditis enersa sit. Quod vt commodius exponat, & oculis penè subijciat; vtitur similitudine vineæ, quæ nullum domino fructũ attulit: Deumq; vineæ cultorem inducit; ipsi vineæ inflammationem, dirisimamq; supplicia, minitãtem. Attigitur.

1 NVNC in honorem summi Dei, quẽ vnice diligo, horrendum carmen referam, quo filius illius mihi carissimus accusationẽ instituit, cõtra vineam suam. Is namque dominus, quem ardentè amo, vineam instituit in regno opibus egregiè munito, & in patrociniõ Regis sacro oleo perfusi constituto: 2 eamq; valido monimẽto sepfit, lapidibusq; vallauit: totumq; locũ dilectissimè perpurgatũ, optimo vitium genere

CAP. V.
1 Cãrabo
dilecto
meo.

C 2

confe-

confeuit. Deinde vt vinitores poffent omnia circumquaque loca latè speculari, celsam in medio turrim ædificauit. Postremò, in rupe lacù excidit: in quem mustum prælio expressum deflueret: expectauit deinde, vt opportuno tempore uvas efferret: at vinea, quali nulla cultura illi fuisset adhibita, labrusca protulit. 3 Nunc igitur, inquit Dominus vineæ, vos Ierosolymitani ciues, & omnes, qui Iudæorū nomē obtinetis, obtestor: vt inter me, & vineam meam iudicetis. 4 Num quidquã fuit à me in illius cultura prætermisum? Num parùm vel vbertatè soli, vel sarmentorum naturam, vel agriculturalum diligentiam, vel ipsius vineæ sepimentum, vel temporis maturitatem, prouidi? Quid igitur esse causse dicam, cur pro sua uibus uuis, quas expectabam, labrusca protulerit? 5 Nunc igitur, quando constat non in me, sed in ipsam vineã, esse omnem huius detrimenti causam meritò referendam: exponam vobis, quid de illa facere cogitem. Euellam sepem eius, de pasciquè sinã; diruam maceriem eius, & conculcari permittã. 6 Inferam illi vastitatem: non putabitur: nõ foediatur: & vepribus, & spinis succrescètibus obruetur: nubibusquè præcipiam, ne pluuia eam fecundam efficiant. Hac quidem similitudine, Dominus Iudæorum scelus in ipsorum oculis atque mente defigit, vt sic tandem cogat eos, de perfidia sua, & improbitate confiteri. 7 Vineam enim summi Imperatoris, & Domini, gens est Israëlís fatu procreata; & Iudæorum soboles, est germen illius amœnissimum. Hãc ille legis disciplina deuinxit: hanc cælitum custodia, atque sepimento vallauit; & ne se externis moribus

*4 Quid est
quod de-
bus face-
re vinea
mea.*

bus & nefarijs institutis oblineret, legem, quasi murum, interiectum esse voluit, quo omnes impias nationes ab illius viçtu, ac familiaritate segregaret, generisque principes, & auctores, virtutibus diuinis excoluit: tum eam regni maiestate, & amplitudine, sacerdotijque religione, atque templi sanctitate, muniuit. Expectauit deinde, vt iustitiæ fructum efferret. Omnes siquidem legis sanctiones, ad iustitiæ fructum referuntur. At illa pro iudicij sanctitate, qua innocentes iniuria oppressi subleuandi erant: innocentes scelere condemnauit, & quasi leproso eiecit: pro æquitate verò, atque iustitia, qua iacentes excitandi fuerant: homines miserabiliter afflictos, clamare, miseriamque suam flebilibus modis lamentari, compulit. 8 Si queris vnde natum sit huius tantæ cladis initium, & à quo primùm fonte totius impietatis scelus emanarit: non aliud reperies, quàm immensam pecuniæ cupiditatem. Nec enim illis quidquam sanctum esse potest, qui terrenas opes, atque facultates, omnibus officijs anteponunt. O effrenatam & indomitam cupiditatem eorum, qui domum domui coniungunt; qui agros ita continuant, vt nullus terminus sit, in quo tandem insistere velint. Quousque tandem progressurus est furor iste, qui vos eo scelere inflammât, vt omnes mortales possessionibus suis pellere conemini? Num vos soli terras vniuersas occupabitis? 9 Nõ me latet, inquit Dominus, tantè cupiditatis immanitatis: & clamor eorum, qui iniuria pelluntur, ad aures meas peruenit. Sanctissimo itaque iure iurando meam adstringo fidem, fore, vt domorū multitudo corruat, &

*Pe qui co-
iugit is do-
mum do-
mum.*

desq; magnificæ atq; pulcherrimę deferantur,
 10 nec in eis habitator vllus remaneat. 10 Agrorū
 namque sterilitas cultores omnes conficiet. De-
 cem enim iugera vineæ, batum vnum efficiet,
 & qui sementem fecerit, vix decimam partem
 seminis exarabit. Sic enim diuini iuris ratio fla-
 gitat, vt opes per scelus, & iniuriã partæ dilabā-
 tur; & qui omnium fortunas liguriebant, extre-
 11 ma quadam inopia crucientur. 11 Porro autem
 cum auaritiã luxuria consequatur, & ex ma-
 gnis opibus infinita flagitia oriantur; conse-
 quēs est, vt qui sese propter cupiditatem diui-
 tiarum à Deo seiunxerunt, non auaritiæ tantū
 pœnas, sed etiã nequitix, perferant. O intole-
 randum flagitium, minimequę ferendum dede-
 cus atque turpitudinem: homines inertix, som-
 niq; plenissimos, & languoris effeminatissi-
 mi, ita acres, atque vigilantes ad bibendum es-
 se, vt manē sese ad sumendum vinum experge-
 faciant, & perpotent ad vesperum, vinoq; ue-
 multo confecti & languidi, ebrietatisq; in-
 12 cendio combusti, iaceant. 12 Conuiuia perso-
 nant cytharis & tympanis, & tybijs, totoq; ue-
 se flagitiosissimæ voluptati cōstringendos dāt:
 cum interim illam eximiam voluptatem, quæ
 percipitur ex consideratione rerum cęlestium,
 gustare non possint; nec diuina iudicia, quibus
 Dominus improbos euertit, mente recolere.
 Ingluuias enim, atque temulentia, mentis aci-
 em obscurauit; animiq; fracta atque debili-
 tata vis, haudquaquam potest opera diuina cō-
 13 templari. 13 Gradibus itaque mens humana in-
 miseriam summã deuoluitur. Ex auaritiã nã-
 que opes immanes oriuntur, quę materiam in-

*hab qui
 consurgit.*

gentem

gentem libidini infinitæ subijciunt. Libido au-
 tem materiam nata, metuq; soluta in omne se-
 flagitium incitat. flagitia porro mentem excæ-
 cant, ne possit opera diuinæ mentis intueri, at-
 que ad decus & gloriam aspirare. Lumine verò
 mentis & rationis extincto, cum in cupiditate
 sit totius animi dominatus, libertas confestim
 amittitur, omnesq; simul malorū tempestates
 erumpunt. Ideo namq; populus meus libertate
 spoliatus, & è patrijs sedibus expulsus & eie-
 ctus fuit, quia Dei cognitionem non habuit, re-
 rumq; diuinarum scientiam aspernatus est.
 Nec solū libertate priuatus fuit; verū et-
 iam omnibus bonis funditus euersus, & extre-
 ma inopia & egestate consumptus. Principes e-
 nim fame interierunt; multitudo siti enecta cō-
 tabuit. 14 Idcirco Erebus immanes fauces soli-
 to magis aperuit, amplioremq; animam crebri-
 14 Prop-
 terea di-
 latus
 infernus
 animam
 suam.
 nis & vehementius respirando duxit, & præter
 modum guttur inflauit; vt horrendo oris hia-
 tu, multitudinem infinitam insatiabili auidi-
 tate deuoraret. Detrudetur illuc, & nobilitatis
 claritas, & hominum infimorum multitudo,
 & opulentiæ principatus. 15 Hominum fastus
 15
 concidet, & omnis virorum insolentia depri-
 metur, oculi superbiorū grauissima clade per-
 cussi, terram mœrētes intuebuntur. 26 Rectissi-
 mum verò Domini iudicium summis in cœlū
 laudibus efferetur, et illius sanctissimi rectoris
 æquitas omniū p̄dicatione celebrabitur. 17 Tū
 17
 pauperes in quibus fides inerat, qui potentium
 iniuria pulsi fuerant, in agros ab illis relictos,
 impunè remigrabunt; & pascuis pinguibus ad-
 uenæ, qui sese ad religionis cultum fide cōmle-

*Propter.
 ea capi-
 us du-
 eius est
 populus
 meus.*

*14 Prop-
 terea di-
 latus
 infernus
 animam
 suam.*

rint, potiétur. Sic enim Dei iudiciũ impios peruertere solet, vt tum vel maximè piorum hominum saluti prospiciat. 18 Væh hominib. perditissimis, qui cùm semel peccati iugum subierint, illud quasi plaustrum inanitatis funibus alligatum trahunt, & scelera sceleribus annectunt, & tanquam loris validissimis spõte sua vinciti, quacũq; eos cupiditas impellit, ita gradiuntur, vt iniquitatis & iniuriæ materiam indifinitam conuehant. 19 Væh ijs, qui nullo iam diuini iudicij metu cohiberi possunt; quòd minùs omnia terra atque detestanda facinora machinentur: quin etiam diuinos homines, qui eos impendentis calamitatis prædicatione ab improbitate reuocare cõtendunt, cõtumeliosissimè vexant, & oraçulis diuinis impiè atque petulanter illudunt. Acceleret iam, inquit, operisq; sui Prophetarum omnium sermone atq; prædicatione peruagati, iam tãdem exitum festinanter expediat; vt tum demum oraculi veritatem rerum euentu comprobemus, & consiliũ quod (vt aiunt) iã pridem cepit, ipse Dominus, quem colit Israël, ad effectum perducat; vt tũc quanta sit Prophetis habenda fides, exploratè cognoscamus. 20 Væh ijs qui adedò mentis expertes, rectisq; sensibus orbatifant; vt nihil vere & incorruptè iudicent, sed turbulentis erroribus obcæcati, longè secus de rebus omnib. q̃ veritas postulat, existiment; totamq; rerum naturam inuertant, & vocabula penitùs immutent. Bonũ enim, malum nominant; malũ verò, bonum: sapientiam, amentiam esse statuunt; amentiam verò, sapientiã: amarum, dulce iudicant; dulce verò, amarum. Cùm enim bonum

in

in eo positum sit; vt spretis sensibus, à quibus perniciosæ infidię animis intendũtur, Deo, qui est summum & extremum bonorum omnium, arctissimè coniungamur: illi contra, sese à Dei coniunctione diuellant, vt sensibus addicantur. Similiter, cùm omnis lux mentis, & orationis in eo sit posita, vt vitam nõ iudicio nostro, sed Dei præscriptione, moderemur, fideq; non ingenio nitamur; illi, ingenij acumine freti, fidem despiciunt, errorisq; sui tenebras splendori diuinæ mentis anteponunt. Postremò, cũ omnis vitæ iucunditas è iustitiæ tranquillitate & constantia, & diuinis spiritus suauitate, petenda sit; ipsi contempta & spreta iustitia, infinitam cupiditatem, quæ totius acerbitalis & angoris causam continet, tota mente sequuntur. Sic autem fit; vt dum bonum adfiscunt, malis omnibus opprimantur: dum sapientiam assument, pestiferis erroribus imbuantur: dum voluptates exquirunt, acerbissimè crucientur. 21 Væh perditis & profligatis hominibus; qui cùm sint amentissimi, sibi tamen peracuti videtur, & prudentiæ opinione subnixi, passim vagantur. 22 Væh ijs quorum tota animi vis & industria, in nimio potu consumitur; & tunc sibi viri fortes & strenui videtur, cùm multũ vinũ hauriunt, & in hoc flagitioso certamine multis palmam bibendi præripiunt. 23 Væh postremò illis, qui corrupti muneribus, nocentes absoluunt, & innocentes scelere condènant, omnemque iudiciorum rationem non aequitate causæ, sed magnitudine pecuniæ, metiuntur. 24

Quocircà; sicut flamma stipulam conficit atque consumit, & culmus subito deflagrat in-

18 Væh
qui trahi
tis iniqui
tatem.

19 Qui di
citis festi
net.

20 Væ qui
dicitis
malum
bonum.

21 Væh
qui sapi
tes estis
in oculis
vestris.

22

23

24

cendio: sic eorum status, qui altissimis radicibus
 innixus esse videbatur, in iecta clade consump-
 tus euanesceat, & omnis eorum dignitas & splen-
 dor interibit. Opes attrita, comminuentur, &
 à vento dissipabuntur. Spreuerunt enim legem
 summi illius Imperatoris & Domini, & maledi-
 ctis omnibus illi vnici liberatoris imperium,
 25 in quo salus Israël est posita, conspicerunt, 25
 & ided incensa est ira Domini vehementer in
 populum suum, intentaq; manu grauissimum
 ei vulnus imposuit: ita vt montes contremisce-
 rent, & horribiles hominum strages egerentur,
 & cadauerum multitudo fœdis vulneribus cõ-
 cisa in medio platearum iaceret; & tñ neq; post
 tam diram cladem ira Domini tantulũ repressa
 est, sed adhuc manus illius est, ad inferendũ vul-
 nus, intenta. Nec enim ad illius cultum redire
 volunt: sed quò magis ab eo vulnerãtur, eò per-
 tinaciũs institutum scelus accumulãnt. 26 Ea de
 26 *Et ele-* *nabit si-* *gnum in* *nationi-* *bis pro-* *cul.*
 causa dominus signum tollet longinquis gẽti-
 bus, & quasi quodã fibilo populos fitu, atq; re-
 gione difiunctissimos excitabit. Ad nutũ igitur
 illius, in cuius potestate omnia sunt, hostis acer
 & immanis ab vltimis oris, admirabili cele-
 ritate contendet. 27 Non defatigatione frange-
 tur, nec vsquam offendet, sed alacritate incredi-
 bili properabit. Non erit deditus somno, nec læ-
 guefcet desidia, nec illa vis acris animi frangi,
 aut ardens studium restingui poterit. 28 Sagit-
 28 te namq; illius acutę sunt, & oēs arcus illius in-
 tenti. Vngues equorum illius instar sunt durę
 filicis, & rotę curruum illius quasi vehementes
 turbines cum ingenti fremitu discurrunt, &
 quacumque tulerint impetum, omnia peruer-
 tent

uertent. 29 Rugiet tanquam leo, frendet, & clã 29
 morem tollet, prædãque violenter arripiet,
 & arctissimẽ comprehensam continebit, eãque
 inuitissimis aduersarijs potietur. Nec erit quis-
 quam qui illam eripere conetur, impetũque
 victoris aliqua ex parte sustineat. 30 Populus 30
 miserijs vndique circumuentus obruetur flu-
 ctibus maris infesti, turbulentissimisq; tem-
 pestatibus agitati; oculos in terram conijciet,
 quam videbit caligine circumfusam. Omnis e-
 nim lux in coelo, vnde in terras effunditur, illis
 eripietur. Nec enim in hominibus illis, qui in
 tam grauem Dei offensionem inciderint, auxi-
 lij diuini spes vlla refidebit, nec vllum habebũt
 in rebus perditis alleuamentum.

*HIS quidem verbis Isaias funestam cladem à
 Romanis prænunciat ijs, qui Dei maiestatem perfi-
 dia sua ladebant: & Religionem immanissimi scele-
 ris contumacia violabant: quos quidem, vt magis ex-
 terreat, speciem ipsius summi Iudicis, quam ipse ocu-
 lis aspexit, oratione describit, & supplicium illud om-
 nium maximum, quod in mentis extrema cacitate
 conspexit, quo erat Iudæa funditus euertenda comme-
 morat. Sic enim ait.*

1 ANNO, quo Rex Ozias excessit è vita, vi- 1
 di dominum in regia, & excelsa sedẽ locatũ. Ex- 1
 tremi vestium limbi totũ templũ occupabant. CAP. VI.
 Nec enim vniuersi mundi fabrica, quod tem-
 plum quoddam illius summa religione dedica-
 tum existimandum est, totum numen illius in-
 tra se continet: sed diuini cultus & decoris orã
 extrema, atque quasi fimbrię sunt, quę cõplent
 naturæ totius amplitudinem. 2 Innumerabiles 2
 autem

autem cælites amore illius acriter inflammati folium circumfistebant. Quilibet fenas alas habebat. Binis singuli velabant facies suas. Tantis enim è facie Domini fulgor emicabat, vt ne mētes quidem ipsæ purissimæ, atq; beatissimæ illam contrà intueri possent, nisi, quemadmodū nos, cūm volumus intueri solem, oculis manū opponimus, ita & illæ oculos suos binis alis vtrinque sublatis; hoc est, pio metu, & verecundia immensæ maiestatis obumbrarent. Binis deinde alis pedes suos tegebant; partim, vt ostenderent illorum naturam esse ab humana cognitione remotissimam, tantūmque abesse, vt homines, qui humi strati sunt, possint Domini faciem mente comprehendere, vt ne Angelorū quidē extrema pedum lineamenta queant vllō modo perspiciere; partim, ne homines Dei ministris diuinitatem tribuerent, si illorum ingressum, & incredibilem pulcherrimorum studiorum celeritatem oculis notare possent. Nec enim sibi, sed domino gloriam tribui concupiscunt. Binis postremò interiectis alis volabant, vt in Dei voluntatem acriter intuentes, quid quid ille præciperet, protinus exequerentur, nec vllam moram interponerent, quin statim imperata perficerent. 3 Eorum autē singuli minime contenti eo studio, quo Domini laudes perpetuò concinebant, alios ad easdem laudes prædicandas excitabant, vt summa animorum conspiratione, atque consensu totum studium suum, in Conditoris sui gloriam conferrent. Alij igitur alios summis clamoribus exhortantur. Sanctus, inquit, sanctus, sanctus in omni sæculorum æternitate summis laudibus

bus prædicandus est summus hic dominus, cui sine recusatione cuncti exercitus cœlestes obtulerāt. Is enim à principio naturam vniuersam finxit & informauit. Illius numine, & imperio omnium rerum naturæ fultæ sustententur: in illum insita naturæ cupiditate referuntur: Is est, qui rerum initium, medium, & extremum sapiētissima moderatione complectitur. Sanctus pater ille summus, à quo sine vllius ætatis principio genitus est sanctus, & ipse dominus, qui omnia quæ super subterque sunt sapiētissimè ad voluntatem patris administrat. Sanctus & spiritus illius, quo naturam vniuersam continet, atque moderatur, & ad gloriam patris reducit. Nec enim solūm cœlum, sed etiam terram vniuersam nomen illius, atque gloria complebit. 4 Hæc illi cūm maxima voce dixissent, postes, atque limina templi magno quodam motu concussa horrendum strepitum ediderunt, & dēsa fumi nebula totam domum repleuit: quæ omnia præsentiam illius declarabāt, cuius etiam leuissimo tactu montium fundamenta quatiantur, & cacumina flammaram incendio coruscant, & crasse, & caliginosæ fumi nubes excitantur, quæ simul, & quàm metuenda sint illius iudicia designant, eiūsque maiestatem oculis humanis minime conspicisse demonstrant. 5 Cūm autem hoc tam insolitum & admirandum spectaculum oculis vsurpare, ingenti metu cohorrui. Nec enim solūm ipsius iudicis summi maiestas mihi horrorem incussit, verūm etiam illa cogitatio animum meum incredibiliter afflixit, qua protinus meū flagitium, atque scelus agnouī. Intellexi enim subitō, ni-

4 Et com-
mota sūt
super li-
minaria
templi.

5 Et dixi
Seh mihi
quoniam
tachi.

tō, nihil esse, nec ad officium honestius, nec ad
 gloriam amplius, nec ad voluptatem iucūdius,
 quā̄m societatem illius tam præclari muneris
 cū̄ sanctis angelis inire, & laudes illius optimi
 parentis, qui nos singulis horis, atq; adeō mo-
 mentis, muneribus auget, & beneficijs, in ore
 semper habere. & simul venit mihi tunc in men-
 tem cogitare, quanto me crimine alligassem, q̄
 non omnem vitam in domini gloriam cōtulif-
 sem. Tunc verō angelorū emulatione incensus,
 flagrare cœpi studio diuinæ gloriæ celebrandę:
 quod quidem statim effecissem, nisi me mei fla-
 gitij conscientia de tam præclaro conatu depu-
 lisset. Cogitabam enim quantum scelus esset, la-
 liquod munus impurum illi summæ puritati
 obtentu religionis offerre. Nihil enim ei place-
 re potest, quod sit aliqua sordium contagione
 maculatum, & notis sceleris, & improbitatis as-
 persum. Cū̄m verō omnia, quę maculis inusta
 sunt, illi sint vehementer inuisa, tum vel maxi-
 mē lingua sermonibus impuris assuefacta, ma-
 ledicentię quę veneno corrupta, & infecta. Hac
 igitur religione tactus me continebam, ne lin-
 gua mea, quam impuris sermonib; inquinārā,
 Dei laudes prædicarē, miseriamq; interim me-
 am, qua impediēbar, ne tam præclarum munus
 obirem, flebilibus modis lamētatus sum. Hei,
 inquam, mihi misero, qui non domini laudes
 in ore, atque sermone semper habui: quin etiā
 nūc, cū̄m regiam illius magnificentiam aspexi o-
 culis meis, ingenti stupore percussus obmutui.
 Linguam enim pollutam habeo: Nam cum homi-
 nibus impuris, atque flagitiosis viuo, qui
 linguas habent ad maledicendum audaces, & li-

be-

beras, & ex eorum familiaritate, & consuetudi-
 ne maledicentię morbum contraxi, ita vt mi-
 hi licere minimē putem, impuro ore Domini
 magnificentiam laudare. 6 Hanc autem sceleris
 mei confessionem fuit statim salutaris ad-
 modum medicina consecuta. Vnus enim ex
 Angelis illis prunam forcipe ex altari corripuit,
 & ad me confestim aduolauit, 7 linguamque
 meam eadem pruna contigit, cuius ardore
 omnis meæ orationis impuritas exterfa est.
 Gerebat enim illa pruna imaginem diuini verbi,
 quod totum est igneum, intimoꝝque animi
 sensus exurit, cœlestiumque rerum cupiditate
 mirabiliter inflammat. Ecce, inquit, verbi diuini
 contactu tota iniquitas tua obliterata est, &
 euanuit, nullumque refidet in te impuritatis
 antiquæ vestigium. His quidem ille verbis, om-
 nem mihi metum absterfit. 8 Continuo igitur
 erectus integritatis, & innocentię conscientia
 mihi diuinitus attributa, sumpti animum,
 maximorum munerū cupiditate flagraui. Qui
 igitur paullo antea oculos in cœlum tollere nō
 audebam, nec me dignum reputabam, qui ser-
 mone meo contaminato sanctissimum domini
 nomen vsurparem, omnia mihi summa repete
 proposui, maximaq; facinora suscipere gratia
 illius ardentissimē cōcupiui. Cū̄m igitur domi-
 nus quasi consultans diceret, quem ex omnib;
 huic tanto muneri præficiemus? cuius fidei hęc
 legationem cōmitteremus? Opus est enim nobis
 homine fideli, & impigro, q̄ nullo metu impe-
 diatur cō proficisci, quō̄ illū legauerimus; nō ex-
 pectauimus, dū̄ me nominatim appellaret, sed vltro
 me ipsum obtuli, operamq; meam sum volūta-
 te sum-

te summa pollicitus. Promptus, inquam, atque paratus sum ad omnia quæ imperaueris exequenda. Me igitur mitte, nullum erit negotium tam arduum, quod recusam, nullum periculū, quod adire glorię tuę causā reformidem. 9 Hic ille operam meam minimè aspernatus est. Vade inquit, & hæc nomine meo dices populo huic. Disciplinam quidē diuinam auribus accipietis: non tñ intelligetis, & in reb. etiā clarissimis, & in omniū conspectu positis nihil omnino videbitis. 10 Denuncia igitur illis summam animi tarditatem, obstinatæque mentis stupiditatem, & oculorum detestabilem, & execrandam cæcitatem, ne videant oculis suis, auribusque salutarem disciplinam accipiāt, diuinūque legis sensum animo cōprehendant, & hac ratione ab insita penitūs improbitate conuersi sanitatem à me consequantur. Par enim est, vt qui lucem oderunt, tenebris damnentur, & qui veritatem repulerunt, somnia consectentur, & qui salutem suam prodiderunt, in pēstem, & exitium sempiternum præcipientes exturbentur, omnisque salutis spes illis præcisa sit, qui salutis auctorem immani odio persequuntur. 11 Hic ego cū intellexissem gentem meam esse propter sceleris immanitatem à Deo deserendā, valde perturbatus sum. Volui tamen scire, an esset aliquis tandem modus tantæ cladi statuentis, & miseria aliquo fine terminanda. Itaque dixi: Vsq̄quequō Domine, gens hæc miserrima propter suum scelus, ope tua nudata iacebit? Vsq̄ue eò, inquit, dum Iudæa ciuitatibus extremum exitium, & vltimas inferatur, neque citius vllus reliquus à tanta calamitate fiat, & do-

mus

mus ab omni cultore deserantur, omnisque regio in summam solitudinem redigatur. 12 Homines autem Deus in longinquas terras expellet, multisque sæculis Iudæa erit in medio orbe terrarum diuini præsidio destituta. 13 Non tamē in omnes ira domini sequiet. Reliquie enim, quasi quædam decimæ Dei numini consecratæ ad Deum conuertentur: Gens tamen ipsa maxima ex parte hostibus diripienda relinquetur. Et erit quasi robur, aut quercus, cuius glandes vndique greges immixsi depascantur, eo tempore quo illis folia decidunt, vt tandem non fructu tantum, sed folijs etiam spoliatur: quæ tamen licet aruisse videatur, stirpe atque trunconixa sustinebitur, vt aliquando tandem fructū sanctitatis, atque iustitiæ profundat. Semen enim sanctum, quod ex eadem gente orietur, ad omnes gētes liberandas, illa stabilitatem dabit, vt soboles innumerabilis sanctitate præcellens ex ea propagetur.

HACTENVS vir diuinus Domini maiestatem CA. VII.
recensuit, & illius sententiam contra Iudæos prolatam exposuit. Huic autē loco historiam sui temporis satis materie, quam præcipue tractat, congruentem, attexit. Sic enim subiungit. 1 Cū regnaret Achaz filius Ioathan, nepos Ozia in Iuda, Rezim Rex Syriæ, & Pecah filius Romeliæ Rex Israel bellum mouerunt contra Ierosolymam, vt eam, armis excinderent, non tamen illam expugnare potuerunt. 2 Cū autem de belli maximi apparatus fuisset in principio nuntius in domum Dauidis allatus, magna quædam fuit in Regia perturbatio, cū percubisset, duos reges maximos in excidiū Ierosolymæ coniurasse, iun-

Etisq; viribus ingentes armatorum copias eduxisse, & iam iam, vt urbem obsidione cingeret, ad futuros. Rex igitur, et vniuersus populus trepidare, & pauere, & tristissimis curis agitari, & in varias partes impelli, vt impellitur foliū arboris, cum auræ flatu concutitur. Dixit autem dominus Isaï: egredere tu, & filius tuus Seariasub, quod nomen designat reliquias Israël ad Deum conuertendas, atq; portedit omnes pios, qui diuini verbi sacū generandi sunt, saluos & incolumes fore, diuinisq; munerib; exornatos. Ambo igitur, inquit, egredimini in extremū cliuum piscinæ superioris, in viam agri fullonis obuiam regi Achaz, qui belli improuiso nūcio perturbatus, sese in urbē recipit, vt vitā suā non fide meæ clementiæ, sed mœniū præsidio tueatur. Intelligat tandem ex occurſu tuo, quā securi, atq; confidentes sint, ij qui se mihi commiserunt, atq; tradiderunt, nec humanis armis: sed ope mea contra oēs hostiles imperus munitur. Ille namq; metu hostiū, cum extra urbem esset, sese trepidanter in urbem recipit: Tu verò contrā, cum intra urbis mœnia sis, cum fueris egressus, ostēdes, quā pro nihilo putes omnes hostium conatus. Regem autem, vt bono animo sit, huiusmodi verbis exhortaberis: Caue ne in perfidiæ scelus incurras, si te met' ab his regibus aliqua ratione perculerit. Excita igitur fidem, quæ animos quietos, & confidentes efficit, Deiq; inuictō præsidio nitere, regūq; omniū minas cōtemne. His enim duob; Regibus, quos audis contra te bellū moliri, exitialis exitus appropinquat: nec sunt magis metuendi, q̄ extrema pars adusti ligni, atq; fumantis, cum ignis illius

lius extinguitur. Breuī siquidem eorum vis, & impetus frangetur, & immanis furor temporis momēto deflagrabit. Tu quidem ideō metuis, q̄ audieris hos duos Reges cōtra te percussisse, exitiūq; tibi machinari. Statuerunt enim instructis copijs ad te ascendere, vt te bello fatigaret, & opes tuas euertent, Regemq; in Iudæa constituerent filium Tobal. Hæc autem tem dicit dominus, nec consilium eorum confitet, nec conatus exitum vllum reperiet. 8 quin 8 potius imperium Damasci cū Rezim rege funditis interibit, & intra sexagesimum quintū annum ab Amos diuini viri prædicatione, 9 Regnum etiam Israël cum filio Romeliæ concidet, eruntq; Samariæ opes euersæ. Hæc omnia cum Isaïas, vt sibi à Deo fuerat imperatum, fecisset, Regemq; ne metueret admonuisset, Rex tamen nutabat, atque vacillabat, neq; fidem diuinis promissis adiungebat. Mirum nō est, inquit Isaïas, si Deo fidem non habetis, nec enim vnquam fide muniti fuistis. 10 Hæc deinde à Deo admonitus aduēxit, vt in certissimam spē salutis erigi possis, ne vlla in te diffidentia resideat, quæ animam tuam timore debilitet, 11 pe te à Deo tuo signum, quod habeas quasi tanti promissi pignus, per quod certus esse possis, auxiliū tibi diuinitus ad futurum. Sit signū admirandum, & obſtupendam, & ante hunc diē profus inauditū, atq; contra totius naturæ ordinē, siue in profundissima terræ totius altitudine, siue in supremo cœli fastigio datū. 12 Rex cū esset impius, ne signū illud Dei gloriā illustraret, & Iudæos à cultu nefariæ superstitionis auerteret, signum postcere noluit. Et interim, in

11 Petē signum à domino Deo tuo.

12

scelere pietatē simulauit, vt specioſam cauſſam perfidiæ atq; rebellioni prætenderet. Non petā, ¹³ inquit, nec tentabo dominum. ¹³ Hoc audito, Iſaias excanduit, nec ſolū in regem; ſed in totā Dauidis familiam, atque in totam regni illius poſteritatem, quæ maxima ex parte erat ſceleribus nefandis alliganda, aſperis verbis inuectus eſt. Audite, inquit, omnes qui genus à Dauide ducitis, & ad illius regnum pertinetis, ad eōne iuuat à parente ſanctiſſimo, & optimo principi degenerare, vt non ſolū iniurijs homines quamplurimis oneretis; verū etiam Deo meo grauiſſimam moleſtiam inferatis? Paſſimne eſt vobis, humanam ſocietatem violare? Et tiane obſtinatē operam dabit, vt Dei gloriam obſcuretis? ¹⁴ Longè vos fallit opinio, ſi vel Dei gloriam veſtris ſceleribus obterendam, vel veſtrum ſcelus impunitum fore ſuſpicamini. Illuſtrabit ille quidem gloriam ſuam, ſignumq; tādē eadet, omnium, quæ vnquam fuere, maximum, quod vniuerſam orbem terrarum nouo, & inſolito ſplendore cōmoueat: veſtrum autē genus, q; parentum ſcelus imitabitur, atq; ad eō ſuperabit, ſempiterna peſte conficiet. Nomen enim domini erit apud omnes gentes clarum, & excelſum, & honoribus eximijs amplificatum: vos autem qui gloriam illius oppugnat, tum vel maximē, cū reliquæ gentes extiterint lucis diuinæ participes, in grauiſſimam offenſionem illius incidetis. Nam virgo abſq; labis impuritate, & abſq; vlla viri coniunctione concipiet, filiumq; pariet, cuius nomen illius numē facile declarabit. Vocabitur enim Emmanuel, id eſt, nobiſcum Deus, q; quidem ſignificat Deū

cūm

cū natura humana admirabili ſcēdere coniungendū. Deus enim humanū corpus induet, ſanctiſſimumq; illius numen in habitu, atq; figura hominis deliteſcet; vt ſimul imbecillitatis humanæ particeps fiat, & homines ſecū diuinorū bonorū communionē, & ſocietate coniungat. ¹⁵ Neq; enim ſolū ſibi naturam humanā, ſed imbecillitatem etiā, quæ mortalem naturam generis humani conſequitur, clemētiſſimē copulabit: ita vt ſit in tenera etate butyro, atq; melle ſuſtentandus, vt cū experiūdo didicerit quæ ſit noſtri generis infirmitas, & tanquam verus homo naturæ contraria repulerit, & ſalutaria prudēter adſciuerit, à ſuis malū arceat: & bonis omnib. eos auceat, atq; locupleter. ¹⁶ Non tamē hoc ſtatim futurum exiſtmes. Antequā enim diuinus hic puer è virgine in terris oriat, vt imperium ſuum, atq; regium munus exerceat, malosq; repellat, & debitis pœnis excruciet, & bonos ſibi coniungat, muneribusq; diuinis aſſiciat, numinis illi⁹ vi, atq; poteſtate erit regio illa, q̄ deteſtaris à duob. Regib⁹, q; de tua pernicio cogitat; tibi moliantur exitū, deſerta, atq; deſerta, vt intelligi poſſit, quā rectē Emmanuelis nomen illi conueniat. ¹⁷ Nec tamē cū illorum opes euerſæ, & exciſæ fuerint, erit tibi *cet domi-* otium ab illis hoſtibus, per quos Syria, atq; Sa- *nus ſuper* maria vaſtanda eſt. Iſtius enim perfidiæ pœnas *te.* dabis. Tāta enim tibi, & populo tuo, & vniuerſæ familiæ tuæ à domino tempeſtas impendet, tantaq; tibi mala ſubeunda ſunt, quanta nunquam regno tuo inciderūt, poſt illud diſſidiū, quo regnū Ephraim à Iuda diuulſum fuit. Rex enim Aſſyriæ in opes tuas inuadet. ¹⁸ Tūc enim ¹⁸

D 3

excita-

Ecce Virgo concipiet.

excitabit quasi quodā sibilo dominus eos qui
 19 matim cōgregabuntur, & Assyrios itē, 19 qui tā
 quā apes dēfis examinib. glomerati cōfestim ad
 uolabunt, & confident in vallib. hominū fuga
 desertis, & rupiū hiatus, & asperitates occupa-
 20 bunt, & oēs frutices & arbuta complebunt. 20
 Eo autē tēpore dominus cōductis operis eorū
 qui trans flumen habitant, & sub Assyrio Rege
 militat, principes euertet, plebē excinet, & se-
 num etiam auctoritatē franget, omniaq; salutis
 21 præsidia demolietur. 21 Illorum porrō, qui ho-
 stium manus euaserint, erunt opes tenuissimē,
 ita vt singulis homines buculā nutriant, et duas
 22 oues. 22 Erit tamen propter incultarum, atq; re-
 lictarum possessionum vastitatem tāta pascuo-
 rum vbertas, vt qui lac emulserit, butyri ma-
 gnā vim ad comedendū exprimat. Omnis eni-
 23 nim qui in medio terrē relictus à tāta clade fue-
 rit, butyro, atq; melle vitam sustētabit. 23 Agri
 verō quondam vitibus summa impensa confi-
 ti, erūt obfiti veprib. et dumetis dēfissimis hirsu-
 24 ti, 24 nemoq; illuc. sine arcu, & sagittis penetra-
 re audebit, eō quōd omnia futura sint veprib.
 & spinis obducta, & propter densa ferarum lu-
 25 stra hominibus infesta. 25 Loca autem in mon-
 tibus amēnissimis, quæ olim agricolæ sarculo
 fodiebant, & spinis diligentissimē sepiebāt, vt
 illarum metu armenta, atque pecudum greges
 arcerent, sepibus omnino reuulsis, erunt gregi-
 bus & armentis exposita. Itaque agros cultissi-
 mos, atq; nitidissimos, hortos amēnissimos,
 oues & armenta proculcabunt, & absq; vllō me-
 tu gramina in illis sponte nascētia decerpent.

His

H is explicatis vir sanctus exponit magnum quod-
 dam diuinæ clementiæ mysterium, quod sibi secundum
 quietem enunciatum fuit. Ait igitur, 1 Et dixit do-
 minus mihi; sume tibi grande volumen, vt scri-
 bas in eo orationem, non quidem verborum
 copia, sed sententię pondere, & magnitudine sa-
 tis amplam, & copiosam. Stylo autem humano
 figurataq; dicendi ratione, vt facilius animis in-
 sculpi possit, in illo diuinæ mysteria designa-
 Sic enim scribes, vt festinet spolia detrahēre, ad
 prædandum celeritatem adhibeat. 2 Duobus au-
 tem grauissimis hominibus testimoniū denun-
 ciaui, qui eodem spiritu afflati hanc eandem di-
 uini pueri vim & celeritatem testificabūtur. V-
 nus quidem erit Vrias Sacerdos, alter verō Za-
 charias filius Barachiz. 3 Videbar autē mihi ad 3
 scēminam numine diuini spiritus inflantam,
 & inflatā accedere, quę Dei verbo grauida repe-
 tē facta filium peperit, & dixit dominus mihi:
 impone illi nomen, quod fuit à te in volumine
 scriptum; nempe, festina ad deripiēda spolia,
 & ad prædandū accelera. 4 Tantam enim puer
 ille celeritatem suscipiet, vt antequā secundum
 originis humanæ rationem patrem, atq; matrē
 agnoscat, & humanam secum naturam inexpli-
 cabili ratione deuinciat, Damasci potētiā ex-
 cindat, & Samarię spolia regni Assyriorum diri-
 piēda concedat. His quidem verbis virginis
 sanctissimæ, cuius paulō antē mentio facta
 est, fuit ab Isaia prænnunciata fecunditas, quæ
 Dei verbo concepit, & peperit filium, qui ty-
 rannum immanissimum, cuius impotenti do-
 minatu erat oppressum vniuersum genus hu-
 manum, euertit, admirandaque celeritate

D 4

prædam

CAPVT
VIII.Et scribo
in eo sty-
lo homi-
nis.

prædam illius abstulit, nostramque in perpetuum libertatem constituit. Hic idem salutis, atque humanæ libertatis vindex, multis antè seculis, quâ sub humano habitu, figurâque terras lustraret, hostium impetus à suis reprimebat; maximaque imperia conuellebat, nomenque suum quo erat dæmonis infestissimi imperium extinguedum, admirandis operibus indicabat. Et quia sic futurum erat, vt in Christi regno nihil esset tumidum & inflatum, nihil arrogans & ambitiosum, nihil inquietum, & turbidum: sed diuino quodam modo, singularique ratione, humilitate & constantia moderandum, iam eo tempore cerni poterat, qui tandem ad Christi regnum pertinerent; qui rursus à sanctissimis illius institutis, & placitis odio acerbò disdicerent. Qui enim propter cupiditatem immaniū diuitiarum quietem, & otium pati nō poterāt, qui, dum sibi opes ingentes pararēt, omnia perturbare atque commiscere cupiebant, hi minimè quidem erant in regno Christi censendi, sed in hostibus illius numerandi. Erat autem eo tempore, quo Isaias hæc mandabat literis, ingēs horum hominum multitudo. Nam, cum viderēt, quàm tenues essent opes regum Iudæ, & potentia regum Israël, & regnum Syriæ secum animis reputarent, regnum illud Ierosolymæ quietū, & humile, neciā humanis opib. quæ fide, atque religione manitum spernebant, optabiliusque censebant, sub regibus illis esse, quàmuis eorū fortunę multis fluctib. obiectę fuissent, quàm Ierosolymis vitā quietē in mediocri fortuna traduce re, inanemque spem ingentiū diuitiarū sequi mallebant, quàm opibus mediocribus animo tranqui-

quillo frui. Neque enim intelligebant veras, & summas diuitias esse in bonis animi collocandas, omnemque beatæ vitæ rationem ad animi tranquillitatem, & constantiam referendam. Horum igitur furorem, & insaniam considerans Isaias, & simul in illis cernens expressam imaginem illorum, qui regnū Christi, propter speciem humilitatis eorum temeritati contrariam, contemnunt, & despiciunt, eorum amantiam, atque scelus exagitat, & illis exitium comminatur. Ait igitur; hæc etiam dixit mihi dominus. ⁶ Quando populus hic contemnit regnum Ierosolymæ, quod est instar Siloë, quæ vox missum significat, parui cuiusdam fluminis, quod fluit sensim, atque leniter, illiusque summi regis, qui est in terras mittendus lenitate, & nomine, & æquabilitate sui cursus adumbrat, & anteponit huic regno imperium Rezim, & imperium filij Romeliæ, illorumque opes augeri, & amplificari desiderat, ⁷ ingentem vim in illum incitabo. Influent enim in illius regionē ingentes regis Assyriorum copię fortissimæ, rebusque omnibus instructissimæ, quæ instar maximi fluminis, immodicis imbribus aucti non poterunt alueo contineri; sed super ripas effusa in omnes circumquaque regiones redudabunt, ⁸ easque maxima ex parte fluctibus suis opperient, vsque eò, dum è summa aqua collum tantum emineat. Ierosolyma enim tantum, & ea multis incommodis, atque periculis cincta remanebit, parumque aberit, quin vniuersus Iudæorum status fluminis vehementer incitati vorticibus obruatur. Exercitus enim Assyrius occupabit latitudinem terrę tuę O Emmanuel.

*Et erit
extensio
alarum
eius im-
plens lati-
tudinem
terra tua
O Emma-
nuel.*

Indignum, acerbum, luctuosum, tantum animi
hostibus nostris additum, vt in terram tutelæ,
atque patrocinio Regis sempiterni commissam
armis inuadant? vicos incendant? vrbes occu-
pent? hominibus vitam, & libertatem eripiant?
Et tu hæc pateris, ô Emmanuel? Nec te tui no-
minis amplitudo, nec summi imperatoris officium,
nec eorū fides, qui tibi vitam crediderūt,
nec glorię tuę caussa ad impiorum hominū au-
daciā committendam populūmq; tuum præ-
senti ope liberandum excitabit? Nam si vis hu-
ius sanctissimi nominis verè significat in te nu-
men habitare, idq; nobiscum semper fore, & si,
qui Dej præsidio tecti sunt, nullis opibus oppri-
mi possunt, aut de status gradu aliqua ex parte
dimoueri, quid magis indignum est, quàm re-
gionem tuam vastari, supplicesq; tuos aut cru-
delissimè necari, aut in miseram seruitutē ab-
9 duci? Sed nulla caussa est, cur hanc querimo-
niam diutiùs habeamus. Nunquam enim rex
hic noster nos ope sua nudabit, numenq; suum
ludibrio hostibus esse patietur. Quamuis enim
eorum sceleribus offensus, qui summam con-
tumaciā adhibent in improbitate retinenda,
nec ad officium reuerti volunt, hostes in eo-
rum fines immittat, non tamen ita, vt eos qui
in fide permanent, euertat. Imò tunc vel ma-
ximè, cum impiorum opes cōminuuntur, suo-
rum dignitatem, & opes amplificat. Quocirca
nullæ sunt copiæ nobis extimescendę, nulli mo-
tus bellorum metuendi, nulla regum maximo-
rum conspiratio formidanda. Coniurate in no-
strum exitium, ô populi, & tamen fracti, atque
debilitati concidētis. Audite omnes, qui extre-
mas

mas terras incolitis, summa diligentia bellum
comparate, vos ipsos, inquā, ad perniciē nobis
inferendam omnibus armis instruite, & tamen
fracti, atque debilitati concidētis: 10 inite confi-
lium & irritum fiet, minas proponite, & erunt
inanes, quia nobiscum Deus. Hæc enim est Em-
manueli nomini subiecta sententia. 11 Huius e-
nim fiducia dominus animum meum cōfirma-
uit, & spiritus inuicti robore stabiliiuit, ne po-
puli huius imbecillitatem imitaretur, & mores,
& nefaria instituta sequeretur. 12 Ne vos, inquit,
societatis à Regibus initæ fama cōturbet, ne ue-
coniurationis nomen ad timoris indicium in
ore vestro, atque sermone verferetur. Nunc enim
vnus hic populi sermo est, & omnes de hac vna
re loquuntur, & nimia formidine perterriti hoc
vnum inter se conferunt; quomodo videlicet
duo Reges societatem conuerint, & de statu Iu-
dæorum funditus euertendo coniurauerint, &
coniunctis copijs bellum propediem mœnibus
illaturi sint. Qui enim mea iudicia non timent,
hominum minas extimescunt, & cum primū
aliquis armorum tumultus exiit, ingenti for-
midine quatuntur, vehementerq; sunt de vita
sua, atq; de omni rerum suarum statu solliciti.
13 Vos verò, qui vitam vestram pietati consecra-
uistis, cautionem adhibete, ne metum huiusmo-
di metuatis, neq; animos vestros similis terror
infringat. Veniat vobis in mentem, quantum
sit summi, atque præpotentis Dei numen. Illum
solum summa religione colite, illum reuere-
mini, iudiciorum illius metu contremiscite.
Hic enim metus, atque Religio cupiditatem
refrenat, & libidinem comprimit, animumq; egre-

*11 Sicur
in manna
foret eru-
dit me.*

*Omnia
qua loqui-
tur popu-
lus iste cō-
iuratio
est.*

egregio cultu, totius decoris, & honestatis exornat, Deumq; hominibus amore denincit. Sic autem fit, vt expellat omnes timores, & animos sollicitudine liberet, atque excelfos, & inuitos efficiat. Nunquam enim pauebit, quem Dei metus, atque religio numinis illius, obstrinxerit. Non igitur reges mortales, & interituros, inanefq; hominum minas, sed sempiternum cœli dominatorem metuice, si vultis statum vestrum esse firmissimo præsidio rectû,

14 ipsiusq; Dei præfenti ope stabilitû. 14 Is enim nobis salutem afferet, magnamq; diuinæ laudis perpetuò celebrandæ materiam dabit: At illis, qui hominum inanem potentiã pertimescunt,

Et erit exitium feret. Erit enim duabus domibus Israël *in san* *ctificatio* *nem.* *lis* instar lapidis oppositi in media via, & instar laquei, atq; tendiculæ ad offensionis, & ruine periculum. Beneficijs enim diuinis ad suam ipsorum perniciem abutuntur, & quò maius, & clarius est diuinæ bonitatis argumentum, eò grauius in se numen illius incendunt; dum optimi parentis bonitatem aspernantur; & quò maioribus beneficijs alliciuntur, eò sceleratius in officio delinquant, grauioremq; in se numinis offensionem concitant. 15 Sic autem fiet, vt tum præcipuè in illis hæreat hoc ingrati animi scelus, & immanis perfidia, cùm dominus maximam suæ benignitatis, & clementiæ significationem dederit, sempiternamq; salutē per se terris vniuersis attulerit. Tunc enim quâ plurimi ex illis, & lucē fugiēt, & ruent in tenebris, & in lapidem offensionis incurrent, & interim nec offensi pedem referent, nec cùm ceciderint, erigentur, nec in ruina leuiter fauciabuntur, nec

vbi

vbi in hostium manus inciderint, illorum crudelitatem effugient, sed vbi primum in lapidē inciderint, titubabunt, & corruent, & grauius allisi conterentur, & laqueis impediuntur, & ab hostibus in insidijs positis immanissimè capiuntur. Quod non ob scelus gens hæc in tantam miseriam detrudenda est? Quia Dei cognitiōē repulit, inquit dominus, legisq; disciplinam aspernata est. Nam cupiditate cæca se totam rebus terrenis addixit, nec fide mentem ad rerum diuinarum intelligentiam excitauit. 16 Prænu. 16 cia igitur, inquit ipse dominus, huic populo diram cæcitatem, & amentiam, qua vexandus est, ne mysteria diuina percipiat. Lex enim erit illis obfignata, diuinarumq; testimoniorum *Ligati testi* *moniū, et* *signalegō* *in disci-* *pulis ma-* *is.* cognitiō multis difficultatibus obftructa, ne possint vilo modo, quandoiu fuerint, à mea voluntate abhorrentes, diuinæ scripturæ sensum percipere. Nec enim quisquam poterit arcana legis inspicere, nisi se mihi in disciplinam traderit. 17 At cùm nemo mentem suam ad disciplinæ meæ studium applicare possit, nisi pater meus cœlestis illum spiritu suo pellexerit, in illum, qui nunc ab Israëlīs salute est auersus, intuebor, summūq; illum dominum pro eorum salute venerabor, vt eorum animos luce sua compleat, qua facillimè queant legis, atque prophetatum sensus mente complecti. 18 Vos igitur quos moneo, & inftituo, quos ad fidem, & officium voco, & ab impiorum imitatione deterreo, si vultis limilem casum declinare, salutemq; vestram tueri, me intuemini, discipulosq; meos, quos mihi filios adoptaui, patri monijq; cœlestis hæredes institui. Hoc enim pater

pater ille summus edidit eximium in Israël, virtutis & potentia suæ miraculum, hoc vñ iustitiæ atq; sanctitatis specimē, summumq; bonitatis, & beneficentiæ documentum. Qui igitur veram sapientiam consequi, summumque cœli rectorem piè, & castè venerari cupit, nunquam à me, nec à filijs meis, quos dedit mihi Dominus, nec enim secundum carnem, sed secundum spiritum illius in lucē suscepti sunt, oculos deiciat: hoc vnum sapientiæ exemplū consulat: hanc vnam iustitiæ regulam tam admirandis signis egregiè comprobata summo studio sequatur. 19 Nec vllius impuræ, & nefariæ disciplinæ dolis, atque præstigijs, à studio veræ sapientiæ discedat. Si igitur homines impij voluerint vos contagione pestilenti suæ prauitatis inficere, atque persuadere, vt in rebus incertis eos de vitæ vestræ rationibus consulatis, quos infestissimi dæmonis spiritus incitat, qui necromantijs, & magicarum artium disciplinis hominib; imperitis illudunt, qui summa gariendi impunitate proposita, quidquid somniant, impadenter effutiunt, illorum impiam, & execrandam orationem detestamini. Sic autem dicetis: Num populus, qui in summi Dei tutela est, tanta flagrabit amentia, vt in aliquo alio suæ salutis spem collocandam arbitretur? vt Deum suum in rebus turbidis, & afflictis non consulat? vt opem illius non fidenter imploret? vt ad falsa numina suppliciter adeat? vt mortuos pro viuentium incolumitate veneretur?

20 Non est is mos nobis, non ratio, non disciplina. Sic enim sumus instituti, vt quamuis omnia bellis ardere videamus, non demittamus animos,

19 Et cum dixerint ad vos: quarite à Pytho- nibus.

Nūquid non populi à Deo suam requirerent si- sionem?

20

animos, nec inani sollicitudine conturbemur. Exploratum enim habemus, fieri nullo modo posse, vt summus dominus eos, qui sese ad studium legis illius adiungunt, & fidem vnicè colunt, ope sua destituat, & calamitatibus opprimi patiatur: Vna igitur tantum nobis cura est, atque sollicitudo, vt legem illius, atque testimonium consulamus, & ad illius voluntatem omnia vitæ officia dirigamus, nostrosque animos spiritu illius, atque sanctissima præscriptione conformemus. Quod quidem si illius spiritu confirmati præstiterimus, nihil interuenire poterit, quod vitæ nostræ statum aliqua ex parte labefactet. Nullis igitur terroribus, aut periculis adducti tantum facinus concipiemus. Ad hunc igitur modum perditæ gentis orationem refutabitis. Qui verò non à se hac sententia impiorum hominum importunitatem repulerint, magnum profectò dabunt suæ cæcitatibus indicium: In tenebris enim versantur, nec matutina vnquam lux illis exoritur, qui sese tantæ impietatis societate contaminant. 21 Ergo, inquit Propheta, cum grauior aliquis casus inciderit, è luce, quam detestantur, longius emigrabunt, & huc, & illuc, animo suspensio, atque sollicito vagabuntur, nec illud vnicum subsidium, quod in sceleris admisi detestatione consilia, sibi parabunt, vt à Deo, à quo sunt afflictis, remedium consequantur: sed quod fieri solet, cum scelus ad summum peruenit, & est multis iam accessionibus amplificatum, quò maioribus malis opprimentur, eò magis contra omnem rationem pietatis obdurescent. Cum igitur in eum statum impulsus fuerint,

vñ

Ad legē magis, & ad restimonia.

Quòd si non dixerint iuxta Scribā hoc nō erit eis matutina lux.

21

vt sint extrema clade conficiendi, quilibet eorum enectus fame ita concurrabit in terra malis omnibus oppressa, vt nihil omnino de sceleris immanitate remittat: sed tunc & in Regē suum, quem pietate placare debuisset, maledicta congeret, quasi tantorum malorum causā attulerit, & in Deum suum conuicia impudenter ingeret, eò quòd tantam vim calamitatis inuexerit. Cernet enim fe malis vndiq; circumuentum, nec vllam sibi auram afflari cōspiciet. Cūm oculos in cœlum sustulerit, illud sibi grauius inensum sentiet. 22 Cūm rursus aspectū in terram demiserit, illā tetra calamitate vastari, cæcisq; tenebris demergi videbit. Erit enim illis lux Solis erepta, & caligo teterrimæ noctis offusa, densaq; nebula impetu vehementissimo

23 cōcitata magnum illis terrorem iniiciet; 23 nec vllum poterunt habere miseræ perfrugium.

CA. IX. NĒC enim medio cre scelus suscipient, sed illud, quo nullum terrius, atq; detestabilius cogitatione fingi potest. In maximum enim Dei summū beneficium sic ingrati erunt, vt ipsum immortalis beneficii, atque sempiternæ salutis auctorem immani odio persequantur. Sub id enim tempus, quo extrema calamitas, quæ vitari non poterit, Iudæorum rebus imminebit, ipse dominus in terris illis versabitur.

1 Et primum quidem terram Zabulon, & terram Neptalim magnis beneficijs afficiet. Peccati enim iugum ab eorum ceruice, qui fuerint illū secuti, depellet, deinde maritimas oras, & Galilæam, & omnes illas regiones, quæ sunt inter mare, & Iordanem interiectæ, docendo peragrabat, & Iordanem etiam transmittet, vt inuier-

sam Iudæam nō solum peccato liberet, sed maioribus indies, & amplioribus donis, & ornamentis afficiat. In iisdem igitur ipsis locis, quæ hostili impetu vexata, populata, cladibus innumerabilibus afflicta sunt, quæ impotenti dominatu miserabiliter oppressa multos annos iacuerunt, & quod caput est omnium malorum, peccati iugum acerbissimum pertulerunt, erit spes certissima salutis, atq; libertatis ostensa diuinitus, & clarissima lux in regionibus illis mortis teterrima caligine circumfusus orietur. 2 Populus strendens Ierosolyma, & populus qui versabatur in tenebris, & erat peccati vinculis alligatus, & tyrannidi mortis addictus, è tenebris emerfus in lucem diuinam respiciet, ipsumq; Dei filium in illis locis omnia splendore disciplinæ suæ multò clariùs illustrantem oculis intuebitur, & peccati dominatu liberatus, & è mortis vinculis emissus incredibiliter exultabit. 3 Nec gētem in quam tanta dona, atque munera congesti, domine, exiguo numero definitam esse voluisti, ne lætitiā quidem mediocrem cunctis gentibus attulisti, sed vt populi tui numerum amplificasti, ita omnes, qui tantæ lucis compositi sunt, magnitudine lætitiæ, atque iugunditatis extulisti. Lætābuntur in conspectu tuo, sicut lætāntur agricolæ, cūm magnam frugum vbertatem in messe percipiunt: & sicut exultant victores, cūm hostibus spolia diripiunt. 4 Iugum enim cupiditatis, quod illos grauabat, ab eorum ceruice depulisti, immanissimūque imperium peccati, quod mortis tributum imperabat, extinxisti, & potentiam hostis immanis, qua pœnas grauissimas expetebat, per-

*Sicut in
die Ma-
dian.*

fregisti, quemadmodum olim, cum Madianitas operâ Gedeonis primo impetu profligasti. Non enim armorum numero, non imperatoris ipsius vsu, atque disciplina, non denique acerrima belli contentione hostes in fugam coniecisti, sed numine tantum tuo perculti, & abiecti, cum primum in eos Gedeon trecentis tantum hominibus, ipsique inermibus consiliatus inuasit, subito conciderunt. Quæ nam tandem fuit illa tanta vis lampadum laternis scintillis inclusarum, ut cum primum fractis laternis inclusum lumē emicuit, ingens repente pavor hostes, & multitudinem, & armorum genere, et immani audacia feroces, & infestos opprimeret? Quisnam ille tam horrificus tubarum clangor extitit, ut cum primum intonuit, hostium copias exanimaret, & mutua inter se facta cæde confecerit? An non ille præclarus, & admirandus exitus prælij luculenter expressit victoriâ insignem, quam viri diuini Christi spiritu, atque numine confirmati summa cum gloria cōsequuti sunt? Homines enim paucissimi, neque genere clari, nec opibus opulenti, nec literis eruditi, nec armis instructi contra nequitiam, & improbitatem, contra perniciosos mores, & instituta nefaria, contra sceleratam, & impiam superstitionem temporis longinquitate corroboratam, contra tyrannorum immanem potentiam imperij legitimi opinione confirmatam; atque postremo contra Sathanæ opes, quæ vniuersum genus humanum obsessum, & vinculis astrictum tenebant, bellum animo maximo susceperunt, clarissimamque victoriâ de omnibus his monstris, atque portentis ad-

epti

epti sunt. At quibus armis hoc tantum facinus aggressi sunt: diuinæ lucis splendore, qui eorum vita atque moribus eminebat; & fracta quasi quadam laterna scintilla, carnis cupiditate, & corporis compressa libidine præfulgebat; & Euangelij classico, quod omnes inferorum manium copias exterrebat, orbem terrarum à durissima seruitute in libertatem vindicatum sub DEI imperium, ditionemque subiunxerunt. Horum igitur operâ fuit hostis abiectus, exuuiæ detractæ, tyrannis deleta, libertas egregie constituta. Illa siquidem omnia crudelissimæ victoriæ trophæa, quæ sibi hostis ad sui nominis, & gloriæ monumentum superbe defixerat, illi clamores insani, quibus in acie terrorem imperitis iniiciebat, illæ vestes imbutæ sanguine, quibus crudelitatem, & scitiam miseris ostentabat, subito flammis vtricitibus absumptæ sunt. Sed vnde, quæsdò, tam diuina virtus ad homines peruenit, ut omnes hostium copias impetu peruerterent, & orbem terrarum Dei imperio subiugarent? Totum id quidem potentia, numine & imperio diuini pueri gestum fuit, ad humani generis salutem in terris exorti. Puer enim natus est nobis, patrisque sempiterni filius nobis ab ipso Deo donatus est, qui terras vniuersas imperio regeret, atque moderabitur, nec ad suum emolumentum, & quæstum opibus regijs abutetur: sed ipsum imperium, quasi onus sibi impositum, humeris sustinebit, summoque labore, & industria iurisdictionem conficiet, regnumque totum ex voluntate patris administrabit, omnibusque rationibus, ut suos florentes atque

*Quid è
mnis
lita præ-
dario.*

*Paru-
lus enim
natus est
nobis.*

beatos efficiat, elaborabit. Vocabitur admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater sobolis sempiternæ, princeps pacis. Admirabilis quidem; partim quia virginis aluo mirabiliter includi voluit, vt inde sub hominis forma latenter existeret, ad tenebras exortu luminis sui dispellendas; partim quia admiranda ratione perfecit, vt imbecillitas potentiam euerteret, humilitas amplitudinem de gradu deijceret, ignobilitas claritatem obrueret, ignominia gloriam, & decus obscuraret; atque postremo mors aditum ad immortalitatem cunctis mortalibus aperiret. Consiliarius, non solum quia diuinorum omnium consiliorum semper particeps, & administrator extitit; verum etiam quia salutaribus monitis, atque consilijs suos instruit, & ad cognitionem diuinæ voluntatis frequenter erudit. Deus, quia æquali cum patre, à quo ex omni æternitate genitus est, diuinitatis gloria circumfluit, & omnis bonorum complexio, beatæque vitæ ratio illius munere, & beneficio continetur. Fortis, quia immanes vires hostis antiqui perfringet, & de omnibus inimicis clarissimum triumphum ducet, & in cælum tandem summa cum gloria bellorum omnium victor ascendet. Pater sobolis sempiternæ, quia spiritu suo genus florentissimum nullis vnquam seculis interituum generabit. Princeps verò pacis appellabitur, quia genus hominum in gratiam Patris summi restituet. Id enim tollet omnino, quod Dei cum hominibus coniunctionem dirimebat, nempe peccatum: quod quidem sanctissimis sacris expiabit, & cupiditatis inhumanitatem

tem profligabit, & mortalium animos quietos, & tranquillos efficiet. Imperium suum latissimè propagabit, & opibus summis augebit, eamque pacem fanciet, quæ nullum finem sit habitura. In Dauidis regali solio sedebit, regnumque illius obtinebit, verosque Iudæos, qui non corpus incisione cutis insignitum, sed animum fide purgatum gerunt, salutari lege deuinciet, vt totum regni statum, & sapientia dirigat, & opibus illustret, & virtute confirmet, neque regium ius, & imperium definito temporis spatio, sed in omnium sæculorum æternitate, diuinis legibus, & institutis administraret. Hoc autem tantum beneficium non erit vllis hominum meritis, atque virtuti tributum, sed ab immensa Dei benignitate, seuerissimique iudicij sanctitate profectum, vt eos, in quibus fides extiterit, clementer in fidem recipiat, & ad suum nomen adiungat: eos verò, qui placitis illius obstatine resistunt, opera huius Regis sanctissimi seuerius vlciscatur. Hac quidem oratione Isaias Regnum Christi florentissimum describit, & in tantorum bonorum attentissima consideratione mirandum in modum exultat. Deinde redit ad Israëlitis infestationem, vt doceat, quam se indignam præbuerit gens illa omnibus diuinis beneficijs. Tanta enim perfidia prædita erat, vt quasi hoc vnum haberet in vita propositum, vt vsque ad extremum vitæ spiritum cum diuina benignitate certaret: ita semper Dei spiritui repugnabat, & quò vehementius aliqua ærumna premebatur, eò impudentius in scelere persistebat. Cum enim vel bellum, vel morbus, vel fa-

mes, vel grauius aliquod malum illis hominibus accidebat, non ad Dei numen offensum eas calamitates, quibus vexabantur, sed ad fortunam referebant. Eorum igitur amentiam propheta redarguit, Sic enim ait: 8 Dominus quidē per prophetas suos p̄nunciavit Israëlī graues ærumnas, & cladem funestissimam, quę omnia sic euenerunt, vt prædictum fuerat. 9 Hoc autē minimē obscurum fuit. Nam diuinorum hominum prædicta satis illustria fuerunt, & euentus horribiles neminem eorum, qui ad Israëlīs Regnum pertinebant, & Samarīam incolebāt, latere potuerunt, & tamen nec sic superbia Samarīæ deprimi, & arrogantia sedari potuit. Sic enim animati sunt homines illi perditissimi, quasi clades illas, quibus sunt afflictī fortuna, & casus inuexerit, non cœleste numen importārit. Nihilo igitur meliores plagis fiunt, sed deteriores indies euadunt. Interim verō inanissimis opinionib⁹ inflati summam sibi bonorū omnium affluentiam confiderent, & temerē pollicentur. 10 Mediocres, inquit, opes amissimus: sed multō maiores adipiscemur. E mediocri statu deiecti sumus, sed multō maiorem & ampliōrē recuperabimus. 11 Dominus igitur in tantam superbiam multō acrius animaduertet. Hostes enim Rezim corroborabit, opibus quę summis ornatos, & instructos contra eos incitabit, & eorum copias vndique coget, vt illos summis viribus oppugnent: 12 faciet denique vt ancipiti bello districtus Israel omnibus simul bonis euertatur. Syrii ab ortu Solis eius fines adorientur: Palæstini ab Occasu in eum inuadent, & omnia quācūq; ferent impetum, ferro

ferro & flamma populabuntur: & tamen ira domini non est auersa, sed adhuc manus illius est ad eos multō acrius vulnerandos intēta. 13 Nec enim voluit populus iste ad Deum, à quo est clementissimē percussus, conuerti, nec illius opem implorauit, nec infictis vulneribus remedium requisit. 14 Dominus igitur in Israëlē, quasi in quoddam animal ferum, & indomitū impetum faciet, & ab illo caput, & caudam excindet, omniaquē nemora in quibus latitabat, ferro demet, ita vt nec arborum frondes, nec iunci à vastitate intacti remaneant. 15 Homines quidem, qui senili quadam auctoritate suscipiendi sunt, populi caput appello. Pseudopphetas autem, qui principibus adulantur, & turpissimi lucri gratia populo blandiuntur, caudam nomino. Quid enim contemptius, & abiectius animo fingi potest, quàm assentari linguibus, & populi cupiditatibus inseruire, linguamquē venalem habere, & sub ficta specie religionis ē mendacijs perniciosissimis victum comparare? Ergo, & homines primarij superbia, & falsi prophetæ vanitatis pœnas dabunt, omnesquē illorum opes dirissimæ cladis imperu vastabuntur. 16 Qui populum hunc regendum suscipiunt, eum in pestiferos errores adducent, & qui sese ad eorum ductum, & imperium applicant, principumquē nefaria iussa Dei præceptis anteponunt, eorū tyrannide, & immanitate deuorandi sunt. 17 Propterea dominus, cuius beneficio in ætatis flore, atque robore vigēt adolefcentes, qui pupillorum pater & viduarum patronus haberi vult, viuens fam hanc gentem ita prælidio suo nudabit, vt

9 Verbum misit dominus in Iacob.

10 Latere cecidit, sed quædam lapidibus edificabit.

11

12

14 Et disseperdet Deus ab Israëlē, et caput, & caudam.

15

16

17 Propter hoc super adolefcentibus & viduarum patronus haberi vult, viuens fam hanc gentem ita prælidio suo nudabit, vt dominus.

nec adolēcentes robore fulciat, aut vlla iucunditate voluptatis alliciat, nec populis opem vllam afferat, nec viduarum miseriam vllō solatio subleuandam curet. Omnes enim iustitiam nefariē simulant, cū sint criminibus infinitis alligati, & ad inferendam perniciem prompti sunt, linguamq; ad maledicendū celerem, & exercitatum habent. Ideō non est auersa ira Domini: sed adhuc manus illius est ad eos multō
 18 altius vulnerandos intenta. 18 Ipsi enim sibi materiam exitij præbent. Excitat enim impietas incendium, & primū quidem spinas, atq; vepres exurit, deinde vbi paulatim vires colligit, in densa, & opaca sylua ignem implicat, & arbores altissimas inflammat, fumus densus, & ater in sublime fertur, vt ijs etiam, qui procul habitant, horribili specie terrorem incutiāt. 19 Propter iram summi illius Imperatoris tetra quadam nox, & caligo terris offusa est, vniuersūque populus quati quædam sylua ignem concipiet, qua tandem subitō conflagrabit. Primū igitur intestinis bellis ardebit, pestiferaque ciuium inter ciues diffensione dissipabitur. Omnes in mutuam cædem ruent, nec eos naturæ communio, aut sanguinis propinquitas
 20 tanta sceleris immanitate reuocabit. 20 Impetum quisque faciet huc & illuc, & è bonis fratrum suorum prædabitur: nullis tamen spolijs poterit auaritia expleri: nullo suorum sanguine crudelitas importuna satiari. Tanta porō flagrabunt amentia, vt non videant se sibi ipsi, cum ciuium, atque fratrum suorum vires consumunt, interitum, & exitium machinari. Perinde enim, ac si corporis vnus

membra

membra inter se hostili odio disiderent, & os dentibus suis brachium manderet, atque conficeret, & simili furore in reliquas corporis partes inuaderet, necesse tandem esset totum illud corpus, quo os etiam continetur interimī: sic cū in ciuili tumultu, atque diffensione alij alijs pestē, & exitiū comparant, Remp. vniuersam immanissimē iugulāt, & ita sibi ipsi perniciē, & interitum molūtur. 21 Sic igitur Hebræi, cū se ipsos mutuis cædibus impiē trucidauerint, iā antequam viribus absumptis in hostium potestatem perueniant, non mediocres impietatis poenas ea diffensione luent. Manasses enim impetum faciet in Ephraim, contrā Ephraim infesta signa inferet in Manassē, & vterq; simul arma mouebit contra Iudam: & tamen in his tantis malorum acerbitatibus ira domini non est auersa: sed adhuc manus illius est ad eos multō acritus vulnerandos intenta.

1 P O R R O autem quamuis numen domini CAP. X. omnibus improbis iratum sit; meritō tamē est principibus multō acerbis infensum. Quid enim indignius, quàm eos, qui legum, & iudiciorum seueritate, egregiæque virtutis exemplo cupiditates aliorum frenare debuissent, esse reliquis hominibus, qui eorum moderatione continentur, auctores sceleris, & improbitatis, omnemque rationem sui muneris administrandi effrenata cupiditate metiri? At Israëlī principes eō progressi sunt, vt ad suum quæstum, & commodum leges scriberent, & iura sancirent, quibus opes ingentes domi coaceruarent. O sceleratum, & immane facinus; O intolerandam cupiditatem: O minimē ferendam impiorum ho-

Omnis enim hypocrisis est et nequa.

Vir fratris suo non parceret.

20

minum potētiam, qui legum auctoritate suam improbitatem tegere, & occultare nituntur, vt quod scelestissimè faciunt, iure facere existimantur. Leges iniquissimas ferunt, iurāque
 2 scelerata describunt, 2 vt dolore & sollicitudine multos mortales afficiant, vt à pauperibus populi mei contra fas causas abiudicent, vt viduas iniquo iudicio circūueniant, vt ex pupil-
 3 lorum bonis prædas faciāt. 3 Et quid tādē facietis, ô miseri, in die illo dirisissimo, atque funestissimo, qui est à domino præstitutus, vt in hominum scelus vindicet, & vastitatem communibus rebus inferat? quod vobis perfugium cōparabitis? cuius auxilium implorabitis? cuius custodia opes, & gloriam vestram credetis, atque committetis? 4 nec enim aliter crudelissimam necem vitare poteritis, nisi hostibus, qui vos ferro vincōs grauissima seruitute premāt, dedamini. Nisi enim cū reliquis captiuis ferreis vinculis alligati fueritis, & durissimum seruitutis iugum iuberitis, certè cum illis qui in acie ceciderint, vulneribus foedis concisi peribitis. Et tamen in his omnibus malis ira domini nō est auersa: sed adhuc illius manus est ad feriēdū multò acrius intenta. Hac oratione vir sanctus impios cruentat & vulnerat, iudicijque diuini commemoratione perterret. Hoc autem in loco cū mente prospiceret Assyrium, quē dominus instruxit & armavit, vt illius operā in Israël scelus, & impietatem vindicaret, tam in toleranda superbia tumentem, vt Deum sperneret, sibi que omnes victorias attribueret, in eam inelicitur, Deūque inducit illos immanes spiritus, & illam oris importuni contumaciam

ciam orationis acrimonia refutantem. 5 Vñ, <sup>5 Vñ Af-
sur.</sup> inquit dominus, Assyrio, illo quidem, vt virga vsus sum, vt nocentes homines acerrimè flagellarem, odiumque meū in eorum improbitatē, & scelus expromerē. Itaque hoc munus illi, & exercitui illius delegaui, vt mei numinis offensionē vindicaret, & scelerū quæ in me homines susceperūt, vltiores existerent. 6 Illū igitur contra gentē fallacē & impiā, qui in sãctitatis specie, & simulatione scelera infinita concipit, meumque in se numen nefarijs factis irritat, incitabo, vt illam bello victam, atque superatam spoliēt, vniuersamque illius regionem, quasi platearum lutū proculcet. 7 Is verò non sic arbitrabitur, nec illi veniet in mentem, se meo numine, atque voluntate fuisse tantas victorias affectum. Elatus igitur, & inflatus, quasi viribus, & industria sua ad tantas opes peruenerit, de multarum etiam nationum cæde, & interitu cogitabit, & animo perniciem, & vastitatem gentibus quamplurimis molietur. 8 Sic enim dicit: Nunquid principes, qui meo continentur imperio, Reges nō sunt, ita vt sim Rex regum optimo iure nominandus? 9 Nunquid non, quemadmodum Arphad, sic etiā Hema meis copijs excisa fuit? Non vt Damascum, ita Samariam vastauit? 10 Nec hūmanæ tantū opes; verū etiam diuinæ meæ potentix cesserunt. Omnes enim regiones in quas impetum feci, numina colebant, & sacra singulari cæremoniarum sanctitate faciebant: & tamen nec deorum suorum auxilio potuerunt meæ potentix repugnare. Regna equidem quamplurima cepi, quæ erant in suorum deorum tutela, atque patrocinio, eorumque simula-

cœra demolitus sum : quamuis essent non mino-
 re sanctitate culta, quã simulacra Samariæ, atq;
 11 Ierolymę. 11 An non Samaria eandem religio-
 nem colebat, & tamẽ nec ea quidẽ potuit meis
 armis obfistere? Quid igitur impedit, quod mi-
 nis eadem vi, qua Samariam deleui, illiusque
 deos in meam potestatem redegi, similiter Iero-
 solymam expugnem, illiusque deos, atq; simu-
 lacra conuellam? His quidem verbis rex impi-
 us in se numen irritabit. 12 At postquam domi-
 nus opus suum absoluerit, fructumque iudicij
 sui fuerit cõsecutus; hoc est, postquam impios
 euerterit, & suos rebus aduersis erudierit, & in
 Sione, & Ierolymis religionem instaurauerit,
 & ad hæc omnia, operã Tyrãni vsus fuerit,
 iram suam repente in illum cõuertet. Animadu-
 uertam inquit dominus, in superbiam, & arro-
 gantiam Regis Assyrij, & de præcipitis, & effre-
 natæ mentis elatione debitas tandem pœnas re-
 13 petam. 13 Sic enim secũ loquitur: Viribus atque
 virtute mea præclara facinora in rebus bellicis
 effeci, sapientiãque mea tâti imperij munus ad-
 ministravi. Sum enim non solum animi excel-
 lentis altitudine; verum etiam sapientię magni-
 tudine præstantissimus. Itaque regionum ter-
 minos moui, vt terris latissimẽ cõtinuatis, im-
 perium meum in vltimas terras dilatarem. o-
 pes abstrusas, atque reconditas diripui, & om-
 nes, qui fuerant in regali dignitati locati, de om-
 ni statu meæ virtutis magnitudine deturba-
 14 ui. 14. Manus mea quasi nidum omnes populo-
 rum copias inuenit, & quemadmodum colliguntur oua ab auibus derelicta, omnes omniũ
 fortunas, in quibus homines incubabãt, facili-
 mẽ

12 Et erit
 cũ impli-
 cauerit do-
 minus cũ
 etã opera
 sua.

mẽ congregaui, nec interim fuit qui alis eri-
 gi, & ore strepere, atque garrire auderet. 15 His
 cogitationibus elatus, Assyrius tantum sibi as-
 sumit, & arrogat, vt contra Deum ipsum, cuius
 voluntate, & consilio commouetur, infurgat.
 Quo quidem facinore, quid tandem furiosus,
 & immanius excogitari potest? Nũ securis ad-
 uersus eum, qui ea ipsã materiam cedit, extollit-
 tur? Num serra gloriatur aduersus illum, qui e-
 am agitat? Non est, non est lignum cum eo com-
 parandum, qui non solum virgam, sed virgam
 etiam efferentes, quocunq; illi lubet, impellit,
 atque fustem faciliẽ ei, quem vult cedere, fla-
 gris impingit. Quid enim aliud est Senacherib,
 quàm agreste quoddam lignum ad nullum re-
 ctum munus, & officium accommodatũ? Quis
 autẽ ex illo virgam ad impios homines verberã-
 dos expoliuit? Quis eam mentẽ multis nationi-
 bus iniecit, vt eum honoribus summis extolle-
 rent, & illius imperium sequerentur? Quis pos-
 tremo, & illum, & homines, qui illum extule-
 runt agitat, & impellit, eorumq; opera homi-
 num perditorum temeritatem coërcet, & com-
 primit? Ille profecto summus dominus, cui om-
 nia seruiunt, & cuius sapiẽtia omnia quam-
 uis inordinata esse videantur, ad ordinem redu-
 cuntur, ita vt Tyrannorum etiam victoriæ nu-
 men illius, atque decus illustrent. Quid igitur
 amentius illo tyranno, qui sibi vni vires, sibi
 potentiam, sibi victorias omnes adscribit, atq;
 quasi non esset lignum Dei manibus agitatum,
 aduersus ipsum dominum, qui eum ad tâtas o-
 pes euexit, bellum comparat? 16 Propterea cœ-
 li dominator, cuius imperio agmina cœlestia
 16 Pro-
 pter hæc
 con-

mittet do
 minus ex
 exercitum
 in princi-
 pes eius
 remita-
 rem.

continentur, illius principes euertet, eorumq;
 opes comminuet, gloriæq; illius ignem subji-
 ciet, & extremæ cladis incendium concitabit. 17
 Itaque is, qui lumen porrigit Israëlî, qui ope il-
 lius confidentes ab interitu liberat, cuius luce
 pij cum insigni animi securitate fruuntur, exci-
 tabit numine suo flammam, quæ vepres, & spi-
 nas simul incendat, atque deuoret, & densi ne-
 moris amœnitatem, & agros cultissimos, & ni-
 tidissimos repentino incendio conficiat, atque
 consumat. 18 Simul enim, & militum multitu-
 dinem, et exercitus duces cum omnibus opib;
 & decoris parti monumentis extinguet, atq; de-
 lebit, totumque hominem, quem ignis ille cor-
 ripuerit, & corpore, & animo cruciatum sempi-
 terno supplicio maetabit. Quemadmodum au-
 tem dum signifer sese in fugam conijcit, omniũ
 suorum animos frangit, simulq; fugere compel-
 lit: sic & rex impius cum sese è tanta clade pro-
 ripere conatus fuerit, omnes sibi subditas na-
 tiones magnitudine summi cuiusdam metus,
 atque formidinis exanimabit. 19 Tanta autem
 erit paucitas eorum qui euaserint, vt puer par-
 uulus eorum numerum facillimè recensere
 queat. 20 Eo quidem tempore reliquæ Israëlîs,
 q̄ tantam vim turbidæ tempestatis euaserint,
 non vltèrius spem salutis in opibus principũ,
 à quibus contra fidem interpositam sæpè per-
 cussæ sunt, positam habebunt. Experièdo enim
 sentient, quàm inanes sint opes hominum, cum
 aninaduertent, quàm subito summi princi-
 pes ex amplissimo statu concidant, maximæ-
 que imperia momento temporis euanescant, et
 quanta perfidia sit in hominibus, cum recorda-
 tæ fue-

tæ fuerint, quanta vulnèra ab Aegyptijs, & Af-
 syrijs, quibus se dediderant, multis in locis acce-
 perunt. Omne igitur salutis suæ præsidium in
 domino, qui Israëlèm summa fide tuetur, at-
 que conseruat, verè, & ex animo collocabunt,
 & clementia illius totis animi viribus innitentur. 21 Non enim vniuersum genus Israëlîs in-
 teribit. Reliquiæ enim ad Deum conuertentur,
 illiusque gratia conseruabuntur: reliquiæ, in-
 quam, generis Iacobi stirpe procreati conuer-
 tentur ad dominum, cuius vt fides violari non
 potest, ita neque summa potestas infringi.
 22 Non igitur gens impia, quæ perfidia sua Deũ
 à se abalienauit, inanissimis opinionibus inso-
 lescat, neque se semper incolumè fore confidat.
 Vt enim numerus populi tui, ô Israel, tã multi-
 plex exiit, vt sit, quemadmodum olim fuit
 principi tui generis ostensam, cum arena maris
 multitudine comparandus, reliquiæ tantum
 ad Deum fide conuersæ salutem illius gratia cõ-
 sequentur. Nec enim multum refert quali gene-
 re ortus sis, sed quanta fide pietatem colas, ne-
 que quos gentiles numeres, sed quorum vesti-
 gia persequare. Nec enim dominus genere, sed
 fide allectus est, vt cum sanctis hominibus fœ-
 dus sanciret, nec humanæ nobilitati, sed fidei
 claritati præmia diuina proposuit. Cum igitur
 tantum fide naufragium factum sit, relinqui-
 tur, vt Israëlîs nomen maxima ex parte deleat-
 ur, & reliquiæ tantum diuino beneficio, & mu-
 nere conseruentur. Omnem siquidem perfidiæ,
 & sceleris impietatem extrema calamitas, sta-
 bili iudicio definita conficiet, & ira domini om-
 nes, qui fidem abiecerint, vastitate consumeret.

Quod

Si enim
 fuerit po-
 pulus tuus
 ô Israel
 quasi are-
 na maris

Quod tamen impiorum exitium, & vastitas in
 eorum, qui permanserint in fide fructum miri-
 ficè redūdabit. Tunc enim vel maximè ex ea ip-
 sa clade iustitiæ, ornamentis, & insigni pietatis
 23 laude circumfluent. 23 Nec solùm nunc domi-
 nus impietatem iudicio peruertet; sed iam pri-
 dem est hoc fixo, & stabili decreto illius consti-
 tutū, vt in omni terra, in omnium gentium cō-
 spectu vastitatem modo tamen electorum gra-
 tia definitam rebus humanis inferat, & omnes
 qui fide fulti non fuerint, extinguat, & delet,
 24 & fideles clementissimè tueatur. 24 Quare in
 hac tam dira calamitate, quæ omnibus conse-
 leratis hominibus impendit, his verbis domi-
 nus exercituum eos affatur, qui in numine il-
 lius acquiescunt, omnemque ab eorum animis
 metum abstergit. Ne Assyrium metuas, ò gens,
 quæ Sionem incolis, meæquè fidei salutem tuā
 credidisti. Is quidem virga te percutiet, sæuitiā
 quæ suam contra te furenter excitabit: * & ex
 ea plaga magnum fructum percipies, quemad-
 modum olim in Aegypto ex hostium immani-
 tate percepisti. Tantum enim potestatis in te
 hosti tuo concessi, quantum sat fuit, vt te ope-
 rā illius castigarem, nō vt ab illo extingui per-
 mitterem. Illum deinde perdidisti, & diro suppli-
 cio mactaui. 25 Sic autem nunc ira mea breuiter
 mittetur, indignationique meæ modum præsi-
 niam. Facile namque respices, & errorum
 veniam impetrabis, omnisque offensio mea in
 illorum, qui te vexauerint, ignominiam & de-
 26 *Et susci-* decus redundabit. 26 Excitabit enim tunc do-
tabit su- minus in Assyrium flagellum suum. eumque cō-
per eum cidet. Quemadmodum enim olim Madianitæ

24 propter
 hac dicit
 dominus
 exercituum.
 um.

* forte at

26 Et susci-
 tabit su-
 per eum

reter extollit. 1 Babylonis igitur euersionem in hanc
 sententiam predicat Isaias, & ad hunc modum Deum
 cum ministris suis loquentem inducit:

2 Signum in montem excelsum protinus in-
 ferte, exercituum maximis vocibus excitate; ma-
 nus etiam significatione milites, ad certamen
 acuite, viamque munite, quæ principes apertis o-
 stijs in vrbis opes inuadant. 3 Ego namque mi-
 litum meorum copias ornaui, & instruxi, & vi-
 ros fortissimos contra Babylonem, vt meæ glo-
 riæ seruirent incitavi, atque, vt commissa in me
 scelera vindicarent, in signum alacritatem illorū
 animis addidi, & dum hostes nominis mei
 armis eorum excindo, gloriamque meam vehe-
 menter illustro, mentes eorum, qui militant,
 summis gaudijs afficio. 4 Sonitu multitudinis
 innumerabilis montes alti circumsonant, ingen-
 tiæque fragore, & strepitu significatur maxi-
 morum regum vires, & copias esse congrega-
 tas, & gentes innumerabiles, vt perniciem ho-
 stibus suis inferant, aduentare. Cælitum Im-
 perator est, qui bellam comparat, qui exerci-
 tum recenset, qui aciem instruit, qui classicum
 canit, in præliumque milites alacres, & confi-
 dentes educit. 5 Hos enim viros ad hoc munus
 efficiendum, ab vltimis terris excitauit; & è
 locis situ distinctissimis euocauit. Non igitur
 illos ope sua destituet: sed cum illis etiam,
 in hostium fines armatus ingrediatur; iram-
 que suam, & totius bellici apparatus instru-
 menta acerrimè concitabit; vt omnem illam
 terram extremo exitio, & vastitate conficiat.
 6 Ululate, Chaldej, & maximo plāgore dolorē,
 qui vos oppressit, exprimate. Non enim cum

2 CAP:
 XIII.

3 Ego mā
 dauis an-
 tificatis
 meis.

hominibus, sed cum Domino certamen inibitis. Instat enim dies ille, quo Dominus iudicium exercebit; scelerumque pœnas illi perfoluetis. Dira enim calamitas, & acerbum supplicium est vobis à summo, atque præpotente domino constitutum. 7 Ergo, quod fieri solet, cum Dominus gentem nefariam, & impiam infestis armis insequitur, omnium manus metu obtorpescent, animique vires desperatione maximoque pauore commotæ, atque liquefactæ diffiuent. 8 Erit igitur summa totius Reipublicæ propter nimiam perturbationem, & formidinem dissipatio, atque dissolutio. Homines enim maximis prementur angustijs, & instar mulieris parturientis doloribus summis excruciantur, & alij re inopinata percussi, & abiecti in aliorum vultus intuebuntur, & cum animaduernerint, quàm fallax, & inanis erat spes, quam habebant in humanis opibus, aut in maleficis artibus, aut in simulacris impurissima superstitione dedicatis, vehementer erubescunt. 9 Instat enim, & accelerat dies Domini, acer, & infestus, indignationis, & iræ plenissimus, vt vastitatem in terris efficiat, & homines consceleratos euertat. 10 Nullam in tantis cladibus lucem aspicient, nullum in tantis doloribus alleuamentum sentient, nullum in tanti mœroris, atque luctus acerbitate solatium. Stellæ tenebris obducentur, sydera splendorem suum occultabunt, Sol cum exorietur, densa se caligine circumfundet, ne lucem suam in terras omni scelere contaminatas spargat, neque luna quidem lumen suum præferet. Omnia igitur erunt illis, qui domini numen

7 Propter hoc manus dissoluentur.

men in se concitauerunt, tenebrosa, horrida, & vehementer infesta; vt nec die, nec nocte possint acquiescere; aut vitam aliqua spe salutis tenuissima sustentare.

11 In orbem, inquit ille, terrarum animaduertam, debitumque sumam de impiorum scelere supplicium, & superbiorum elationem comprimam, & intolerabilem tyrannorum insolentiam de gradu deiciam. 12 Perficiorum enim, vt nullum eis sit cum hostibus redimendæ vitæ commercium. Eam namque mentem Medis iniiciam, vt non aurum, sed sanguinem petant, malintque ferrum in hostis corpore desigere, quàm eximijis opibus locupletari. 13 Cælum horrendo fragore concutiam, terraque sedibus suis mota deindebit, vniuersique mundi machina metu numinis irati, rebusque terrenis infensi contremiscet. 14 Qui autem fuerant ad auxilium afferendum accersiti, fugaque poterunt sese ab imminente clade proripere, dispersi, atque dissipati quasi agitæ capræ, aut oves à pastore derelictæ vagabuntur, & in patriam quisque suam fugiet, maximoque animorum motu trepidabit. 15 Qui verò deprehensus fuerit, gladio confixus interibit, & qui in acie simul steterit, multis concibus vulneribus occumbet. 16 Infantes à matrum gremio violentè abstracti in earum oculis ad petras allidentur, opes congestæ diripientur, vxores eorum stupro violabuntur. 17 In illos Medum incitabo, qui nec argento, nec auro, nec vllis opibus ab hostibus interrimendis auocari poterit: sed incredibili sanguinis auiditate in eorū cæde bacchabitur. 18 Trāctabit pueros sagittis, nec tenere atati misericordiam

11 Et visum tabo super orbis mala.

13 Super hoc cælum turbabo.

diam tribuet: sed insatiabilem crudelitatem in
 19 pueris etiam infantibus exercebit. 19 Erit tunc
 igitur à domino regnum illud Babyloniz flo-
 rentissimum amplissimumque imperij domi-
 cilium, & regnorum eximium decus, & orna-
 mentum, quod Chaldeorum nomen apud om-
 nes nationes clarum, & illustre faciebat, tan-
 quam Sodoma, atque Gomorra, clade horribili
 deformatum, & funditus euersum; ita, vt neque
 20 vestigiū illius appareat. 20 Nullis enim sæculis
 Respub. illa extincta reuiuiscet, nec iterum sta-
 tus ille fundabitur, neque denique extabit vl-
 lum in terris ciuitatis nefariz, & impuraz mo-
 nimentum. Vt autem postquam ingentia ædi-
 ficia à cultoribus omninò deserta labuntur, &
 corruunt, tam horrida vastitas in locis, atque
 solitudo conspicitur, vt neque pastores qui-
 dem eò greges compellere, aut tentoria ibi col-
 21 locare audeant: 21 (Sunt enim plerumque fera-
 rum latibulis infesta, draconumque sibilis, &
 Struthiocamelorum vocibus assidue perfre-
 punt, syluestriaque animantia pilis hirsuta
 22 hinc illinc saltu transfiliunt, 22 & diræ, & in-
 faustæ volucres horrorem vlulatus crebris
 incutiunt) Sic totum illum Babylonis statum,
 postquam dissipatus fuerit, horribilis qua-
 dam vastitas occupabit; nec ex illius ruinis vl-
 la vox emittetur, nisi quæ artium pessimarum
 feritatem tempoleat. Hæc autem sententia in lon-
 ginquum tempus minimè differenda, atque pro-
 craftinanda est.

CAP. XIII. I OPTIMVS namque parens, & summus domi-
 nus, cuius omnia consilia ad suorum salutem,
 atque dignitatem referuntur, miserebitur gen-
 tis

tis Iacobi sanguine procreatæ, & ex Israële qua-
 plurimos eliget, quos egregijs muneribus, &
 ornamentis afficiat. Ideò namque Babylonem
 diruet, vt populum suum impotenti domina-
 tu liberatum in patriam reducat; quietasque
 rursus illis, & ab omni metu, & sollicitudine
 vacuas sedes assignet; & cum apud illum non
 multum loci habeat humani generis claritas,
 sed virtutis diuinæ præstantia, iam eo tempo-
 re generis, atque conditionis humanæ omne
 discrimen tollet. Multos enim alienigenas ad
 suorum societatem aggregabit, vt qui eadem
 fide pietatem coluerint, eadem præmia con-
 sequantur. 2 Et, quemadmodum cum Deum
 iratum habebant, erant cunctis mortalibus in-
 uisi, sic cum ad pietatis studium, toto animo
 conuersi fuerint, multorum hominum sibi be-
 neuolentiam conciliabunt. Dabit enim domi-
 nus multis nationibus eam mentem, vt il-
 lorum commodis seruiant, eosque operâ suâ
 in patrias sedes reducant. Sic autem fiet, vt
 multiplicatis viribus eos, quorum acerbo do-
 minatu oppressi fuerant, in potestate conti-
 neant; & illis imperent, quibus pendere tribu-
 ta cogebantur. Quod quidem multò magni-
 ficentius obtinebunt, cum Christi ope è terri-
 ma tyranni truculentissimi potestate liberati,
 & in iustitiæ possessione cõstituti Iudæi in qui-
 bus clarius fidei, atque pietatis lumen eluxe-
 rit, omnibus populis iura dederint, & cunctas
 nationes, à quibus grauissimas iniurias acce-
 perant, astrictas legibus, & imperio tenuerint.
 3 Tu autem, o natio fidelium, cum Dominus 3
 tibi quietem laboris attulerit, & omnem cu-
 ram,

ram, & sollicitudinem ex animo tuo depulerit, feruitutisque durissimæ iugum à ceruice tua deiecerit, celsa, & erecta diuiniq̄e præsidij fiducia
 4 subnixâ incedes, 4 & in Babylonis Regem, & in vniuersi mundi tyrannum vltro atque libenter insultabis, figurataq; dicendi ratione importunitatem illius insectabere. Sic enim dices, quam subito is, qui exactionibus acerbissimis orbem terrarum vexabat, intolerabiliaq̄e tributa ab omnibus populis cogebat, oppressus repentina calamitate conticuit, & ciuitas illa, quæ aurum, quam plurimis nationibus imperabat, strata ruinis obmutuit; perfregit Dominus sceptrum impiorum, & omnes tyrannorum opes afflixit. 6 Abiectus est tyrannus ille, qui nimis intemperanter, & iracundè populis plagas grauissimas imponebat, nec vt eis quidquam laxamenti daret, in animum inducebat, nec vlla humanitatis lenitate suæ dominationis acerbiter mitigabat. 7 Omnis igitur terra respirat, & iucunda tranquillitate fruitur, summoq̄e gaudio exultans animo perceptam lætitiâ voce magna testificatur. 8 Quin abietes, atq; cedri Libani inter se inuicem gratulantur, & ex occasu, & interitu tuo, lætitiâ incredibiliter efferuntur. Ex quo, inquiunt, occubisti, nemo ad nos ascendit, vt securim nobis infligat, vastitatemq̄e, & exitium minuetur. 9 Tartarea quoque plaga cum in eam fuisti detrusus commota est, & obstupuit. Gigantes tibi obuiam podière, principes gentium, atque reges de solijs suis surgent, vt te hospitio fati
 10 iniucundo recipiant. 10 Omnes tibi illudent, superbiamq̄e tuam, & elatæ mentis arrogantiam deride-

Quomodo cessauit exa-ctor.

deridebunt. Tūne, inquiet, ille es, qui tantum tibi propter Imperij latitudinem, & diuitiarum affluentiam assumebas, vt non modò vniuersum genus humanum despiceres, sed etiam cum summo rerum omnium domino de dignitate contenderes? Et tamen similiter, atque nos vulneratus fuisti, & tamen de statu concidisti, & tamen eandem mortis acerbiter aliquando tandem pertulisti. 11 Detrusa est ad inferos superbia tua, cantus atque symphonia, quæ ædes tuæ personabant, obmutuit, lectus in quo tuum corpus in sepulcro decumbit, frequentitinea constratus est, & stragula vestis, quæ te contegit, est è vermibus concinnata.

12 Quomodo tandem de cælo cecidisti, qui tanquam Lucifer noctis caliginem dissecabas, & insigni splendore fulgebas, fulgoreq̄e tuo solis ortum prænucciabas? Ideò in sempiternæ miseræ regionem deturbatus es, quòd potentia; & opibus tuis ad hominum perniciem fueris abusus, atque populis maximum vulnus inflixeris, 13 eòque dementia tua progressa est, vt non modò te cunctis hominibus maleficum, & iniustum præbueris; sed etiam contra cæli dominum portenta cogitares. Quasi enim ex te ortus esses, nec ab illo opes omnes accepisses, gloriam illius ad te transtulisti, diuinitatemq̄e tibi quodam modo tribuisti: cum nimis insolenter elatus, omnia, quæ erant in beneficijs diuinis referenda, ad tuam virtutem, & industriam impudentissimè reuocasti. Quod quidem perinde erat, atque si diceres: in cælum conscendam, & supra DEI sydera solium meum locabo, Ierosolymisque in mon-

Qui dico
has in cor
detuo.

te, qui Septentrionem respicit, sedem mihi constitutam, vt ibi mihi victimas cuncti mortales immolent, numenq; meum summa religione
 14 venerentur. 14 Super altissimas nubes efferar, eroq; summo, & altissimo Deo similimus. Cum enim ita te ipsum amasti, vt Dei tui conditoris oblitus omnes tuas opes, atque potentiam in te positam esse duceres, nec in illum summum rerum omnium parentem respice, res; quid aliud fecisti, nisi vt te cū illo exæqueres, qui cælum imperio coercet, & continet, & in Sione summa religionis sanctitate colitur, et à piorum hominum cætu, laude perpetua celebratur? 15 At nunc tu, qui cælum petebas ad inferos detrusus fuisti, & qui ad honores diuinos aspirabas, in infimam Erebi sedem decidisti. 16 Qui in te respexerint, & de calamitosa rerum tuarum conuersione acrius, & attentius cogitauerint, obstupescent, & quàm sint opes humanæ contemnendæ, sæuitiaque detestanda, ex ruina, & interitu tuo percipient. Hicci-
 17 ne, inquit, ille est, qui terram vniuersam ingenti formidine conturbauit? qui regna maxima conquassauit? 17 qui orbem terrarum vastauit? qui munitissimas ciuitates excidit? qui vinctos tenebris sempiternis inclusit? qui nunquam eos, quos in carcerem condidit, leuari permisit? 18 Nunc igitur meritas inhumanitatis poenas exoluit. Nec enim modò in vitam, & statum illius fuit diuino iudicio vindicatum, sed etiam in cadauer illius acerbè sæuitum. Nec enim illo quidem honore decorabitur, quo vita functi principes post mortem afficiuntur, Omnes enim in sepulcrum,

magnis

magnis sumptibus ædificatum à suis inferuntur. 19 At te, reuulso sepulcro hostes tui tanquã stolonem perniciosum, & infestum plantis, abijciēt, & quasi vestem atro sanguine imbutam, & sanie, atque tabie concretam, & hominibus ferro cæsis è sepulcro in quod fuerint congesti, detractam expellent, inhumarumq; proculcabunt. 20 Non quidem, non cum reliquis primarijs hominibus sepulturæ honorem, & decus obtinebis. Terræ namq; tuę vastitatem intulisti, populiq; tui stragem crudeliter ædidisti: nec enim diu extabit vllum in terris, hominis iniusti, atque malefici monumentum, nec patietur dominus impietatis, & sceleris memoriam ad posteritatem nominis propagari. 21 Vos igitur quos dominus sibi feueritatis suę ministros adhibuit, in eo summa ope contendite, vt hominum pessimorum nomen deleatis, ne diuitius infandi sceleris stirpem, atque seminarium terra sustineat. Omnes igitur eorum filios crudelissimæ cædi destinate, illorum interneccione, parentum scelera persequimini, ne si fuerint à vobis conseruati, parentumque vestigijs insiterint, scelerisq; in hereditatem creuerint, nõ modò regionem, quam incolunt, verum etiam terram vniuersam obsideant, omnesque mundi plagas scelestissima viuendi ratione, atque pessimi facinoris exemplo contaminent. 22 Quando, inquit dominus, iam perditæ gentis scelus ad summum gradum peruenit, eorumque improbitas cumulata est, numen meum cõtra impios excitabo, eorumque nomen, vniuersamque posteritatem obliuione sempiterna delebo, 23 perficiamq; vt tota regio ab agrestibus a-

22 Et con-
 iurgã su-
 per eos de-
 cit domi-
 nus.

nimantibus occupetur, & in paludem redigatur, omnemque locum scopis pestiferis, atque perniciosis euerram, vt funditis euersus, & exterfus relinquatur. Hæc quidè ait cœlitum imperator, & dominus, 24 atq; vt magis fidem faceret, hæc omnia ita futura sanctissimo iureiurando cõfirmavit. Quod, inquit, statui, certè perficiam, & q̄ semel designaui, cõstantes exitus ha-

24 perator, & dominus, 24 atq; vt magis fidem faceret, hæc omnia ita futura sanctissimo iureiurando cõfirmavit. Quod, inquit, statui, certè perficiam, & q̄ semel designaui, cõstantes exitus ha-

25 bebunt; meamq; tandem fidem liberabo. 25 Fidem namque meam dedi, futurum, vt nunquã eos defererem, qui in me omnem spem salutis positam haberent, & illos euerterem, qui bellũ nefarium contra mei nominis gloriam molitur. Hoc autem breuĩ poterit ab omnibus ex-
 ploratè cognosci, cum in hac regione numini meo consecrata, & in his montibus meæ custodiæ cõmissis, copias Assyrij cõtriuero, illiusq; potentiam conculcauero, iugumq; illius à meorum ceruice depulero, & onus ab illo eorũ hu-

26 meris impositum, procul abiecero. 26 Neq; tũc solum hoc tam illustri opere fidei meæ significationem dabo; sed simili ratione in omni loco meorum salutis cõsulam, & eos qui in me rebelles, & contumaces extiterint, euertam. Hoc est à me consilium fixo, & rato iudicio confirmatũ.

In omni igitur hominum memoria, apud omnes gentes in hoc munere, cum opportunũ fuerit, exequendo vim meæ potentia, atq; seueritatis expromam. 27 Quare nec de Babylonis exitio, nec de summi illius tyranni, qui genus humanum oppressum tenet, interitu, quisquam dubitare poterit, qui fidem diuinis promissis adiunxerit. Quid enim? summus dominus, cuius

Dominus exercitus. imperio cœlitis vniuersi continentur, hoc cõsiliu

lium suscepit, quis illud irritum faciet? manus illius est iam ad opus perficiendum erecta, quis illam cohibebit? Hæc quidem de Babylonis casu, & interitu prædicta sunt. Deinde propheta conuertit orationem in Palestinam, vt exitium, quod illi impendebat, exponeret. Inquit igitur: 28 Anno quo Achaz 28 excessit è vita, fuit Palæstinis exitium in hanc sententiam denunciatum. 29 Ne læteris, Palæstina, neque propter regis inimici mortem spiritus assumas, quasi sit perfracta virga, quæ te percutiebat. Nam è colubri semine orietur basiliscus, & ex stirpe illius volucer anguis exisset, qui in vitam tuam, atque fortunas inuolet, morsuque suo mortiferum tibi vulnus inurat. Filius enim illius tuam regionem latè populabitur, atq; vastabit, 30 & ita fiet, vt Iudei, qui tuis armis fuerant è possessionibus suis eiekti, & 30 intra suarum vrbium mœnia compulsi, sine vilo metu tempestiuos fructus ex agris suis percipiant, & pace, atque otio perfruantur: Te vero omnèquè roboris tui firmamentum inopia, & fame conficiam, & reliqui ciues tui, ab eodè regis filio in acie trucidabuntur. 31 O porta vrbis opulentissima, quæ propediem effringeda, atque reuellenda es, ruina tuam acerbissimo fletu lamentare. O ciuitas, quæ breuĩ capienda, & diripienda es, calamitatem tuam flebilibus modis, & vlulati voce deplora. Vniuersa namque Palæstina labitur, atque ruit. Ab aquilone enim fumus erumpit, & belli incendium concitat, nec est in Iudæa, qui se subducatur, quo minus tempore ab ipso rege constituto, in Palæstinam exitium machinetur. 32 Vos autem, o ciues mei, postquam fueritis insignem victo.

victoriam consecuti, & ab hostium immanitate liberati, quid respondebitis gentium legatis, qui ad vos vndique gratulandi causa conueniunt? Num vel robore militum, vel summi alicuius Imperatoris virtute, & industria, à vobis debellatum fuisse? Non cer tē, sed illius domini potentia, atque benignitate, qui Sionem fundauit, fuisse sempiternos hostes, euerfos. Hoc enim est vitæ nostræ propugnaculum, & firmissimum ciuitatis sanctissimæ munimentum, in quo fideles, qui nihil omnino suę virtuti, & meritis adscribunt, habēt omne salutis, atq; dignitatis præsidium constitutum.

CA. XV. HÆC vbi de Palastina ruina perstrinxit, continuo Moabitas, diræ calamitatis denunciatione, perterret. Sic enim ait: 1 Cum hæc ciuitas nocturno impetu vastata esset, Moab formidine obstupescita conticuit. Similiter, & cum Quir nocturno impetu vastata esset, Moab formidine obstupescita conticuit. 2 Homines inopinata clade percussi, dant se in fugam, & in loca excelsa Baith, & D. bon se cursu recipiunt, vt excisionem Nebo, & euerfionem Mediba, quæ fuerant olim in Moab ciuitates satis opulentæ, vniuersæq; patriæ populationē, acerbissimè lamentētur. Ibi igitur vlulatus ingentes tollent, & cuncti sibi capillos, atque barbas euellent, 3 in compitis vestibus cilicinis amicti iacebunt, tecta, atque plangere eorum plangore, & eiulatu resonabunt, ipsique mœrore perditum in luctu, & squalore versabuntur. 4 Hesebon, & Eleale clamores ingentes ædent, ex vrbis Ihaz mœnibus eorum lugubris, & acerba lamentatio, miserabilisque fletus audietur. Propter cladis magnitudinem, vni for-

ri fortes, atque ad patriæ defensionem parati animis concident, lamentisque se dedit, & maximo labore cruciabuntur. O rem miseram, & calamitosam, in qua illi etiã, qui sunt à Moabitis alieni, vix lacrymas teneat; Cùm igitur illorum stragem cōsidero, animo cōmoueor, & cū graui sensu doloris eorum cladem maxima voce prænuncio. Videor enim mihi videre regionem florentissimam, eo tempore, quo maximè omnibus vitæ commodis affluebat, & tanquã trima iuuenta in opimo, atque fertili prato nutrita lasciuiebat, & vim infiti roboris, & alacritatis indicabat, subito concidentem, qui ex illa fugerint, Sohar vsque peruenient, perfusque lacrymis ad iuga Luith euadent, & viam quæ fert Honoraim luctu, & plangore complebunt, in fletumque alij alios clamoribus maximis adducent. 6 Corruempentur aquæ Nimrim, omne quod antea virebat, exarescet, & herba deficiet, omneq; genus oleris interibit. 7 Ex illis namq; tantis opibus, quas summo sibi studio paraerant, tenuem admodum censum, ad torrentem, & salicetum deportabūt, in quo possint aliqua ex parte sese ab illa summa ariditate, rerumque omnium inopia, & egestate reficere. 8 In omnes siquidem Moabitum fines calamitas pestiferi belli peruadet, & ab Egalim vsque ad Bereelim vnus consentiens omnium clamor & vlulatus acerbissimi doloris index audietur. 9 Fluuius enim Dimon humano cruore complebitur, & sanguineo colore tinctus per illam regionem fluet. Ego enim, inquit dominus, in eas oras quas Dimon alluit, alios hostes immittam, Moabitumque reliquias leo immanis atque truculentus dilaniabit.

1 CAP. XVI. 1 SI vultis, ô Moabitæ caussas inuestigare
 XVI. vestræ calamitatis, primùm quidem intelligite
 caput vestræ miseræ in impietatis scelere con-
 stitisse. Nec enim honorè Deo sũmo detulistis,
 nec numen illius exhorruistis: sed castissimæ
 religionis negligentia, & contemptu, in gra-
 uem illius offensionem incidistis. Illum igitur
 Mittere Agnum. vniuersi dominum colite, illi agnos ad sacrifici-
 cia in regione vestra nutritos offerte, illi in Sio-
 ne monte hostias immolate, si vultis hostium
 2 impetum à vobis depellere. 2 Tantum verò ab-
 fuit, vt Moabitæ veram religionem colerent,
 & Loth parentis sui vestigia sequerentur, vt
 potiùs immani quodam odio omnes veræ re-
 ligionis sanctitates oppugnarent. Ergo tam-
 quam pulli nidis excussi vagabuntur, metù
 que fracti, & debilitati vltra vada Arnon flumi-
 nis euolabunt, nec vlla in certa sede consistent.
 Aliud deinde scelus accessit, quod eorum opes
 exhaustit, atque planè perdidit, nempe incon-
 sulta temeritas, & inclementia, quæ humanæ
 imbecillitatis immemores minimè cogitauerunt,
 se esse eisdem tempestatib. quibus reliqui
 mortales sæpè iasantur obiectos, eaq; de caus-
 sa cum cernerent Israëlem calamitosissimè bel-
 li fluctibus eiectum, nullam ei humanitatem
 tribuerunt: sed illum hosti persequenti, nefariè
 prodiderunt. Quam rem geritis homines a-
 mentes & scelerati? Cur in calamitate misera
 gentis insultatis? Cur occasionem beneficii o-
 ptimè collocandi prætermittitis? Nam si in affli-
 ctos homines benigni fueritis, & Deum placati-
 3 bitis, & ab hominibus gratiam inibitis. 3 Con-
 silium igitur cogite, auxilium publicè miseris

Et erit si-
 ent anis
 fugiens.

in calamitate decernite, date operam, vt apud
 vos securi latent profugi mei, faciteque vt in
 meridie sint quasi tenebris, atque caligine no-
 ctis oculati, ne indicio vestro in hostium pote-
 statem perueniant. 4 Omnia quæ poteritis in-
 tegumenta illis ne ab hoste maligno conspici-
 tur, obtendite. Breuè namque potentia Regis
 Assyrii, qui ciuitates exinaniebat, inflammatio-
 nem, & vastitatem regionibus inferebat, & om-
 nium opes pedibus suis inhumanissimè pro-
 culcabat, excindetur. 5 Ne putetis iam res lu-
 dxorum esse funditis euerfas, atque profligatas.
 Vt enim pessimorum Regum exemplo
 regni opes dissipatæ, atque comminutæ sunt,
 ita regis optimi virtute, atque sapientia di-
 uines opes, quæ iam sepultæ esse videbantur, di-
 uina benignitate reuiuifcent. Rex enim in om-
 ni genere virtutis excellens Ierosolymis in so-
 lio regali sedebit, imperiùmque sapienter ad-
 ministrabit, regnùmque Dauidis ad se hæredi-
 tario iure delatum omnibus iustitiæ muneri-
 bus instaurabit. Iudicium verò summa æqui-
 tate constituet. Nam antequam sententiam
 ferat, causam diligenter examinabit, dein-
 de causa comperta, & cognita summam in
 iudicando celeritatem suscipiet, ne tempo-
 ris iniqua dilatione cursum ipsius iuris impe-
 diat, & hominum commoda remoretur. Erit
 igitur tunc vobis huius nostri regis amplitudi-
 ne, & regni instaurati magnificentia grauissi-
 mus quidam dolor iniustus. Pœnitebit enim
 vos inhumanitatis, & inclementiæ, qua sup-
 plices vestros per summum scelus exclusi-
 stis. 6 Quæ quidem immanitas ex insita genti
 su.

Et præpa-
 rabitur
 in miseri-
 cordia so-
 luum.

Audiuimus superbia superbia nata est. Iam pridem enim apud nos *ab. Mo* increbuit Moabitaram intolerabilis arrogantia, minimèq; ferendum fastidium. Nimis enim superbi, & insolentes sunt, multoq; plus sibi assumunt, & arrogat; & eos, quibus irati sunt, multò maioribus minis insequuntur, quàm illorum opes, atque fortunæ patiantur. Nec enim hominum vires illorum superbiæ respondent. 7 Ergo & impietatis, & immanitatis, & arrogantiae poenas dabunt. Vniuersi enim Moabitæ alternis ululatibus patriæ occasum deplorabunt, & alij alios ad eiulatum excitabunt, & acerbis querimonijs; quotidianisque flebitibus intabescunt. Et quamuis eorum quilibet sit graui vulnere sauciatus, non tamen dolor qui singulos premit, eorum animos à cogitatione, communis cladis abducat. Desfete igitur omnes Quir hareseth opulentissimæ ciuitatis exitium, & quamuis quisque vestrum sit suis proprijs angoribus implicatus, vniuersi tamen in ruina munitissimæ ciuitatis admodum dolenter ingemiscite. Ipsi nanque etiam illius vrbs ciues, qui tantis opibus affluabant, & totos dies perpotabant, vulneribus concisi, atque deformati sunt. 8 Hesebonanus ager vastus, atque desertus est, vineas Sibmeas gentium principes exciderunt: quin & miseros ciues quasi vitium sarmenta crudeliter amputauerunt, optimæ propagines extorres, & electæ peregrinantur, & quidam palmites ex longo errore, & fuga Ihazer vsque peruenere, quidam verò, in solitudine diu peruagati iacere, atque mare tandem transmisere. 9. Nec Ihazer quidem ab inuecta clade tuta permanebit, sed in eun-

3 Quoniã
suburbã
na Hese-
bon deser-
ta sunt.

eundem casum impulsã concidet. Idcirco mihi *Inebriato* etiam in illius exitialem exitum intuenti vis *hoc te lacryma mea.* lacrymarum profluit, teque etiam fletu meo, ò Hesebon, & Eleale penitus inadefaciam, & vestrum acerbissimum interitum deplorabo. Nam in vestras messes, atque vindemias impetus hostium se mutuo cohortantium factus est; & opes vestræ funditis euerse, & obrutæ sunt. 10 Omnis igitur illa voluptas, quæ in fructibus, ex agro culto percipièdis, & in vindemijs faciendis existebat, tolletur funditus, & extinguetur. Non erunt qui lætitiæ vocem iaciant in vindemia, qui gaudio efferantur in maxima vini copia, qui in plenis torcularibus sese ad calcandas uvas mutuis clamoribus exhortentur, & exultent. Omnem, inquit dominus, vocem immoderatæ lætitiæ, quam ciuium multitudo, rerumque omnium vbertas excitabat, tunc hominum cæde, & strage, omniumque rerum extrema penuria compressi, & locum lætissimæ acclamationis, eiulatus, atque plangor occupabit. 11 His verbis dominus illis exitium dirissimum comminatur. Itaque non possum non illorum casum, & interitum valde misereri. Quamuis enim scelesti sint, homines tamen sunt, & mecum naturæ communionem coniuncti. Viscera igitur mea commouentur, & flebiles modos quasi quædam cythara modulatur, cum Moabitaram euerfionem, & Quirharseth vastitatem mente prospicio. 12 Tum demum intelligunt miseri, quàm fallaces fuerint spes illæ quas in falsis numinibus, & commentitia religione collocauerant. Cùm enim se viderint magnitudine cladis oppressos, in collem editum

11 Super
hoc veter
mem ad
Moab.

editum conscendent, vt ibi in fano, atque templo, quod sanctissimum habebant, supplices preces adhibeant, & opem à dijs implorent. Tântum verò aberit, vt vllum à suis Dijs auxilium consequantur, vt ibi extrema lassitudine confecti iaceant, nec inanes preces fundere diu possint. 13 Hæc quidem est Dei mens, atque sententia de Moabitarum clade, & interitu, iam ex hoc tempore monumentis his ad firmissimum testimonium consignata, ne quisquam tunc dubitare possit, illa omnia cum euenerint, decreto sanctissimi numinis accidisse. 14

13 Hoc
Verbum
quod lo-
cutus est
dominus
ad Moab.

14 Quod quidem, vt apud animos hominum magis testatum relinquatur, idem Dominus diem huic sententiæ exequendæ, quasi mercenarij diem voluit esse præstitutum. Vt enim fas non est differri, atque procrastinari mercedem mercenario debitam, sed vbi primùm fuerit operis pensum persolutum, statim impendis sic Dominus post triennium, quo quidem tempore erunt Moabitarum flagitia cumulata, debitam illis flagitiorum, & scelerum mercedem cumulata reddet. Nam intra triennium obtineretur gloria Moab, & illius nimis insolens fastus, & arrogantia comprimeretur; & reliquæ quæ euaserint, erunt valdè tenues, & imbecillæ.

Hæc quidem de Moabitarum exitio prædicta sunt. Deinde Damasci, atque Samaria ruina ita describitur. 1 Damascus nomen, atque

I CAP.
XVII.

splendorem ciuitatis amittet, dirutisque mœnibus acruus tantum lapidum, atque tumulus in vrbe relinquetur. 2 In vrbes Haroher deglietas greges immigrabunt, & intra mœnia accu-

accubabunt, nec erit quisquam qui eos inde deterreat. Nulli enim erunt agri culti, & nitidi, à quibus colonorum operâ, & industriâ debeant arceri. 3 Opibus, & imperio Israëlîs, & regno Damasci simul erit finis diuino iudicio constitutus. Vtrunque enim regnum ab Assyrijs euerteretur; vt qui fuerant inter se sceleris consensione fœderati, sint etiam calamitatis societate cõiuncti. Syri autem, quos bellum reliquos fecerit, eundem omnino casum habebunt, qui est Israëlîs dignitati, atque gloriæ perferendus. Vt enim Israëlîs nomen ita concidet, vt nunquã regiam amplitudinem, & dignitatẽ recuperaturus sit, ita nec Syri in amissam dignitatẽ poterunt vnquam restitui. Sic enim est Dei immutabili decreto, & sententia definitum. 4 Ea verò tempestate erit Israëlîs nomen attenuatum, & imminutum; nempe cum Assyrijs decem tribus sit euersurus. 5 Vt enim in lætis segetibus cum spicæ non pauca è messorum manibus elabuntur, eas ipsas qui messorum à tergo sequuntur, ita colligunt, vt admodum pauca remaneant: ita post Salmanasar Regem, qui cum ferro in regnum Israëlîs inuasit, Senacherib sequetur, & eos, qui primum Assyriorum impetum euaserant, bello capiet, & in longinquas terras exilij gratia migrare compellet: 6 & perinde, atque dum bacca ex olea excutiuntur, pauca admodum in arboris cacumine relinquuntur, neque multo plures dentis ramorum frondibus occuluntur; ita postquam Hebræorum natio Assyriorum armis euersa fuerit, Ierosolyma tantum & pauca admodum ciuitates, & ea multis vitæ incõmodis, & malorum tempestatibus agitatæ violentiam

Et relin-
quia Sy-
ria sicut
gloria Is-
rael erit.
4 Atte-
nuabitur
gloria Ia-
cob.

7 *In die il-* tiam importuni hostis effugient. 7 Tunc autē
lancina homines, qui diuino beneficio conseruati fue-
bitur ho- rint, tantis suæ gētis cladib. eruditi, discant tan-
mo. dem cuius ope nitendum sit, & cuius auxilium
 in aduersis rebus implorandum. In illum enim
 summum naturæ conditorem, & opificem, à
 quo facti, & informati sunt, qui nunquam suos
 8 deseruit, intuebuntur, 8 nec spem vllam in aris,
 quas ipsi manibus suis extruxerant, nec in lucis,
 quos nefasta religione consecrauerant, nec in
 simulacris, quibus honores diuinos institue-
 9 rant, habebunt. 9 Nec deinceps in vrbium val-
 lidis præfidijs, atque munitionibus spem salu-
 tis reponendam existimabunt. Vt enim Cana-
 nei, & Amorrhæi, & reliquæ eisdem sceleribus
 affines nationes ita fuerunt ab Israël deuasta-
 tæ, vt tenues admodum reliquæ, quasi ramus,
 aut virgultum in arboris excussæ cacumine de-
 relictum remanerent, sic vrbes Israëlitis muni-
 tissimæ, cum Assyrius bellum in eas intulerit,
 ita deserentur, vt paucissimæ incolomes, & sal-
 uæ remaneant. Vastaberis, ô natio infidelissi-
 ma, vastaberis tandem, in eandemque perni-
 ciam incurres, qua illi quorum scelus imitaris,
 10 olim confecti, atque consumpti sunt. 10 Dei nã
 que tui, in cuius gratia salutis tuæ firmamen-
 tum consistit, oblita es, & memoriam illius in-
 uictissimi propugnaculi, quod te à periculis om-
 nibus tutam, & inuiolatam conseruabat, ab-
 iecisti, fidemq; illi debitam deseruisti, atq; pro-
 didisti. Vt igitur cum fidem vnicè colebas, om-
 nia tibi ex animi tui sententia contingebât, sic
 modò postquam à fide descuisti, nihil tibi vn-
 quam rectè procedet, omnesq; impetus animi
 tue.

tui erunt ipanes. Amœna plâtaria conferes, alie *Propter-*
 numq; furculum arboribus tuis inferes, magnâ *e a plantâ*
 quæ industriam, vt crescant, & fructus afferant *bis plâta-*
 adhibebis, & bonorum omnium cumulos spe *tionem.*
 inanissima deuorabis, 11 atque cum tempus 11
 percipiendi, & condendi fructus aduenerit, æ-
 gritudinis acerbis imæ, dolorisque summi se-
 getem demetes. Summo namque studio salutis
 tuæ prospicies, magnas opes tibi parabis, cum
 multis alienigenis gentibus amicitiam iunges,
 fœdus cum maximis regibus percuties, statum
 deniq; tuum multorum opibus, atq; munimē-
 to vallabis, & hac inani fiducia subnixa inco-
 lumitatem tibi pollicebere: At cum acerbus ali-
 quis casus inciderit, in quo quantum hæc om-
 nia ad salutem valeant, periclitandum fit, dolo-
 ris summi cumulum ex illis percipies, tibi que
 ex nimia sedulitate maiorem pestem, atque
 perniciem comparabis. 12 Vt autem clarit̃s *12*
 intelligi possit, quàm amentes sint ij, qui huma-
 nis opibus se egregiè munitos esse confidunt;
 omnemque sapientiæ summam in eo consiste-
 re, vt diuinum nobis auxilium comparemus,
 Deique solius fiduciâ nitamur, ipsi qui te fun-
 ditus euertent, cum arma in eos, qui sunt in
 meo præsidio intulerint, subito conterentur, *Vab mul-*
 Vab innumerabili gentium multitudini, quæ *tudini*
 de Ierosolymæ exitio cogitant. Eos quidem fre- *populorū*
 mitus edunt, qui sunt cum fluctibus marinis
 turbulentissima tempestate iactatis comparan-
 di, & cum ingentium aquarum, & imbrium
 horrifico sonitu conferendi. 13 Sint illi quidē *13*
 populi quantumuis feroces & infesti, eosque
 fremitus ædant, qui marinis fluctibus simili-

mi sint: Dominus tamen illorum regem simul cum illis exterrebit, & in fugam ita exanimatū metu conijciet, vt nullo in loco, etiam cum procul aberit, consistere audeat. Impellet eum numen, & exagitabit, quemadmodum ventus in montibus puluerem dispellit, & quemadmodum turbo globum in loco decliuu prouoluit. 14 Vespere Assyrium ingenti perturbatum metu concipies, antequam dies illucescat, ne vestigium quidem illius immanis potentia, quæ pijs exitum denunciabat, in terris extabit. Hanc sceleris mercedem recipient ij, qui nos, qui in Dei tutela sumus, inuadunt, bonaque nostra diripienda suscipiunt; hanc miseriæ sempiternæ hæreditatem adibunt, hoc erit illis patrimonium, Dei sanctissimo iudicio constitutum.

1 CAP. XVIII. 1 NEC vicini quidem, ac finitimi Aegypti finibus Aethiopes, qui supra flumina, quæ ab Aethiopia in Nilum influunt, sedes habent, tantūmque sibi arrogat, vt Hebræos se posse protegere confidant, erunt communis huius calamitatis expertes. 2 Nam cū exercitum mouerint, vt Israëlī opem afferant, ab Assyrio debentur: & tamen vsque adeo sibi confidunt, vt vtrō alijs opem, atque spem salutis ostendant. In mare igitur nuncios mittunt, & nauigia papyro, secundū morem gentis intertexta, in fluium deducunt, quibus legati celeritū iter conficiant. Festinate, inquit, o nuncij, celeritatem, quantam potestis, adhibete, gentem indigna calamitate vexatam, quæ quondam iam ab eo tempore, quo populi nomen obtinuit, multisque deinde temporibus, & in bello

bello maxima facinora virtutis militaris edidit, hostibusque suis maximo terrori fuit, & in pace omnem ætatem in assidua legis disciplina, & institutorum diuinorum studio contriuit, quæ tamen nunc ab hostibus oppugnata, & obtrita est, illiusque tellus maxima ex parte bellorum magnorum fluctibus deterfa; atque quasi quadam eluuiōe consumpta. Hanc igitur gentem indigna clade stratam spe salutis, quam illi propediem afferemus, excitate. 3 Hac illi confidentia tantum aberit, vt sibi malum vllum formident, vt longinquæ nationis patrociniū insolentia minimè ferenda suscipiant. Te meritis igitur, & arrogantia pœnas dabunt: solusque dominus ciuitatem suam ab imminenti calamitate tuebitur. Omnes qui orbem terrarum incolitis, cū fuerit in montibus signum militare sublatum, & tubæ clangor intonuerit, audietis, & quas Dominus suppeticas suis afferat, intelligetis. Nec tantūm in hoc signum, quo Dominus sanctissimum numen suum in Assyriorum interitu præsens esse declarabit, quàm in sæuissimi Tyranni ruinam, qui genus humanum opibus suis obsessum tenet, quam hic Assyrij casus adumbrabit, aciem mentis intendite.

Sternet enim dominus admirandis portētis, atque prodigijs Satanæ copias, omnemque illius statum euangelij tuba dissipabit, populique libertatem singulari ratione constituet. 4. Sice- *Qui est* nim locutus est mecum dominus: ab omni labore quem in meis supplicibus ab immani tyranno *considera* n ide liberandis suscepi, conquiescā, & in solio meo sedēs, vnde, quibus rebus ij, qui se mihi credi

derunt indigeant intueor, eorum saluti prospiciam, & quietem, & otium confirmabo, nec deinceps grauem vllam belli molestiam meditabor, postquam hostibus deuictis, atque superatis populum meum in iustitiæ possessionem misero. Tunc igitur otio & tranquillitate cum eximia animi iucunditate perfruetur. Illum enim spiritu meo reficiam, & recreabo, mentemque illius illustrabo, & omnem ex illius animo mœstitiã depellam. Vt enim iucunda est oculis solis lux, cum post pluuiam erumpit, vt ros tempore mœsis in aridam terrã demissus arua lætificat: sic ego in meos lucem clarissimam diffundam, spiritusque mei iucunditate animos eorum complebo, efficiamque vt à me diligentissimè culti iustitiæ fructus indices lætiores, & vberiores efferat. Hostis enim importuni sæuitiam contundam, & comprimam, & pestem, quam in ciuitatem meam comparat, omninò rescabo. Antequam enim mœsis, quam ille meditatur, aduentet, cum iam vites gemmauerint, deinde hōtros ediderint, cum flores extiterint, acinorūque densitas magnam spem vberitatis ostenderit, non tamen vix maturitatem assequutæ fuerint, immitet repentè dominus falcem, nec pampinos, atque sarmenta solūm amputabit, verū etiam vites à stirpe concisas eijciet. Nec enim pestiferi illius conatus eos exitus, quos sibi pollicebatur, habebunt: immò cum id quod animo versabat, & in quod omnes cogitationes, & studia conferebat, propè confectum existimaauerit, cum eò rem deduxerit, vt iam maturum tempus putet ad extremum exitium hominibus affe-

Sicut meridiana lux clara est.

Antem festem enim

afferendum, inuectus repentè Dominus illum inuicta virtute profligabit, & quasi quadã acutissima falce cunctas opes illius excinet, & omnes eius propagines rescabit, atq; in terrã projiciet. 6 Cadauera in montibus insepulta feris dilanianda relinquuntur, accubabunt super ea volucres æstate, bestia verò immanes in illis hyemabant. Nec enim quidquam, in quo ratio humanitatis exculca fuerit, in fratris illis cadauerib. sed fera, & agrestis immanitas infidebit. 7 Eo verò tempore populus ille vexatus, & spoliatus, qui quondam, & hostibus in bello terrore illo deri fuit, & domi atatem in asidua legis, atque præceptorum connexionem contriuit, & fuit tandem obtritus, & bellorum ingentium vi de teluris possessione maxima ex parte depulsus, illi summo cœlitum imperatori Sionis præfidis victimas offeret, & ob partem de hoste crudeli, & importuno victoriam sacrificabit. Hæc vbi de clade, quæ copias Aethyopiæ perculit, & de interitu Senacheribi, qui Sathanæ interitum adumbrabat, prædixit, continuò orationem ad Aegypti calamitatem exponendam conuertit. Sic enim ait.

1 ECCE dominus in Aegyptum, quasi incitatæ nimia tempestate nubi infidens, admirabili celeritate contendet. Sub illius aduentu simulacra magno motu concussa trepidabunt, reliquiones compressæ silebunt, homines desperatione fracti, & debilitati eocident. 2 Atq; primum, inquit dominus, intestinis seditionibus eorum statum conuellam. Frater enim fratris vitam oppugnabit, amicus amico perniciem comparabit, ciuitas ciuitati pestiferum bellum

6 Excursus. Et relinqueretur simul auibus.

7 In tempore illo deri feretur munus.

1 CAP. XIX.

Comouebuntur simulacra Aegypti.

indicet, inter regios principes, quibus sunt certis finibus illarum terrarum imperia distributa, tumultus excitabo, & alij contra alios bellū acerbissimo odio penitus imbutum suscipient.

Et disfrūpentur spiritus Aegypti.
 Nec interim animaduertent opes suas atteri seditionibus, & vires suas frangi: & hostibus animos addi, extremumque exitij funestissimi periculum cunctis intendi; & dum alij in alios pestem comparant, sibi quemque interitum, atque perniciem moliri. Vacui enim sunt omnes Aegyptij mente, orbatī sensibus, spoliati iudicio. Ego namque illis consilium, atque mentem eripui. Sceleribus namque suis iam pridem aduersarium me sibi, & infensum reddiderunt; & lucem mentis meæ, quam ijs, quos seruare constituo, præferre consueui, à sese impietatis magnitudine repulerunt. Perturbati verò tantis ærumnis, atque formidine impendentis calamitatis oppressi, quod ab impijs in extremis malis fieri solet, cum se viderint ab humanis opibus nudos; ad nefariam religionem confugient, & à simulacris opem supplices implorabunt, & magos consulent, & diuinorum sententiam sciscitabuntur. 4 Frustrā tamen in peste depellenda laborabunt. Aegyptum namque tandem domino crudeli tra-

Et tradā Aegyptū in manu crudeliū.
 dam, imperij acerbitate vehementer opprimendam, regemque inhumanum, & ferum Aegyptiorum ceruicibus imponā. His quidem verbis Dominus Aegypto ferro flammaque dirum 5 minatur exitium. 5 Aquas maris exficari sibi sentient homines, nec vllum fructum ex illius vicinitate percipient. Fluuius qui mediam regionem interfluit, illis exarescet, nec vllam fecun-

fecunditatem eorum aruis inducet. 6 Abscedēt 6 procul flumina, Nili deriuationes paulatim attenuatę deficient, calami, atque iunci succidentur, 7 herbida quædam amœnitas, quæ ripas, & loca fluuii propinqua vestiebat, & quidquid satum in vicinis etiam agris extiterit ariditate consumptum interibit. 8 Piscatotes vniuersi lugebunt. Nam & qui hamum in fluuium demittunt, & qui retia in summas aquas extendunt; omnes se frustra labore conficient. 9 Ad extremam igitur inopiam, & egestatem accedet dedectis, & ignominia. Pudebit enim illos, eò quod ad eas se artes applicuerint, quibus sibi victum parare non possent. Erubescēt enim, qui linum optimum serunt, qui retia plectunt, & nassas efficiunt. 10 Eorum autem qui piscinas ædificant, sagenæ dilacerabuntur, atque discerpentur. 11 Erit tunc profectò principum amentia conuicta, consiliorumque humanorum temeritas euentis redarguta. Consiliarij Pharaonis consilium illi plenum stultitiæ dederunt, nempe vt opibus suis valde confideret, nec vllum malum in vita formidaret. Quæ tanta vestros animos, ô miseri Principes, oppressit amentia, vt nunquam vos humanæ imbecillitatis recordatio ab ista cõfidentia reuocaret? neque quanta subito fiat propter hominum scelera rerum humanarum conuersio, aliqua ratio pietatis admoneret? Et tamen Pharaoni suadetis, vt auctoritatem vestram sequatur. Sic enim quisque vestrum dicit: nos & sapientiæ magnitudine, & regiæ nobilitatis antiquitate præcellimus, multisque seculis virtute, & sapientia nostra hanc dignitatem retinuimus, nec

Cõfundētur qui operabuntur limē.

Stultitiam Principes.

Quo dici- nec opes vnquam patrias, & auitas amitemus.
711 Phara Quid tunc, ô miseri, dicetis, cum hostis acer, &
oni filius immanis animos istos compresserit, & superbi-
sapientia am intolerandâ duro bello cõuderit? 12 Quid
ego. tibi proderit, ô Pharao, Principum tuorum a-
 12 cumen, atq; prudentia, cum fueris improuiso
Annun- hostium copijs, atque viribus expugnatus, &
cient ti- omnibus opibus tuis euersus? Nunc nunc, dum
bi, & in- tempus est, si sapientes sunt, si longo rerum vsu
dicent, insignem prudentiam affecuti sunt, quid euen-
quid cogi turum sit multò antea prouideant, & prænun-
tauerit cient tibi, quid summus cœli rector de statu Aeg-
dominus. ypti decreuerit, vt impendentem calamitatē,
 13 *Stulti* si possunt, multò antè præcaueât. 13 Stulti sunt,
facti sunt & amentes principes Aegyptiorum, & omnes
Princi- qui similiter sibi sapientiâ arrogât, humanæq;
pes. prudentiæ opinionē gloriântur, nec Dei spirítu
 erudiuntur, sunt amentissimi. Quò enim ma-
 gis sapientiæ nomine tument, & efferuntur, eò
 longius à se lucem diuinam repellunt, tetricioribus
 quæ tenebris oppleti multò celerius Remp. in
 omnem cladem præcipitant. Quod quidem
 Aegyptij in se experientur. Summa namq; de-
 speratio principum animos occupauit, sum-
 musq; furor, atq; dementia cæcas tenebras eor-
 um mentibus offudit, vt non solùm ipsi viam
 salutis ignorarent, verùm etiam Aegyptũ vni-
 uersam errore pernicioso complerent, & om-
 nes Regionis illius terminos, atq; status firma-
 mentum temeritate sua labefactarent, atq; deij-
 cerent. 14 Porrexit enim illis dominus erroris
 turbulenti poculum, & principes quasi multo
 vino ebrios de mente, & ratione deduxit, qui re-
 liquos ciues secum in eandem ebrietatem indu-
 xerunt,

xerunt, 15 vsque eò, dum furore circumacti o-
 15 mnia opera sua fædè contaminârunt. Rectissi-
 mo namque iudicio sancitum est, vt qui in vi-
 tæ consilij opem domini minimè implorandâ
 putant, mentis stupore, & insania pœnas inso-
 lentix persoluant. Cùm ergo Aegyptij Dei pa-
 trocinio, propter eorum superbiam, & impie-
 tatem nudati fuerint, vt omnia tentent, atque
 periclitentur, nullo modo poterunt à se impen-
 dentem calamitatem propulsare. Nec enim pru-
 dentes homines cõsulendo quicquam proficien-
 t, neq; adulators assentando spem aliquam
 salutis afferent, neq; nobilitas à patria imperũ
 hostium reprimere, neque multitudo ex agris,
 aut ex flumine cibaria, quibus Respublica su-
 stentetur, vlla industria, & ratione comparare
 poterit. Non solùm igitur erunt miseri homi-
 nes principum tutela, atq; patrocinio destitu-
 ti, sed nec adulatorum mendacio, & fraude po-
 terunt in rebus perditis ad spem melioris con-
 ditionis excitari. Erunt similiter omnes, & no-
 bilitatis, & multitudinis labores sine vllò fru-
 ctu consumpti. 16 Dolore igitur effœminati lâ
 16 *Indie* guescent: summiq; Dei numen extimescent, &
 16 *illa erit* iudicia illius animo reputantes horrebunt.
 16 *Aegyp-* 17 Nec enim solùm ex clade sua discent, quàm
 17 *tus quasi* sit Dei numen pertimescendum: verùm Iudæo-
 17 *mulse-* rum exitium magnum eius terrorem incutiet,
 17 *res.* cùm secum Domini consilia reputauerint, in-
 17 *Et erit* tellexerintq; nullam illi gentem esse eximiam,
 17 *terra Iu-* quam non, si fide vacua fuerit, euertat: sed om-
 17 *da.* nibus, qui fidem prodiderint, & religionē vio-
 auerint, quamuis antea ornati ab illo amplissi-
 mis beneficijs extiterint, esse vehementer infer-
 sum,

sum, atque adeò ab illis pœnas grauiorès re-
tere, quos ad maiorem gradum dignitatis extu-
lerat. Quod quidem erit ab illis multò acriùs a-
nimaduersum, cū extremis temporibus vide-
rint Iudæam propter impietatem, & scelus in
Deum diuino iudicio inflammari, omnesquē
Iudæorum opes extingui penitus, atque dele-
ri, neque vnquam in pristinum splendorem,
18 & dignitatem restitui. 18 Extremus igitur ille
Iudæorum occasus Aegyptiorum animos ex-
terrebit, sanctissimamquē Dei iudicia metuent,
atq; pauebunt: torosq; se ad officij religionem,
& ad studium diuinæ legis applicabunt. Quod
vt commodiùs efficere queant, Hebrææ linguæ
operam dabunt, summiquē Dei numen sanctis-
simum habebunt. In quinque verd ciuitatibus
Aegypti præcipuè, hæc sanctarum literarum
studia florebut. Tunc igitur apud Aegyptios,
qui nunc portenta, atque flagitia venerantur,
& sunt sceleratissimis criminibus alligati, vige-
bunt ardentissima studia sanctitatis, florebit-
quē summa virtutis, & officiorum religio; &
quod magis est admirandum, Heliopolis, quæ
nunc maximè artibus pestiferis imbuta est, &
immaniore superstitione cõsistatur, erit tunc
præcipuè artibus sanctissimis dedita, & in stu-
dium pietatis incitata. Itaque non Deorum in-
anium numen in procuranda religione vlti-
riùs vsurpabunt: sed per Deum iurabunt, illi-
que quanta ceremoniarum sanctitate poterūt,
debitos honores instituent. 19 Vt autem in me-
dia Iudæa templum extractum est, in quod vn-
dique Hebræi rei diuinæ faciendæ causâ com-
mearent; sic in medio Aegypti (nec enim Do-
minus

19 In die
illa erit
Altare
domini

minus vllam nationem, modò fidei muneribus *in medio*
exulta sit, alienam existimat, aut gentis alicu- *Aegypti.*
ius pias preces, & vota repudiat) erit instituta,
& diuinitus instaurata summi, & præpotentis
Dei nostri religio, 20 atque monumentum diui 20
næ benignitatis ad sempiternam memoriã con-
stitutum. Non tamen illic pecora maestabunt, *Clama-*
aut quadrupedum sanguinem effudent, aut *bit enim*
eiusmodi sacris litare, iramquē diuinam auer- *ad domi-*
tere conabuntur: sed fidei sacrificia offerent, vi- *num.*
ctimasquē laudis immolabunt. Cùm enim ty-
rannorum violentia vehementiùs oppressi fue-
rint, non humanum auxilium, sed opem domi-
ni implorabunt, qui repentè mittet eis vnici
illius generis humani liberatoris, per quem est
omnium salus, libertas, & dignitas constituen-
da, firmum & inuictum præsidium, quod eos
è cunctis malis eripiet. 21 Cognoscent igitur 21
Aegyptij Dominum, illiusquē numen verebun-
tur, & benignitatem amabunt, illiquē mune-
ra, & hostias offerent, votisquē damnati, ei
cum singulari pietate, atque sanctitate persol-
uent. 22 Quod si fuerint, in aliquod flagitium 22 *Et per*
prolapsi, Dominus eos, vt pater clementissi- *cutiet do-*
mus plagis impositis à scelere reuocabit, vt *minis Ae-*
postquam ad illum conuersi fuerint, eorum *gyptum*
vulnera repentè sanet. 23 Non residebit tunc in *plaga.*
illis nationibus, quæ sese Christi regis opera 23
ab imperio cupiditatis abstraxerint, & ad stu-
dium pietatis adiunxerint, vlla dissensio, cùm
omnis discordiarum materia refecanda sit, &
quod est consequens, omne generis, aut condi-
tionis discrimè, è medio tollendum. Siue enim
illi sint Aegyptij, siue Assyrij, siue Iudæi, Inter
quos

quos olim sæpenuerò fuerunt odia acerbissima concitata, omnes in eadem conditione deinceps erunt. Intelligent enim non certi generis insignia, non adumbratam religionem, non aliquam denique humanæ dignitatis speciem aliquod pondus apud Deum habere: sed fidem ardore numinis inflammatam, cuius cum fuerint omnes participes, erunt omnes inter se amore coniuncti. Nulli erunt igitur exercitus ab alijs ad aliorum perniciem comparati, nulla præfida vias oblidebunt, nulla pericula erunt ijs, qui ab alijs ad alios migrare voluerint, aliorum immanitate conflata. Erit igitur Assyrijs tritum iter in Aegyptum, & Aegyptijs etiam in Assyriam frequenter commeabunt, summaq; fidei consensione Dominum colent. Assyrius amabit Aegyptium, Aegyptius parem voluntatem reddet

24 Assyrio. 24 Iudæus verò tertius utriq; eorum socius, & amicus adscribetur. Quod quidem amoris fœdus, & mira quædam animorum consensio beneficio illo immortalis fiet, quod Deus olim patribus nostris promisit, per quod vniuersæ terræ scelere, & execratione deuinctæ, erant scelere, & execratione liberandæ. In medio namque terræ Dominus omnibus benignitatē suam proponet, vt cunctis nationibus se propitium exhibeat, & omnibus eadem benignitate prospiciat. Nec enim plus Iudæis, quam reliquis tribuet, dummodo sint religionis sanctitate pares, eademq; fide pietatem colant. Itaq; omnes pariter amabit, omnes ad eandē spem summæ felicitatis excitabit, & omnibus immortalē gloriam proponet. 25 Sic enim dicit: felix, atque florens sit populus meus, qui sancto Aegyptio.

In die illa erit Sine Aegypto in Assyriosis.

gyptiorum cætu, & multitudine continetur, opus verò manuum mearum Assyrius omnibus bonis affluat, hæreditas autē mea, quæ in Israël pio cætu consistit, diuinis præfidijs, & ornamentis magnificentissimè redudet. Omnes denique, quocunq; illi genere procreati, & quocunq; ex parte terrarum sint, modò cum incensa fide ad me accedant, sint meæ benignitatis, atque gratiæ compotes. *Hactenus quidē propheta more, & insinuo suo Aegypti ruinam, & vastitatem ita predixit, vt interim illam erigat ad firmissimam spem salutis, quam Christus erat cum terris alijs, tum Aegypto etiam allaturus. Vt autem planius faciat nullo modo esse vitæ spem in hominum fide, vel potentia collocandam, vritur illustri quodam sui temporis exemplo, quod magnam vim habebat ad inanem hominum confidentiam coarguendam. Sic enim ait.*

1 ANNO, quo Tartam iussu Sargon Regis Assyriæ, venit in Palæstinam, Assotumq; urbem xx. vi cepit, 2 dixit Dominus isaïæ filio Amos: nuda te sago, quo vestitus es, calceosq; ex pedibus tuis detrahe. Quod vbi audiuit Isaias, imperiū domini executus est, & ita nudus incesit. 3 Ait deinde Dominus: Hoc quod fieri videtis à seruo meo Isaias, vt nudo corpore, nudisque pedibus inambulet, signū atq; portentum est supplicij, quod est intra trium annorum spatium Aegyptijs simul, & Aethiopibus irrogandum. 4 Portendit enim fore, vt abducat Assyrius in durissimam seruitutem Aegyptios, & Aethiopes, tam adolēcentes, quam senes omni coporis integumēto nudatos, & summe turpitudinis maculis inustos, cū insigni ignominia in omniū

3 Et timē oculis, & aspectu constituta. 5 Tunc igitur pudet debet vehementer eos, qui spem salutis suæ confundē in opibus Aethiopum positam habebant, & Aegyptiorum auxilium confidebant, & de inanisima spe depulsi cōcident animis, fractique, atque percussi iacebunt. 6 Dicent tunc incolæ, & habitatores huius ciuitatis, quam assidui bellorum fluctus alluunt, & in quam vndique sæuæ tempestates, atque procellæ frequenter irruunt: Hinc sunt illi, in quibus miseræ portum, atque perfrugium nobis paratum existimabamus? Si Aegyptij, & Aethiopes, quorum auxilio salus nostra nitebatur, Assyrij opibus obfistere, propriamque salutem tutari minimè potuēre, quo tandem modo nos ab eorum ope derelicti Assyrij vim, & immanitatē effugiem?

Hac vbi de suorum infidelitate, qui animum in sociorum strage desponderant, conquestus fuit, rursus ad Babylonis exitium explicandum redit. Inquit igitur.

1 CAP. 1 Prospicio mente cladem ciuitatis opulentissimæ, quæ quidem erit quasi mare vastum, & impetuofum tempestatibus vehementissimis agitata, à locis desertis, & à terra armis horrida, atque metuenda; turbo, & tempestas aostro sæuissimo concitata furenter inuadit, immanēsque fluctus extollit. 2 Durum, & calamitosum spectaculum mihi præbitum est, imperijque maximi ruinam, & exitium iam iam futurum conspicio. Qui igitur nunc alios bonis fraudant, fraudent quantum velint, qui per vim homines sibi obnoxios fortunis spoliant, spolient, & in capitali crimine perseuerent, in scelestoque facinore glorientur. Breuē nam-

2 Visio diuina nunciata est mihi.

namque pœnas grauissimas, fraudis, & immanitatis exoluēt. Accelera quantum potes, ô Persa, & in loca excelsa, & munita conscende, tuq; ô Mede ciuitatem vndique copijs tuis obfide, quam celeriter expugnabis. Ego enim, inquit dominus, ciues illōs tam dira clade conficiam, vt obstupescant penititūs, neque deplorare, atq; lamentari valeant: si qui reliqui fuerint, patrię totius interitum. Hoc etiam vnum in extremis malis solatiū, quod in lacrymis, & libero gemitu, & fletu consistit, illis eripiant. 3 Huius 3 tanti mali expectatione franguntur animi ciuium, & horrore impendentis cladis percussi, & abiecti, nihil nisi triste, dirum, & calamitosum cogitant: Ipse verò tyrannus curis tristissimis, & acerbissimo animi cruciatu, & angore conficitur. Totum quidem, inquit, robur meū ægritudine debilitatum diffluit, doloribusque summis, quasi doloribus foeminae parturientis excrucior, aures meę sunt malis nuncijs perturbatæ, & attonitæ, oculi mei sunt expectatione tantarum ærumnarum grauiter admodum vulnerati, 4 animus meus crebris motibus agitated, ita vagatur, vt nullo modo conquiescat, præ nimia formidine & horrore concutior, totisque artubus cōtremisco, nec nocte quidem, quæ data est hominibus ad quietem laborum, & curarum omnium alleuamētum, mihi aliqua quietis parte frui conceditur. In somnis enim horricę species obijciuntur, quę me terrore summi cruciatu exanimant, atque de somno frequenter exfuscitant. His quidem furijs exagitabitur vir impius, & sceleratus, ita vt etiam antequam patrię totius euerfione,

& omniū suppliciorū diritate pœnas immani-
 tatis luat, acerbissimè crucietur. 5 Quineriâ, cū
 diem festum agitare voluerit, conuiuiumque
 magnificè & splendide ornandum curauerit, &
 Principes ad solennes epulas inuitauerit, in
 medijs epulis metu perturbatus exiliet. Nee
 enim poterit animus hominis scelesti, & impu-
 ri in aliqua tranquillitatis parte versari. Infer-
 ne, inquit, mensam, & cibos exquisitissimos
 appone. Quid igitur? num est otium ab hosti-
 bus? num animus est metu, atque sollicitu dine
 vacuus? minimè. Adiungit enim, tu verò specu-
 lator in specula mane, & quidquid ab hoste fue-
 rit in nostram perniciem tentatum, diligenter
 attende. Dum speculator se à conspectu remo-
 uet, vt suum munus obeat, lecti insternuntur,
 mensæ dapibus extruuntur, conuiuium cele-
 bratur, comedunt, vt apparet, iucundissimè, ma-
 xima pocula ministrantur. Nondum satis vi-
 no caluerant, cū horribilis nuntius affertur,
 hostes in urbem ingressos, rem esse in extre-
 mum discrimen adductam: surgite, inquit, prin-
 cipes, arma sumite, clypeum obliuite, ne vobis,
 detrahi possit, hostem, si potestis, repellite.
 Sic est impiorum hominum vita curis tristissi-
 mis anxia, graui metu sollicita, & in medijs vo-
 luptatibus iniectis, subitò terroribus exagita-
 ta. Quod quidem in acerbissimis curis, quæ Re-
 gis impij animum excruciabant, & in Babylo-
 nis perturbatione satis exploratè cognitum
 fuit. Ea siquidem omnia formidabant, quæ er-
 rant illis iudicij diuini seueritate propter com-
 missa scelerata necessariò perferenda. 6 Sic enim
 dominus mecum locutus est: Abi, & Angelo,
 qui

qui est in specula collocatus, quid mente prou-
 deat, sciscitare. Vt enim reliqui prophetæ ab an-
 gelis erudiuntur, eorumq; opera rerum futura *Vade, &*
 cognitione diuinitus imbuuntur; sic de- *pone spe-*
 cet te ab hoc speculatore meo, quæ sunt in po- *culatorè.*
 sterum tempus euentura percontari. 7 Intendit
 aciem mentis angelus, qui me diuinis discipli-
 nis erudiendum suscepit, obtutumq; in eo quod
 speculabatur, acerrimè fixit, atque prospexit,
 duos equites vno curru inuectos, qui totum a-
 gmen summa consensione animorum guberna-
 bant. Multi præterea currus erant, quos partim
 asini, partim cameli trahebant; quod portende-
 bat duas nationes imperijs accipiendis, oneri-
 bûsque ferendis aptissimas, viribus quidem
 impares, sed vno fœderis, atque necessitudinis
 vinculo confstrictas, quæ erant operam suam
 regibus in bello, sine vlla recusatione nauaturæ.
 8 Angelus autem, qui quidè animi robore pio- *Et cla-*
 rum statum tuetur, atq; conseruat, omniaq; ab *maurleo*
 illis pericula inuicta virtute propulsat, est què *super spe-*
 Leoni similimus, de specula clamauit, vocemq; *culam.*
 in hanc sententiam emisit, Domine, non est me-
 um detrectare imperium tuum, impositumq;
 mihi onus abijcere, vel saltem negligèter, & fa-
 stidiosè assignatum mihi munus exquiri: sed no-
 ctes, atque dies, in studio gloriæ tuæ vigilare.
 Nunc igitur tibi diligentissimè pareo. Die in
 specula maneo, nocteque in custodia, atq; vigi-
 lia mea confisso. 9 Ecce venit princeps ille potè-
 tissimus, quem misisti, vt hostes tuos euerteret.
 Singulis autè curribus equites binos inuectos
 cerno, homines genere diuersos, eadem tamen
 animorum alacritate coniunctos ad excidium

Babylonis conspirasse prospicio. Non solum igitur promptam, atque paratam militum obedientiam, sed singularem animorum consensionem, qua perniciem hostibus machinabuntur, mente prouideo. Hæc ubi dixit, quasi diuini spiritus impulsu repetè commotus, & incitatus maxime vocibus inclamauit. Cecidit, cecidit Babylon, simulacra illius in terram abiecta, & penitus obruta sunt, impura illa maleficorum hominum superstitio dirisimis euentis inanitatis, & amentiarum conuicta cõfestim euanuit. Hæc quidè angelus. 10 Hoc oraculo comotus, Isaias inquit: Adeste animis ciues mei, in quibus ego, quasi tribula terendis, & expurgandis, doctrinam meam, vt ita dicam, ventilabro, à perditorum hominum contagio, tanquam ab inutili palea fecernendis, operam meam pono: vos, inquam, qui propter fidem à vobis sanctè cultam, estis instar frumenti purgatissimi in domini horreo condendi, verba mea memorie tradite, spem firmam futuræ salutis, atque libertatis concipite. Hæc enim quæ decanto, non inuenta mea sunt, nec ingenio meo solerter excogitata: sed ab ipso Deo prædicta. Non enim ex me promo quidquam: sed quæ à Deo accipi, hæc vobis annuncio. Non igitur hæc sine scelere nefario in dubium vocare potestis. 11 Neque Duma quidem statum suum incolumem diu conseruare poterit. Videor iam mihi in Seir audire non instituti modo, sed etiam comparati belli strepitum, animorumque alacritatem multitudinis sublato clamore, significari. Ipse idem speculator qui mihi casum Babylonis annunciauit, ad me clamat de Seir, & inde excidium, & vastitatem Duma inferen-

ferendam esse prædicit. Duma igitur formidine perterrita portas claudere, mœnia custodijs vigiliisque munire, ciues trepidare metu, huc & illuc cursare, crebrisque, & ineptis percontationibus excubiarum aures obtundere. Sic enim eorum quisque vigilem, qui in vrbs custodia excubat, trepida voce compellat. Quid hæc nox attulit, o custos? Quid hæc nox attulit, o custos? Num fuit aliquid ab hoste in nostram perniciem tentatum? Num rumor aliquis ad aures vestras pertulit accersitum aliunde præsidium, mœnibus appropinquare? Perimúsne omnes funditus? An ad huc aliqua tenuis ima spes nobis vitæ relinquitur? 12 Respondébit custos, iam pridem illuxit, non tamen nobis illuxit. Nam sempiterna quædam nox est nostris rebus offusa. Proinde quantumlibet interrogate, vltro, citroque cursate, abite, atque redite, nullum enim fructum, vt video, nobis afferet ista sollicitudo. 13 Nec solum Duma concidit; verum etiam Arabia Syriæ finitima duro bello vastabitur. In densa, & aspera sylua, o Arabes, pernoctabitis, animumque ex longa fuga tandem in vjs Dodaniam recipietis, 14 ibique extorres, & inopes fame, atque sitibus grauissimè laborabitis. Vos igitur o ciues Thema propinquis vestris occurrere, sitientibus aquam porrigite, esurientibus cibum apponite. 15 Nec enim mediocre malum eos perculit, neque mediocre periculum illos in fugam compulit. Fugiunt enim micantes gladios, fugiunt arcus intentos; fugiunt bellum pestiferum, summi domini rectissimo atque sanctissimo iudicio conflatum. 16 Sic enim mihi dixit dominus, intra vni anni spatium, quasi intra

*Custos
quid de
nocte?*

Aufere tu omnium gloria. diem mercenario ad accipiendam mercedem præstitutum, quem neque recipientis inopia, neque solventis religio differre, atque procrastinare patitur, omnes opes Cedar erunt fractæ, dissipatæ, & comminutæ. 17 Sagittarij, qui reliqui à communi cæde, atque strage facti fuerint, erunt paucissimi. Hæc enim prædixit dominus; quæ Israel colit, & veneratur, cuius semper æterna veritas est.

CAPVT
XXII.

HÆC VBI ISAÏAS DE RELIQUARUM GENTIUM EXITO prædixit, redyt continuò ad Ierosolymæ ruinam, cuius potissimum gratiâ reliquarum vrbium euerfiones recensuit, vt cum intelligerent homines, omnes illas vrbes diuino iudicio concidisse, interitûque suo scelorum & flagitiorum pœnas luisse, facilius colligerent hominum scelus, non fortuna temeritatem esse, quod cladè & exitium Ierosolymæ rebus importaret. In eam igitur inuocatus exclamat. 1 Quidnam accidit, ô ciuitas, non quidem iam in monte, vt olim, sed in valle sita; fuisti enim iam pridem è summo dignitatis fastigio in summam ignominiam detracta, ita vt nullum tibi fructû oracula diuina præbuerint, nec disciplinæ cælestis institutio tibi in tantis ærumnis quidquam opis attulerit: quid igitur euenit, cur exanimata metu in tecta conscendas, nec virtutis robore, sed mœnium præsidio vitam tutandam existimes? 2 At quæ ciuium multitudo frequentata, & opibus egregiè cummulata tumultus excitabas, & alacris, & erecta volitabas, neque tantam tibi malorum procellam, atque tempestatem subeundam animo proponebas: nunc verò sic metu obtorpuiisti, vt hostis vultum aspiciere non audeas. Non igitur gla-

gladius in acie, sed intra muros fames ciues exhaurit. 3 Omnes enim principes tui profugerunt, & ab insequentibus sagittarijs comprehensi, arctissimisque vinculis alligati sunt. Omnes inquam, qui in turpissima fuga capti sunt, fuerunt ferreis vinculis astricti, nec fuit quisquam qui honesta morte miserrimæ seruitutis ignominiam depelleret. Nec enim solium corporis viribus, sed animi robore spoliati, & orbatî sût. 4. Cùm hanc tantam patriæ meæ cladem confidero, ingentem vim lacrymarum profundo, cõmunemque totius ciuitatis occasum, & ruinam acerbissimis lamentis, crebris gemitibus, atque suspirijs deploro; nec potest animus me vlla consolatione permulceri. Abscedite igitur omnes. Nec quisquam sit, qui me amarissimè lugere prohibeat, nec in eo vehementer elaboret, vt consolationem adhibeat. Quæ enim oratio poterit animi mei dolorem lenire, cùm ciuitatis euerfionem, & vastitatem in oculis habeã, & tantam calamitatis impendentis atrocitatem mente prospiciam? 5 Dies enim ille funestissimus appropinquat, quo die misera, & abiecta ciuitas frustra oraculis diuinis admonita; (non enim ab impietate prædictionibus vllis de territa fuit) vexanda, proculcanda, multisque simul pœnis, & acerbitatibus implicanda est. Summus enim cœlitum dominus in hanc vallem, quæ fuit olim cognitione rerum diuinarum, & prophetarum responsis exulta, grauissimam belli tempestatem inuehet, quæ muros impetu furibundo diruat, viciniquæ montem horrendo fragore tremefaciat. 6 Alij quidè arcum, & pharetram gestant, alij verò curribus

inuehnrur, Alij teſti ſcutis cominus prælium
 7 inuent, 7 valles tuæ cultiſſimæ, & amœniſſimæ
 plenz ſunt curribus, equites ad portas tuas ca-
 8 ſtra ponunt. 8 Tunc igitur oſtendet dominus cū
 inſigni Iudæorum dedecore, & ignominia, quā
 inane fuerit illud præſidium, in quo homines
 9 impij ſpem ſalutis collocauerant. 9 Quid tu in-
 terim ô miſera ciuitas tantis periculis cinctâ fa-
 cies? Num reſipiſces, & lacrymis, atque gemitu
 veniam à Deo implorabis? Num illius opem af-
 ſiduis precibus ſagitabis? Num vt illius numē
 tibi propitium reddas, in iuſtitia, & benignita-
 tis ſtudio incumbes? Nihil minus: ſed cōtem-
 pto, & abiecto ſanctiſſimæ religionis ſtudio o-
 mnem ſalutis tuendæ rationem in humanis o-
 10 pibus, & induſtria collocabis. Nam in armamē-
 tarium, quod eſt in nemore conditum reſpici-
 es, & arma inde educta diſtribues, & quā mul-
 tas rimas agat arx à Dauide edificata diligentif-
 ſimè conſiderabis, & aquas inferioris piſcinæ
 10 inſtra mœnia colliges, 10 & ædes ciuium nūme-
 rabis, ac vt murum labantem reſicias, domos
 11 quamplurimas diſturbabis, 11 & inter vtrum-
 que murum ingens receptaculum in quod a-
 quam piſcinæ veteris inducas, extrues, nullam-
 quē rationem vr̄bis muniendæ, atque tuendæ
 prætermittes. Quod quidem vitio minimè ver-
 tendum eſſet, ſi primum in illud munitiſſimū
 atque tutiſſimum vitæ & ſalutis propugnacu-
 lum reſpexiſſes; omnemq; rerum tuarum ſpem
 in Domino collocaſſes: Verū tu nec condito-
 11 ri tuo fidem habuiſti, nec in illius optimi parē-
 tis, qui te finxit, immenſam benignitatem reſ-
 pexiſti, in eo quē omnes animi neruos conten-
 diſti,

*Et videbi-
 tis in illa
 die arma
 mētariū.*

*Et non ſu-
 ſpexiſtu
 ad eū, qui
 fecerat
 eam.*

diſti, vt hoſtis impetum nō ope diuina, ſed in-
 duſtria tua reprimeres.

12 Idcirco dabis pœnas ſcleris, atque perſi-
 dia, & in fordibus, & lamentis, luſtuquē iace-
 bis. Dominus enim te in acerbiffimum ſletum
 adducet, vrbemque to tam plangore, & lamen-
 tatione complebit, perſicietque vt ſibi quiſ-
 que capillos euellat, corpusque ſuum in mœ-
 13 roris ſignum cilicio præcingat. 13 Hem quō
 luxus, & riſus, & immoderata lætitia recide-
 runt. Hem conuiuia tantis ſumptibus appa-
 rata, tantis iocis, & tanta impuri ſermonis hi-
 laritate celebrata, quem fructum hominibus
 perditis, atque proſtigat attulerunt! Tan-
 tum enim abuſit, vt viris diuinis aures præ-
 berent, eorumque monitis, & oratione de-
 territi ſe à flagitijs, nefandiſque ſcleribus
 abſtinerent, vt tunc multò licentiùs per o-
 mnia libidinum genera vagarentur, & tem-
 pus, quod propter iram offenſi numinis, quæ
 eorum capitibus imminerebat, mœſtitiā, at-
 que lacrymas ſagitabat, in intempetiuis con-
 uiuijs ludibundi conſumerent, & DEI mi-
 nas, quas ſanctiſſimi viri proponebant, im-
 pudentiſſimis iocis irriderent. Quasi enim
 eſſet omnis animi ſenſus cum corpore ſimul
 extinguendus, mentiſque vis, & natura, v-
 bi primum corpus animam eſſat, quaſi ven-
 to diſcuſſa, & diſſipata conſeſtim euaneſce-
 ret, ita viuunt; vt nihil de immortalitate
 cogitent: ſed omnia vitæ conſilia, ad corpo-
 ris voluptatem, & commoda dirigant, ſum-
 moque ſtudio in eo laborent, ne facultatem
 voluptatis alicuius exquisitiſſimæ fruendæ
 præ-

Occidere prætermittant. Hanc igitur vnam curam susci-
Situlos, et piunt, vt boues mactentur, vt arietes iugulen-
iugulare tur, vt conuiuium instruatur, vt multa carne,
arietes. atque vino compleantur, vt iocis, & ludis ani-
 mum à cogitatione impendentis calamitatis
 abducât. Comedamus, inquit, dum licet, vi-
 noſq; nos expleamus. Cras enim, si casus ita tu-
 lerit, moriemur. Sensibus igitur extinctis, atq;
 deletis, quod quidem intra breuissimum tem-
 pus in tanta vitæ breuitate necessariò contin-
 get, nihil erit, quod ad nos pertineat. cum neq;
 bona, neque mala sentire possimus. Quare va-
 leant Prophetarum ming, faceſſant terrores im-
 peritis iniecti: nos verò dum licet oblectemur,
 atque omni naturæ iucunditate perfruamur.
 Et hæc quidem est impiorum hominum vox.
 14 & oratio. 14 Quid agitis, ò viri profligatissimi?
 num hoc tantum, atque tam scelestum facinus
 Dei numen latere putatis? Certè in illius con-
 spectu sunt posita scelera vestra; & conuicia,
 quibus illius sanctissimum numen incessistis,
 auribus suis percipit. Sic enim, inquit, summus
 ille cœli imperator, & Dominus. Quando non
 solùm spiritui meo restitistis, sed etiam maie-
 statem meam, quantum in vobis est, impuden-
 tissimo conuicio læsistis, per numen meum iu-
 ro, futurum, ne tantum scelus vllis piaculis, at-
 que muneribus expiatur. Nec enim est imbecil-
 litatis, & ignorantia crimen, ad quod expian-
 dum, sunt instituta sacrificia: sed elationis, &
 impudentiæ, quod tanquam vulnus insana-
 bile est morte refecandum. Funestum igitur, at-
 que sempiternum funus vobis in magnitudine
 tanti sceleris obstinatis, & obfirmatis, indico.

15 Vt autem possit intelligi, Deum non esse so-
 lùm communibus vniuersę Reipub. sceleribus
 infensus: verùm etiam singulis hominibus esse
 supplicia singularia ab illo constituta; operæ-
 pretium erit attendere, quomodo me dominus
 miserit ad hominem impurum, atque nefariũ,
 vt illi acerbum exitium denunciarem. Vade,
 inquit, ad Sobnam ærario præfectum, penes
 quem modò est potestas regiẽ moderandæ, quẽ
 eiusmodi verbis insectabere. 16 Homo, quid ti- 16
 bi cum ea domo est, quam nec amore proſeque-
 ris, nec debita fide colis? Quid tibi cum ea ciui-
 tate est, in quam fuisti teterrimus? Nec enim vn-
 quam munus tibi assignatum ad communem
 populi totius vtilitatem, sed ad tuum quæstũ,
 compendiumq; reuocasti: quocircà multa in
 Deũ scelera, multa in homines nefaria facino-
 ra concepisti. Et tamen te omnia impunè latur-
 um existimasti, & quasi tibi esset exploratum,
 te otioso, & tranquillo animo tantis opibus in
 hac vrbe, quam alienam esse putasti, quamdiu
 in vita maneres, futurum, magnificum & ex-
 celsum tibi hoc in loco sepulcrum extruxisti,
 in quo tuum corpus vitâ perfunctum decum-
 beret: 17 at Dominus te hinc in durum, & cala- 17
 mitosum exilium magno quodam impetu ex-
 pellet, & eijciet, & contumelijs omnibus oper-
 tum ex huius terræ finibus exturbabit. 18 Exul 18
 & extorris vagabere, multisquẽ vexatus incõ-
 modis, omnibusq; turpitudinum maculis inu-
 stus, insignique ignominia deformatus vltro
 citroquẽ discurreſ, neq; vnquam vlla in certa
 sede cõsistes. Vt enim pila summis viribus è ma-
 nu cõiecta, ita in summa, atq; lata planicie pro-
 uolui-

uoluitur, vt vix vllum consistendi locum repe-
riat: sic tu à Deo proijceris, atque ita circum-
quaque versaberis, vt nunquam ab absiduis la-
boribus, & molestijs conuiescas. In exilio tan-
dem morieris, memoriaquē tuæ amplitudinis
extinguetur: ô domus regiæ labes, insigneq; do-
mini tui dedecus, & turpitude. Nihil enim est,
quod magis regij muneris sanctitatem dedeco-
re omni contaminet, quam improbi hominis
familiaritas, & cōsuetudo. Insignem igitur de-
decoris labem optimo regi asperxisti, cū tan-
tum apud illum locum obtinuisti. 19 Nunc igitur
dicit Dominus, deijciam te de statu tuo, &
de honoris gradu detrudam: 20 adfiscam ve-
rò mihi seruum meum Eliacim filium Elciaz,
quem honoris tui insignibus tibi detractis, vt
21 inuidia conficiaris, exornem. 21 Induam eum
veste tua, baltheoq; tuo præcingam, munusq;
& imperium, quoungebaris, ad illum deferā,
quod quidem ille longè aliter, ac tu, faciebas;
administrabit. Omnium enim commodis pro-
spiciet, atque prouidebit, nec solum Ierosoly-
mā, sed omnem Iudæam animo patrio tuebi-
22 tur, & conseruabit. 22 Tradam illi summam in
Dauidis domo, & familia potestatem, regia om-
nis illius humeris sulca sustinebitur, nec erit
qui auctoritatem illius aliqua machina labefa-
ctet, is cui ille aditum aperuerit admittetur, cui
intercluserit excludetur: quicquid ille statue-
rit, atque decreuerit, ratum, & fixum permane-
23 bit. 23 Hoc autem meum in illum beneficium
trabali clauo figam, honoriq; illius stabilita-
tem dabo. In solio excelso sedebit, 24 patris-
24 Et inf-
pendent
quē domum, & stirpem suam ornamentis suis
illu-

illustrabit, posteritatem suam à tenebris vindicabit. ^{super eū}
Omnes enim, qui sunt cum eo cognatio. ^{omnem}
ne, & propinquitatem coniuncti, omnes filij, ne- ^{gloriam.}
potes, & pronepotes, siue maximis artibus ex-
culti sint, siue minimis operam dent, siue neces-
saria tantum studia persequantur, siue ea quæ
pertinent ad oblectationem animi consecen-
tur, ex illius nominis amplitudine, & dignita-
te pendebunt. In omnibus denique vitæ mune-
ribus, atque summi cuiusdam honoris insigni-
bus exprimet imaginem summi illius Princi-
pis, qui regiam meam summa auctoritate gu-
bernabit, & patria pietate populum sibi com-
missum tuebitur, & quem volet, in patris fami-
liaritate insinuabit, & quem volet, rursus ex pa-
tris ædibus excludet, genusq; sanctissimū ex se
fidei sanctitate, & religione propagatum orna-
mentis diuinis afficiet, omnisque illius poste-
ritas eiusdem virtute, atque meritis innitetur.
25 Maximum tamen erit inter vtrumque disci-
men. Cū enim illius imperium infinitum sit,
huius potestas erit, & exiguis terræ finibus, &
breuissimo æui spatio definita. Ne igitur homi-
nes in terra rerum suarum securitate sibi quæ-
rendam existiment, neque veritatis ignari, um-
bris & imaginibus oblectentur, quemadmo-
dum, cū maturitas temporis efflagitauerit,
reliquas rerum diuinarum imagines demoli-
turus sum: ita perficiam, vt hæc futuri princi-
pis imago malorū fluctibus obruat, & euane-
scat. 26 Tunc igitur (futurum enim est, vt cum 26
reliquis, genus etiā hoc se scelere cōtaminet, il-
liusq; pestilēs morbus indies ingrauescat) clauū,
qui firmissimè fixus videbatur, euellā, & onus,
quod

LIBER SECVNDVS. CAP. XXIII.
quod erat ex illo appensum, decidet, omnifq;
generis illius claritas obteretur. Hoc quidem,
ne dubitationi locus relinqui possit, est ab ipso
Domino prædictum.

CAP.
XXIII.

*Hæc vbi de patriæ ruina, atque de ciuis perditissimi
casu differunt, Tyri etiam euerfionem oratione comple-
ctitur: quæ quidem vrbs fuit olim insula è continente
Sidonis tellure angusto fretò disincta. Erat autem
clarissimum orbis terrarum emporium, in quod vndiq;
que mercatores onera conuehebant: quod effecit tan-
dem, vt vix vlla in terris ciuitas esset diuitijs opulen-
tior, & ad propulsandam à mœnibus calamitatem om-
nibus rebus instructior: quæ tamen eadem tempeste-
te à Babylonij capta, & funditus euersa fuit. Nec e-
nim illi profuit esse fluctibus marinis cincta ad terre-
stres copias arcendas, nec clasibus maximis instructis-
sima ad naualia certamina sustinenda. Inquit igitur.*

1. *Ô naues Phœnicix casum vestrum acerbissimum
vlulanti clamore deplorate. Iam enim di-
rutum est, atq; deuastatum stationis vestræ do-
micium, iam aditus ille in Tyri portum est
vobis obstructus, iam non licebit vobis illuc
cum mercibus vestris intrare. Huius pestife-
ri belli rumorem primùm Græci mercatores
Tyrum detulerunt. Omnes enim eos Tyri peri-
culum sollicitabat, nempe quam communem
omnium mercatorum patriam existimabant,
& quam florentem, & ornatam esse cupiebant.*
2. *Ô habitatotes insulæ quondam florentissi-
mæ vocem stupore defixi comprimate. Quam
subitò ex amplissimis fortunis, & ex altissimo
honoris gradu cõcidistis? Sydonij mercatores,
qui maria omnia transmittunt, vos mercibus
multifa-*

CAP. XXIII. LIBER SECVNDVS. 73
multifariam cumulabant, 3 ad vos maxima fru-
menti copia ex lætissimis mœsibus Aegypti, cu-
ius arua Nilus inundans fecundissima reddit,
quotannis importabatur. Apud vos erat merca-
tus summa omnium gentium celebritate, & fre-
quentia constitutus. 4 Hæc omnia, subitò belli 4
retri calamitas in vestras fortunas inuecta per-
uertit. Pudeat in Sido temeritatis, & amentix, *Erubescere
Sidon.*
qua olim inaniter exultabas, & propter opes,
quas tibi mare suppeditabat, immoderata læti-
tia gestiebas; teq; maris ipsius præsidio egregiè
munitam fore confidebas. At nunc ipsum mare
in quo omnem spem rerum tuarum ponebas,
& quod quasi parètem agnoscebas, habebis in-
festum. Naues enim à præsidio tuo remouebit,
contra te fluctus suos excitabit, negabitq; tibi
cum illo quidquam iuris intercessisse. Non in-
quiet filios peperit, non enutriui, nõ operâ mea
virgines adoleuerunt, vt ea gratia confidas, me
tibi quasi natæ carissimæ, quidquam opis in
rebus perditis, & afflictis illaturû. 5 Aegyptus 5
vbi primùm audierit Tyrum obsideri, esseque
in extremum discrimen vitæ, atq; salutis addu-
ctam, communem eam cladem existimabit, ne-
que in minore cura, & sollicitudine, quam Ty-
rus ipsa versabitur. Prospiciet enim, excisa Ty-
ro, nihil fore impedimento, quò minùs idem
hostis in illius fines inuadat, atque omnia ferro,
flammaq; populetur. 6 O Tyrij ciues mare 6
transmittite, Tarsum cursu petite, fuga vos
quantum potestis ab imminente peste seduci-
te, atq; ibi cladem vestram lamentamini. 7 Inso-
lentix namque vestræ pœnas sustinebitis. Nec
enim solùm vobis opum maximarum affluen-
tia,

tia, sed nominis vetustas, & nobilitatis antiquitas spiritus efferebat: At nunc expulsi, & eiectione in longinquas terras pedibus in exilium migrabit. *8* Quis cogitavit hoc super Tyrum?

9 Ti homines conqueruntur, abiecit, non hanc tantam vestris rebus calamitatem casus inuenit: sed summus coelitus imperator est is, cuius consilio in tam graues ærumnas incidistis. Fuit enim Tyrus maritimi imperij domicilium. Mercatores illius, erant principes opulentissimi, illorumque nomen in terris amplissimum. Ea que gratia tumebant, & ingentes spiritus affumebant: at summus Imperator coelitus stabili, atque fixo decreto constituit omnem hominum insolentem elationem comprimere, omnem splendorem humanæ dignitatis extinguere, omnem denique superbiam, & arrogantiam iudicio suo peruertere, summasque opes hominum potentium comminuere, atque dissipare. Tu tibi igitur, ð ciuitas pestem machinata es. Tu teipsum manu tua iugulasti. Immanis ista superbia, & intolerabilis arrogantia te perdidit, & in omnium ærumnarum acerbiter

10 Transprecipitavit. *10* Nunc verò quasi aqua fluminis incitati celerrimè laberis, & diffuses, ð Tar quasi flumen. si colonia, atque, vt materia subtrahatur furori, & impudentiæ tuæ, nullum in te vestigi-

11 um antiqui roboris apparebit. *11* Dominus qui imperio suo terras vniuersas, atque maria continet, manum suam in mare intendit, vt Pharaonis copias gurgite ipsius maris obrueret. Idem regna

regna magna conquassauit, & Chanaanorum potentiam imperio suo deleuit, & vniuersas gentium illarum opes excidit. *12* Idem nunc potentie tuæ, & animorum tuorum alacritati finem imposuit.

Dixit enim, non patiar te diutius alacrem, & erectam volitare, & intemperanter extolli. Hactenus quidem, vt incorrupta virgo, permanebas, nec vim ab vilo passa es. Neque enim quisquam secus, quam te decebat, corpus tuum attrectauit: At verò nunc per vim pudicitia tua spoliabere, hostisque tibi stuprum inferet, teque ignominia extrema deformabit. Excita te ipsam, misera; vt in Græciam, & reliquas Solis occidentis regiones profugas, in quibus tamen nullam partem tranquillitatis gustare poteris, sed assiduis scelerum pœnis agitabere.

13 Vt autem intelligas, te iudicio diuino concidisse, scito nationem istam Chaldæorum, quæ te euerit, nullas quondam vires habuisse. Fuit autem ab Assyrio in locis desertis, & incultis locata, creuit deinde tempore; mœnia, & tures ædificauit; opibus aucta, & amplificata est, deinde ijsipsis, à quibus sedes obtinuerat, exitium, & vastitatem intulit. Omnis Assyriorum potentia manibus illius extincta, atque deleta est. Est enim numquam Domini superbis, & arrogantibus infensum, & humilibus, & abiectis, valde propitium. Inde fit vt altissima deprimat, & infima frequenter ad summum gradum honoris extollat; & alios contra superbiam aliorum armet, recentisque alicuius imperij viribus immoderatam anti-

qui imperij dominationem extinguat, & ad excisionem gentis propter diuturnam imperandi consuetudinem insolenter elata, recentibus viribus alterius gentis, quam ipse ad eam rem armis ornat, & instruit, vtatur. Consilio igitur diuino factum est, vt Chaldæorum opes crescerent in tuam perniciem, illeque te populus euerteret, qui quondam non erat ex parte aliqua

14 tecum opibus, & potentia comparandus. 14 Ingenti plangore, & vlulatu naues Phœnicia, vestrum interitum deplorate. Vestrum namque ro-

15 bur, & gloria naualis interijt. 15 Tyrium decus in obliuionē veniet, septuaginta quinque annis in tenebris, & obscuritate latebit. Tot enim annis regis illius, qui Tyrū perdidit, nomē, & gloria vigebit. At post septuaginta annorum spacium, vbi primum Chaldæorum imperium conciderit, Tyrj ciues vndique congregabuntur, vt incenia reficiant, & ciuitatis aliquem statum collocent. Non tamen confestim pristinum splendorē recuperabit euerfa ciuitas, nec ad eam statim mercatores vndique commeabunt: sed illa eos alliciet, & inuitabit. Quōdam enim illam, quasi virginem forma eximia præcellentem, multi amatores appetebant, & vt

Post septuaginta autem annos.

saltem speciem illius, atque pulcritudinem oculis vsurparent, spōte sua vndique confluebant. Nunc verò postquam illi oblatum vitium, & erepta pudicitia fuit, tanquam meretrix deferta, atque derelicta cantibus, & blandimentis amatores ad se pelliciet. 16 Sume cytharam, o meretrix, molle, atque lasciuum carmen modulare, circum omnes vicos vrbis vagare, in eoque vehementer elabora, vt optimē cantes,

& psallas,

& psallas, quò plures tui cupiditate amatores incendas. Per legatos enim blandiendo, & assentando, verborumque lenocinijs, te in eorum animos insinuando multos tibi socios aggregabis, illorumque te præsidio munies.

17 Nam post annum septuagesimum à Tyri oc-

casu, & ruina respiciet in illam Dominus, eamque rursus eriget, & in antiquam Reipub. formam restituet. Tunc igitur meretricijs blandimentis, atque lenocinijs regnorum voluntates alliciet, multaque nationes ad sui amorem inuitabit, stuprique mercedem flagitabit, vestigiaque diligenter exercebit. 18 Sed tandem aliā

18 mercaturam, multò magis quaestuosam faciet,

quæ quidem erit Deo gratissima, ne munera, & dona illius, quasi meretricis oblatio, & munus ab altari Domini reijciantur. Non enim coarceuabit pecuniam, non opes suas inclusas domi continebit: sed eas in Dei gloriam conferet, illiusque ministros, qui rebus diuinis ritè faciendis semper intenti sunt, sanctissimumque illius numen pro aliorum salute venerantur, mercedem copiosè, & abundanter alendos, & vestiendos, eius. & vsque ad extremā senectā operiēdos suscipiet.

Et erunt negotiationes eius, & mercedes eius.

HÆC vbi de iudicijs, quibus Deus singulares orbis

18 terrarum partes perdidit, & afflixit, ampliter, & XXIII.

copiosè præmonuit, nunc in vniuersum, de totius humani generis interitu, sermonem insituit, & causas communis calamitatis exponit. Sed animaduertendum est illud extremum exitium, quo Ierosolyma Romanorum armis expugnata cōcidit, Iudæorumque status extinctus, atque deletus est, vmbraque legis euaniuit, & sacrorum ceremoniarum penitus abrogata fuit magnā

similitudinem habuisse cum futuro totius humani generis exitto, quo terrarum orbis euertendus est, sempiternumque supplicium consceleratis hominibus irrogandum, & vniuersæ terræ, quæ tunc erunt maximis flagitijs cumulata, sceleribus innumerabilibus astricta flammis vtricibus expianda. Vt enim fuit olim vniuersus Iudæorum status, dira clade consumptus, hominibusque perditissimis extremum vultus impositum: sic tunc cum hominum internecione cunctæ opes humana cõcident, & perniciosi mores, & instituta funditus interibunt. Et quemadmodum in illius inquinatissimæ ciuitatis euerfione Dei gloria insignis, & ampla fuit, nomerque illius augustissimum singulari bonorum omnium predicatione celebratum: sic in vltimo, & extremo iudicio erit aequitas sanctissimi iudicis in omnium oculis, & aspectu constituta, summisque iustorum omnium laudibus in cælum sublata. Fratercæ, vt extremam illam Iudæorum calamitatem consecuta est summa quadam Christianorum felicitas, cum insigni diuinorum munerū affluentia (nunquam enim rerum humanarū naufragium fit, quin sit reliquijs fide collectis, atque conseruatis per Dei benignitatem egregiè conseruatum: ita vt cum improbi extinguuntur, tum deum probi exoriri videantur) sic post illā communem rerum humanarū inflammationem, boni siderū pulcritudinem splendore, & claritate superabunt. Postremo similiter, atque postquā extipeta lex, & funere elata fuit, tum demum res cœlestes, atque diuina, quas ad illū diem legis integumenta cõtexerant, apparuerunt, animosque piorum hominū multo acrius cupiditate diuini status inflammauerūt: sic extremis temporib. postquā

omnia

omnia conditionis terrestris impedimenta abiecta fuerint, mentesque piorum hominum ab omni concretionem mortali segregata Deum conspexerint, illius amore multo vehementius inflammata ad similitudinem claritatis diuina peruenient. Hac autem de causa fit, vt in sanctis literis coniunctim sæpenumero de vtroque iudicio mentio fiat, & sic quibusdā in locis de Ierosolyma postrema ruina disseratur, vt omnia, quæ de illa dicantur, cū ad simile ciuitatis alicuius imperiosa euerfionem, tum maxime ad illud vltimū rerū humanarum exitū reuocandi sint. Hoc igitur in loco Isaias sic de postremo Iudæorum occasu, & interitu præcinit, vt sub illius imagine totius orbis euerfionē futurā describat. Sic autē ait: 1. Ecce Dominus terrā nudabit, & exinaniet, faciemque eius deformabit, cultoresque illius diuullet, atque dissipabit, omnemque genus hominum teterrima peste cõficiet. 2. Nec enim populū multitudo, nec principes dignitas, & amplitudo tueri, atque conseruare poterit. Eodem namque letho, & sacerdotij amplissimi dignitas, & abiectæ plebis humilitas interibit. Eodem vulnere Domini cum seruis, & cum ancillis domine trucidabuntur, opes, atque diuitie diuites minimè subleuabunt, nec pauperas quidem misericordiam commouebit. Similiter enim, & qui aliorum possessiōnes emunt, & qui coacti inopia omnes res suas vendūt, & qui fœnori pecuniā dant, & qui magnitudine fœnoris obruuntur, & qui nimis acerbè pecuniam exigunt, & qui debitum cū multiplicato fœnore reddere compelluntur, omnes denique siue summis opibus affluant, siue multis vitæ difficultatibus impediti sint, eodem turbine deiecti cõ-

K + cident,

eident, & fracti grauissimis ærumnis extingue-
 3 tur. 3 Vniuersa namque terra funditus exhau-
 rietur, & diripietur, & dirissima tempestate va-
 stabitur. Est enim omnino subeundum cunctis
 mortalibus, qui sese scelere contaminauerunt,
 supplicium, fixo, rato, & immutabili decreto
 Domini constitutum; quemadmodum est ab
 4 illo denunciatum. 4 Terra vniuersa, fracta at-
 que debilitata cladibus succumbet. Orbis vni-
 uersus mortiferis morbis oppressus occumbet:
 Principes, atque plebei simili plaga confecti ia-
 5 cebunt. 5 Est enim omnis terra scelere, & as-
 simulatæ religionis improbitate corrupta, &
 criminibus nefarijs alligata. Transgressi nam-
 que sunt homines perditissimi legem Domini,
 & pro diuinis præceptis, & institutis, alias si-
 bi leges indixerunt, totiusque iuris rationem
 ad sua nefaria scelera transtulerunt, sempiter-
 numque fœdus, quod in fidei sanctitate consi-
 6 tit, cum proiecta quadam audacia, & impuden-
 tia profregerunt. 6 Ergo cum Dominus sit ini-
 quitati semper infensus, iniustitiamque malis
 omnibus peius oderit, consequens est, ut cum
 iniquitas diuinique, & humani iuris contem-
 ptio ad summum peruenerit, terræ corruptæ,
 & omnibus tetris criminibus inquinatæ sum-
 mum, & extremum vulnus infligat. Pro-
 pter ius igitur violatum, & fidem neglectam,
 & iniquitatis immanitatem dira quædam ex-
 ecratio terras absumer, & habitatores illius e-
 uertet, & horrenda clade vastabit. Propter
 hoc iniquitatis, & iniustitiæ sceleratissimum
 facinus terrarum incolæ, flammarum in-
 cendio conflagrabit, & exiguus admodum
 numerus

numerus effugiet illud supplicium omnibus
 sceleratis hominibus inferendum. 7 Atque pri-
 mum quidem multæ res horribiles erunt im-
 minentis illius calamitatis, exitijque futuri præ-
 8 nunciæ. Sublatum vinum, vites excisæ, vitæ iu-
 cunditates in gemitum, & mœrorem conuersæ.
 8 Silent cantus, muta sunt tympana, saltantiū
 alacritas stupet, iucunda cytharæ harmonia cō-
 ticescit. 9 Non erit, qui cum cantus oblectatio-
 9 ne vini potum coniungat, & ei, qui vinum su-
 mēre poterit, erit ille potus amarissimus. 10 Cō-
 10 trita est ciuitas, horribilis quædam vastitas cō-
 munitibus rebus illata est, omnisque aditus in-
 eges interclusus, 11 ad vini aliunde importati
 11 rumorē clamores tollētur, illius gratia magni
 tumultus excitabuntur, omnis denique gau-
 diorum materia subtrahetur, & si qua species
 iucunditatis ob oculos hominum intemperā-
 tium, qui vitam sine flagitiosis voluptatib. in-
 star mortis esse putant, obseruata fuerit, turbas
 commouebit, & ingentem materiam mœstitie,
 acerbissimique mœroris excitabit. Omnia igitur
 erunt propter inopiam, & egestatem, & o-
 stenta dirissima, & horribiles formidines, tene-
 bris cæcis obducta, ab omni voluptate derelicta
 & sūma mœroris acerbitate deformata. 12 Sic 12
 autem ciuitas curis paulatim intabescens, tan-
 dem funditus euertetur, & pro ciuium frequē-
 tia, & celebritate desertissima solitudo in vrbe
 relinquetur, atque funestissima cladis, & exitij
 monumentum. Nec enim vel murus opposi-
 tus, vel ianuæ clausæ poterunt homines ab im-
 petu hostium, & exitio prohibere. Repagulis e-
 nim conuulsis, effractisque valuis hostilis exer-

citus irrumpet in urbem, horribilēque stragem efficiet. 13 Porro autem tanta erit in medio populorum illius vastitas, atque solitudo, ut sit cum olea prorsus excussa, & omnibus prope modum baccis nudata, comparanda, & cum vinea ē qua finita vindemia, reliquię etiam vuarum summo studio collectę sunt. 14 Tunc igitur in tanta perditorum hominum cęde, & tam funesto impię gentis interitu, quid pij facient? Animus quidem erigent, & ab omni metu, atque solitudine respirabunt, & spe firmissima salutis excitabuntur. Intelligent enim tunc fructum suę pietatis appropinquare, cum impij calamitate aliqua insigni peruertuntur. Itaque vocibus maximis ex omnibus regionibus homines casti, & integri, verissimęque religionis amantes diuinas laudes concinent, & ab occasu etiam ab ijdem locis, in quibus nefando quidem olim fuerat auditum, quā pręsenti numine summus Deus humanis rebus confuleret, tunc sonitus maximi, atque iucundissimi clamoris audietur. Omnes enim animis exultabunt, gloriāmque domini singulari præconio celebrabunt. Non enim erit cognitio nominis diuini intra Israëlīs angustias inclusa, sed in oēs orbis terrarū: regiones incredibili celeritate discurret, humanęque mentes, nouo, & insolito splendore diuinę lucis illustrabit. 15 Idcirco, o gentes, quę valles incolitis, & eratis in terram de pressę, atque demersę, gratias animis tantū beneficiū prosequimini, Deęque gloriam tribuite, & vos etiam, qui in Occidentis insulis habitatis, nomen domini, cuius præsidio Israëlīs vita munitur, cantibus, atque sympho-

14 Hileus
 hunc vo-
 cem.

15

sympho-

symphonia celebrate. 16 Ab vltimis terris canē. 16
 rium voces audiimus, carminatę singulari artificio modulata iucunditate sua, aures meas cōpleuerunt. Iam enim mihi videor audire gētes à studio religionis quondam alienas, dominię summo, & obstupendo beneficio ad ipsius domini populum aggregatas, maximis, atque iucundissimis vocibus illius iusti laudes canere, qui est genus humanum ex iniustitię tenebris in iustitię lucem, & claritatem vindicaturus. Orbis igitur terrarū incredibiliter exultabit, & summis gaudijs efferetur, cum Ierofolymę factus, & insolentia diuino iudicio penitus euerfa cōciderit. O rem scelestam & indignam multis lacrymis, & gemitu deplorandam. Quā tenues erunt populi mei reliquię? quā tenues, erunt populi mei reliquię? Vniuersum Israëlīs nomen maxima ex parte erit vile, contemptum & sordidum, neque solum diris exagitatum, sed etiam omnibus summi dedecoris, & ignominię maculis inustum. Et cum gentes alienigenę nefarijs olim superstitionibus addictę, & infinitis sceleribus alligatę fide, atque pietate floruerint, diuinisque muneribus, & ornamentis redundauerint, Israëlīs viri sanctissimi sobiles, atque propago erit à Deo, quem olim sanctē colebat, eiecta, grauissimisque pœnis excruciat, & in impietatis atque perfidię sordibus derelicta. O me miserum, o me infauftum & calamitosum. Non enim possum gentis meę casum acerbissimum à me alienum putare. Conciderunt miseri, summisque viribus oppugnati, & labefacti corruerunt. Nefarię namque descuerunt, fidemque perfregerunt,

Vab mē
 hi.

fidera

17 Formi- fidem, inquã, impudentissimè perfregerunt. 17
 do, & pa- Vobis igitur, ð ciues vrbis scelestæ, & impiæ, &
 nor. metus impendet, & fouea, in quam decidatis,
 est in iustam altitudinem depressa, & laqueus,
 quo arctissimè constringamini, est iam pridem
 18 propositus. 18 Qui curis stimulat, & formidi-
 ne perterritus aufugiet, sese præcipitem in fo-
 ueam dabit. Qui sese è fouea subducere conatus
 fuerit, in laqueum incidet, & irretitus ab hoste
 inmanissimo capietur. Omnia liquidem habe-
 bunt aduersaria, & infesta, qui rerum omnium
 Cõditore, & Dominum in se perfidia, & scele-
 re concitauerint. Vt enim olim cœli claustris re-
 feratis imbres supernè demissi sunt, qui terras
 omnes hominum scelere contaminatas obrue-
 rent, & apertis fontibus maris vis ingês extitit,
 quæ gurgitib. immesis, vniuersum genus huma-
 num exorbuit; sic gens tâto scelere astricta cœ-
 li fragore examinata cõcidet, & infinitis in ter-
 19 ra malorũ omnium fluctibus obruetur. 19 Nee
 nim solùm cœlum sibi semper infensum, & ini-
 micum sentiet; verũmetiam sæpenuerò ad
 horribiles terræ fremitus ingêti formidine cõ-
 20 cussa trepidabit. 20 Terra tandem vniuersa con-
 fringetur, terræ ipsius soliditas collidetur, ter-
 21 ra sedibus conuelletur. 21 Commouebi tur, in-
 quam, ingenti quodam fremitu, & strepitu om-
 nis terra, & quasi quidam ebrui vini plenus æ-
 gitabitur, & tâquam tabernaculum ad agri cu-
 stodiam, ad breue tempus erectum, è loco suo
 transferetur. Maximum namque, minimèque
 tolerandum, impietatis onus terris incubuit.
 Cõcidit igitur, nec vnquam rursus erigi, & in
 22 antiquũ illum statum restitui poterit. 22 Tunc
 igitur

Quia ca-
 taracta
 de excel-
 sis aperta
 sunt.

igitur etiam dominus in sydera cœlestia quo-
 dammodo animaduertit, cum ea tenebris dẽ-
 fis abdidit, & à dominatu suo depulerit, & in
 principes terræ diram sententiam pronuncia-
 uerit. 23 Compellentur in vnum locum, & in 23
 custodiam tradentur, & vincti in immanem ter-
 ræ hiatus detrudentur, & carcere, atque tene-
 bris inclusi, multo tempore detinebuntur, do-
 nec tandem iudicio in omnium aspectu consti-
 tuto, sit publicè in omnes animaduersum.
 24 Illa verò die, cum dominus in iudicio illo 24
 extremo, & frequentia suorum stipatus, & san-
 ctissimorum hominum corona circumdatus re-
 gni sui opes explicauerit, lunæ claritas, at-
 que solis splendor in domini splendorem in-
 currens obscurabitur, & euanescet. Non igitur
 solis splendor hominum piorum vitam guber-
 nabit: sed diuinum lumen illos sempiternis sæ-
 culis illustrabit.

HÆC vbi Isaias de Ierofolyma postrema ruina CAPVT
 præmonuit, & in illius interitu extremum etiam to- XXV.
 tius orbis interitum oratione complexus est, domini iu-
 dicium huiusmodi verbis extollit: Domine Deus es
 tu, in quo summam bonorum omnium habeo
 constitutam, & in cuius præsidio nitor, atq; cõ-
 fido. Te semper laudibus efferam, tuiq; nomi-
 nis gloriam prædicabo. A sempiterno enim tem-
 pore mirabilia opera designasti, quæ tandem
 summa constantia perfecisti. Nam ciuitatè flo-
 rentissimam in lapidum acerum redelegisti, &
 vrbem munitissimam funditis euertisti, & ma-
 gnificas ædes impiorum hominum, qui sese à
 numinis tui patrocínio sceleribus infandis ab-
 alie.

alienârunt, disturbâsti; & gentem quam olim custodia tua tegebas, inuictôq; præsidio valla-
bas, excidisti, nec patieris eâ in opes amissas re-
stitui, & pristinû ciuitatis statû recuperare. Nec
n. te generis alicuius humani dignitas; sed fidei
sanctitas propitium reddit; nec adumbratæ reli-
gionis supercilio: sed verissima pietate placaris.
Omnem igitur gentem perfidam, quantâ-
uis illa sit specie religionis in hominum vul-
gus commendata, peruerter, dirôque supplicio
mactabis. 3 Idcirco genus sanctum, fati que di-
uino in terris æditum, quod inclytæ virtutis
robore confirmasti, & contra omnes hostium
impetus inuictû effecisti, tibi vni sūmos hono-
res deferet, te solum in omni vita prædicabit,
nec vnquam de tuarum laudum amplitudine,
atque magnificentia conticescet. Quinetiam
homines opibus elati, tyrannicisque legibus,
& institutis viuentes, vbi primû in tam in-
signe tuæ seueritatis exemplum respexerint, iu-
dicia tua pertimescent. 4 Tu siquidem es muni-
tissimum pauperis vexati, & afflicti præsi-
dium, tu es tutissimum in opis in calamitate
propugnaculum, tu turbinis, atque procellæ
perflugium, tu denique iucundissimum ad æ-
stus ardorem depellendum omnibus, qui tua
clementia nituntur, vmbra culum. Impetus
quidem hostium immanium est quasi turbo,
atq; tempestas in parietem inuecta, eumq; labe-
factans, & diruens. 5 Furor, & scelus quo nos ad-
oriuntur, est similis æstiuis solibus in locis de-
sertis, in quibus nec domus est vlla, nec arbor,
quæ possit grauissimi æstus ardorē vmbra sua
depellere. At tu tempestatem illam, quam con-

tra

tra nos impiorû hominû tumultus excitabat,
côprimis, & pro æstu illo grauissimo, quo no-
bis infesti erât, solis ardor nube, ne nobis nocere
possit, inducta, illorû ramos & frondes exsicca-
bit. Vt. n. olim Sol Hebræis minimè nocebat, cû
Aegyptios insequentes exureret, sic domini iu-
dicium non erit infensum pijs: impiorum ve-
rò robur, atque potentiam inflammabit. 6 Or-
nabit autem opiparè summus cœlitum impe-
rator in monte isto à fidelium cœtu sanctissi-
ma religione celebrato conuiuium conquisi-
tissimis epulis, & vino purissimo, atque de-
facatissimo diligèter exstructum, & absque vl-
lo discrimine omnes nationes inuitabit; om-
nèsque mortales, qui vocati cum incensa fide
conuenerint, participes suæ clementiæ, atque
benignitatis efficiet. 7 Conficiet autem hoc in
loco dominus in ijs, qui grato animo benignita-
tem illius complexi fuerint, effrenatam cupidi-
tatem fallaci specie blandientem, & quasi qui-
busdam inuolucris obtentis tenebras cunctis
mortzilibus offundentem, ne queant villo mo-
do vera, atque sempiterna bona contueri, & le-
gis vmbra, quæ quibusdam integumētis my-
steria diuina contegit, quasi, nebulam interuen-
tu splendoris sui discutiet, & terrorem mortis,
quem legis seueritas iniiciebat, & maleficiorû
conscientiam, quæ animos exedebat, ex huius
montis finibus expellet, & exterminabit. Om-
nes igitur, qui in hunc locum congregati
fuerint, hoc est, qui eiusdem fidei vinculo in-
ter se deuincti; pietatis sanctissimam socie-
tatem inierint, cupiditatis dominatu, & le-
gis metu liberati, non rerum cœlestium ob-

6 Et fa-
ciet dom-
inum exer-
cituum
omnibus
populis.

7 Et præ-
cipitabit.

3 Super
hoc lauda-
bit te po-
pulus for-
tis.

4 Quia sa-
uus es
fortitudo
pauperi.

Obscuras imagines, sed ipsius clementiæ diuine amplissima munera puris animis intuebuntur. Nihil enim relinquetur, quod aspectum adimat, & humanæ mentis aciem à contemplatione diuinæ lucis abducatur. 8 Cùm igitur dominus, & cupiditatem refecauerit, & peccatum, quod ex ea oriebatur, extinxerit, & legem, quæ poenâ capitis proponebat, antiquauerit, quod consequens est, singulari ratione perficiet, ut mortè postremò extinguat, & deleat. Nec enim peccatum in pijs hominibus residet, quod sit morte vindicandum, neque lex extremo supplicio nocentes afficiet, cùm nullus futurus sit in hoc monte, qui cuiquam noceat. Quod quàm multò clariùs, & magnificentius sint pijs post totius orbis interitum adepturi, cùm omnem mortalium naturæ conditionem, & imbecillitatem reiecerint; tamè iam in terris quodammodo post Ierosolymæ exitium innumerabilis omnium multitudo immortalitatis munere perfruetur. Erit enim semper ex illa sempiterna vita, qui Dei spiritu continetur, ita colligata, ut nunquam ab ea, quamdiu in germana fide permanferit, diuelli, atque distrahi possit. Non igitur pios homines dolor attinget, non in lugubri lamentatione versabuntur, non denique ea, quæ mortalem naturam consequuntur, eorum statum corrumpent. Absterget enim Dominus lacrymas acerbissimi doloris indices ab eorum oculis, & gemitum atque luctum comprimet, ignominiamque repellet, eosq; singulari gaudio cumulabit, & in conspectu omnium populorum munerum suorum amplitudine, & magnificentia cohonestabit. Hoc enim futurum

Et auferet dominus Deus lacrymâ.

CAP. XXV. LIBER SECVNDVS. 81
dominus ipse confirmauit. Quocirca minimè est de tanto promisso dubitandum. 9 Tunc autem hic populus Dei donis, atq; muneribus illius ornatisimus in hanc sententiam loquitur: Ecce Deus meus, in quo fiduciam omnium rerum mearum collocaui, nec me spes mea fefellit: salutem namque meam dominus ipse constituit. Hic est ille summus dominus, in quo totam spem salutis meæ reposui, summorumque gaudiorum materiam sum illius munere consecutus. Gaudium igitur exultabo, maximamque lætitiâ ex salute, quam mihi attulit, mente percipiam. 10 Dominus enim proteget præfenti auxilio montem hunc, in eoq; firmissima præsidia disponet, opusq; suum, quod in suorum iustitia, atq; pace constituenda positum est, absoluet, & hostium opes, quasi proiectam in sterquilinum paleam conteret, atque consumet. 11 Et quemadmodum is, qui natat, non negligenter, & otiosè natandi munus exequitur; cùm in eo vitam suam agi conspiciat, sed in illud totus incumbit, utramque manum versat, & agit, usque eò dum terram attingat; sic dominus quasi de salute sua dimicet, maximo pugnandi studio in medijs hostibus ita versabitur, ut manu dextera, læuâque cædat, fundat, fugetque, nec à pugnandi ardore requiescat, donec eorum ferociam de statu deiciat, & malitiosam audaciam cõtundat, & frangat, & de eorum fraudibus & immanitate perfectâ victoriâ consequatur. Nō opibus nostris, ô hostis sempiternæ, nō opibus nostris concides. Nec enim nos ipsi per nos tuæ ferocitatis impetum sustinere possumus. Sed ipse dominus pro nobis pugnam capefcet,


pesct, ipse tecum signis collatis congregietur, vires, & potentiam tuam euertet, atque superbiam tuam comprimet, ipse fraudes, & insidias tuas etiam eludet, 12 munitiõesque tuas, & altissimos muros expugnabit, & diruet, in terramq; prosternet, nec quidquam de contentione remittet, donec omnia superbix propugnacula in puluerem redigantur.

1 CAP. XXVI.

1 E O verò tempore, quo, deuictis hostibus, & pace, & otio constituto, fidelium cœtus maiore quodam studio rebus diuinis operam dabit, carmen in hanc sententiam modulabitur, quo gratissimis animis de domini gloria canat, pietatisque sanctissima vota persoluat. Dicit igitur: Hæc ciuitas in quam adscripti sumus, tã firmo præsidio munita, vt nullis hostium viribus, & machinis conuelli, aut aliqua ex parte la befactari possit. Ipse namq; Dei filius, cuius clementia omnis nostra salus innitur, urbem nostram cinxit muris, & firmissimis nos propugnaculis omni ex parte muniuit. 2 Non erit hic locus angustus, nõ certo ciuium numero circumscrip- tus, non vni tantum generi hominum ad habitandum designatus. Nemo enim erit iure huius sanctissimæ ciuitatis exclusus, dummodo pietatem vnice colat, & Deum castissimo cultu veneretur; vos igitur, o rectores, & principes amplissimæ ciuitatis, neminem excludatis, portas omnib. aperite, omnes in ciuitate recipite, qui cum iustitia vixerint, & fidem singulari studio conseruauerint. 3 Ne tamen sit quisquam in ciuitate, qui in tantis muneribus insolescat, ne cum omnibus ornamentis, atq; præsidijs redundauerit, efferatur, eaque meritis suis adscribat,

Vrbs fortitudinis nostra.

Aperite portas.



ne simul omnia propter hanc inconsideratam temeritatem de manibus elabantur; sepe numero de nostræ naturæ imbecillitate cogitemus. Sumus enim naturâ fragiles, & imbecilli, infinitisque malis in singulas horas obnoxij. Hoc igitur vas fictile, hæc natura fragilis, & caduca tantisper pacem, quam illi dedisti, & ornamenta diuina retinebit, dum tibi coniuncta fuerit, quippè quæ non sibi confidat, sed tuis tantum opibus subnixæ caput extollat. 4 Quando igitur, o ciues, intelligere potestis omne vestræ salutis robur, atque firmamentum in fide inflammata consistere, summis viribus in illius studium incumbite, illam perpetuo retinete, omnem vestræ salutis, atque dignitatis rationem in DEI præsidio collocare. Est enim Dominus arx vitæ munitissima, firmissimumque eorum, qui se totos illi crediderint, in omni æternitate propugnaculum. 5 Contra verò, eos, qui summis opibus affluunt, nimiumque sibi præfidunt, & in potentia sua gloriantur, peruret repente Dominus, & de omni statu detorquebit, ciuitatesque munitissimas, & opibus, & imperio florentissimas excinet, in terramq; prosternet. 6 Homines igitur tenues, & abiecti, sibi que fragilitatis & inopiæ suæ conscij, in te omnem salutis sue ratione reponentes, opibusque tuis firmati, hostium incenia pedibus suis proterent, & conculcabunt. 7 Omnes mortales à via salutis aberrat, infinitisque erroribus implicatur, & quod magis, vt florentes atq; beati sint, totis viribus nituntur, eò se magis à via salutis abducunt, & in miseriam summam præcipitant: soli iusti rectam viam tenent, nec à beatæ vitæ semita in

4

5

7

Semita iustitiae est.

alterutram partem defleunt: sed summa quadam felicitate recto cursu progrediuntur. 8 Ad tuum namq; clementissime domine, imperiũ, & ductum se totos applicuerunt, tuo numine diriguntur, illorumq; viuendi rationes tuæ sapientię ponderibus examinantur. Ergo, dum viam iudiciorum tuorum tenemus, nec à femita, quam nobis spiritus tuus monstrat, declinamus, summa quadam spe, atque fiducia tuæ benignitatis erigimur; non tamen ita, vt aliquid meritis nostris adscribamus: sed fiducia tui sanctissimi nominis, quod magnitudine tuæ erga nos benignitatis illustratur, & fœderis tui sanctissimi religione, quod continet sempiternum clementię tuæ monumentum, ad certissimam spem immortalitatis rapimur, desiderioque tuę gratię, atque benignitatis incēdimur. 9 Nam nocte quidem ad tui cupiditatē vehementer exarsi, cum primũ diluxit, te vestigijs persequutus sum, nec te extra me, sed intra pectus meum diluculo quęsiui, te vnũ mens mea votis omnibus experiuit, atq; de te noctes, & dies cogitauit, ex quo fuit maximos, & vberrimos fructus consecuta. Nam vbi primũ in terra fuerint nota iudicia tua, illud autē præcipuè, quo immanem tyrannum percussisti, & abiicisti, atque de omni statu suo deiicisti, terræ cultores, qui fuerant sceleribus astricti, flagitijſque omnibus maculati, ad te subito conuersi, summo studio iustitię disciplinam percipient, omniãque officia vitæ ad tuæ sanctissimę legis normam dirigent, & sic tandem statum florentissimum, atque beatissimum consequentur. Omnes siquidem opes, omnis dignitas, & amplitudo, & ani-

9 Anima mea desiderauit te nocte.

Cum feceris iudicia in terra.

& animorum tranquillitas, omnis vitæ iucunditas in amplissimo iustitię fructu consistit. 10. O miseris, & ærumnosos impios, qui tantis se bonis defraudant, & cum dominus illos etiã ad dona sua perfruenda clementer inuitet, inuitantis domini beneficentiam aspernantur, nec acceptis beneficijs ad iustitię cultum alliciuntur. Non enim vult homo nefarius colere iustitię disciplinam, & quamuis ante oculos illustrē atque directam viam habeat, ipse tamen eam sponte sua deserit, atque transuersis itineribus, & infinitis iniquitatis, & iniustitię tramitibus aberrat, nec eò peruenire potest, vbi domini magnificentiam cernat, & magnitudinem maiestatis, & glorię consideret. Erit enim illi aditus ad piorum regionem, & cœlestem ciuitatem, in qua luce sempiterna mentes beatę collustratur, interclusus. 11 Potestatis tuę quidem amplitudo, domine, numinisque tui sanctissimi magnitudo multis se admirandis signis, & operibus indicat, iudicięque tua, quibus & maximarum rerum fastigia deprimis, & infima frequenter ad summum gradum honoris, & dignitatis extollis, satis illustria sunt: ea tamen impij sceleribus obcæcati minimè contuentur, nec numine, & consilio tuo: sed fortunę temeritate omnia cecidisse putant: idē fit, vt nec de tua potētia cogitent, nec iudicia tua pertimescant. Sed aliquando tandem hostes tui altitudinem glorię, inuictique roboris tui magnitudinem cum magno suo malo cernere compellentur. Cum enim in iudicium vocati fuerint, in summi iudicis conspectu, omnia illorum facinora, & scelera cum summa dedecoris, & turpi-

Nō discerunt iustitiã facere.

11 Domine exaltetur manus tua.

Videant, & confundantur.

tudinis ignominia coram omnibus explicabuntur. Tunc igitur non modò terrore; sed etiam pudore cruciabuntur, & flagitiorum conscientia eos vehementer exagitat, & angore, & cruciatu nimis acerbo conficiet. Accedet aliud supplicium ad eorum animos lacerandos terribilissimum; invidia nempe, qua ex priorum hominũ splendore, & claritate miserabiliter estuabunt. Hæc enim eos assiduò cruciatu vexabit, hæc eorum animos exedet. Quid dicam de flammis vltimis, atque sempiternis, quibus sunt in sempiternum tempus cruciandi? ¹² Pacem nobis constitue, domine, quãdo opera etiam iustitiæ quæ facimus, è quibus pax iucunda, atque salutaris existit, tu ipse perficis, & absoluis. Quæ enim cum vera laude gerimus, tuo spirituo commoti, & impulsu, tu oq; numine gubernati gerimus; ut magis sint tua, quã nostra reputanda. ¹³ Multorum quidem impotentem dominatum persequimur, & cum tibi soli seruire deberemus, tamen alij quamplurimi seruale iugum nostris ceruicibus imposuerunt, intolerandaque tributa à nobis exegerunt: At nos superbum illum dominatum ex omni memoria penitus euulsum cupimus, tuumq; tantum imperium post hac memoriã continebimus, omniaq; studia nostra, omnes curas, & cogitationes ad gloriã nominis tui conferemus. ¹⁴ Mortui quidem qui sese à tuo spiritu, quo sempiterna vita continetur, nefariè seiunxerunt, & iam deleti atque sepulti sunt: minimè reuiuiscet, nec maximi quidem tyranni, qui potentia, & opibus multos mortales oppresserunt, & ab inferis excitari, & in pristinẽ dignitatis statum restitui poterunt,

12 Domine dabis pacem nobis.

13 Domine Deus noster posederunt nos domini absque te.

14 Mortui res non viuunt.

cum

cum sint à te propter eorum immanem importunamque vitæ rationem sempiterna morte damnati, illorumq; nomen obliuione sempiterna contriueris. ¹⁵ Gentis tuæ numerum, domine, gentis tuæ numerũ abs te mirabiliter auctum, & amplificatũ celestibus bonis egregiè cumulaſti, gloriã tuam illustraſti, clariſſimamq; illius lucem omnibus terræ finibus attuſiſti. Qui igitur ad te studio inflãmato conuenerint, te solum metuent, te solum amabunt, in te solo omnia vitæ præſidia collocabunt. ¹⁶ Cum autem eis, ut illos erudias, eorumq; fidem, ne otio languescat, exerceas, vulnus imposueris, & aliqua ærumna eorum vitã premi patieris, non ad hoc quirent, aut fidem fluxam & lubricam implorabunt: sed ad te confestim adibunt, & voce quidem summissa, sed animi summa contentione tibi supplicabunt, assiduissq; precibus à te quidquid ad eorum salutem commodum fuerit, impetrabunt. Multis enim incommotis sæpenuerò vitam nostrã circũueniri patieris, multa nobis pericula proponentur, multa hostiũ tela in corpora nostra frequẽter emittentur: non tamẽ ita ut à te in acie deferamur, & victi hostiũ importunitati succumbamus: sed ut semper decore, & multiplicatam gloriam reportemus. ¹⁷ Accidit tamen sæpenuerò, ut simus rerum angustijs propè vehementiũs, quã naturæ imbecillitate ferre, & sustinere possit, oppressi. Tunc igitur ut mulier prægnans, & iam ad pariendũ vicina, cũ doloribus summis cruciatur, exclamat; sic nos ardenti studio pietatis grauidi ad pariendum enitimus, & in conspectu tuo doloribus ma-

16 Domine in angustia tua quirent te.

17 Sicur qua concepit.

18 bus maximis intercludimur. 18 Cùm enim in vita multa nobis iniucunda contingant, tum nihil est quod nos adeo torqueat, atque perditorum hominum contumacia, & impudentia, quæ nobis impedimento est, quò minus verbo tuo liberos gignamus. Cõcepimus enim verbi tui semen, postquam maturum tempus aduenit, parturiuimus; frustra tamen multis in locis enitimur, ædereq; in lucem vitalem fœtum non possumus. Nõ enim cùm primùm cupimus, salutem terris hostium immanitate vexatis afferri conspicimus, nõ eos qui terrenis opibus penitus addicti sunt, nobisque fummis viribus aduersantur è statu suo deturbari, atque in terram prouolui cernimus. 19 In his tamen acerbitatibus nunquam nos ope tua destituis, sed cunctam nostris animis mœstitiam depellis, & si qua res asperior incidit, eam facilius spiritus tui iucunditate compensas: & cùm nobis quam plurima solatia præbes, tum illud, quod in firmissima spe immortalis vitæ consistit, tantum est, vt non modò à nobis cunctam molestiam dimoueat; verùm etiam animos nostros incredibili voluptate permulceat. Sic enim ais, & huiusmodi verbis nobis immortalitatem, diuinamque statum polliceris: Mortui tui uiuent, & quæ admodum ego cadauer meum infusa mihi virtute suscitabo, sic corpora uestra, eadem virtute mea, magna cum gloria reuiuiscunt. Veniet enim tempus, cùm mortui sepulchris inclusi audient vocem filij Dei, vt hi qui sanctè vixerint diuina gloria, æuo sempiterno perfruantur. Hac enim oratione eos in vitam reuocabo: expergiscimini, q̄ sepulti eratis, & lecti consistite, magnis ac

Non ceciderunt haestatores terra.

Expergiscimini qui iacubatis in puluere,

cla.

clationibus vobis ipsis mutuo gratulamini, Deoq; gratias immortales agite, qui tumulis obruti in puluere latuistis. Hac quidem voce tua, domine, mortui cõfestim, quasi de somno, excitabuntur, & luce clarissima vestiti, gloria sempiterna circumfluent. Spiritus enim tuus vitalis, atque salutaris, est instar roris, qui arescentibus herbis viriditatem, & amoenitatem restituit. Spiritu igitur tuo nos in vitam diuinis muneribus ornatam, & amplificatam reuocabis. tyrannorumq; statum in terram proijcies, perditorumq; hominum vitam delebis. 20 Tu quidem interim, inquit Dominus, o plebs mea, quæ te in fidem meam contulisti, si nõ ita festinanter, vt expetis, opus, quod designaui, perfectum videris: si non statim meorum gloriam illustrauero, hostesque meos concidero; nõ dilationem hanc molestè patiaris. Perfer, atque tolera, excita fidem, inuictum robur assume, intra mentis tuæ penetralia te collige, cubiculi tui fores occlude, animumque tuum spe certissima salutis futuræ confirma, atq; ibi dum colloquio meo perfrueris, tamdiu late, donec breues pœnas, & exiguas expetam de meorum flagitijs, & importunitatibus. vt his expurgati supplicijs, eos in amissum vitæ splendorem restitutam. 21 Iam enim cernes, quod ardentem ex-

21

dicij clarissima luce, suæ crudelitati, atque sceleris, quo in sanctorum hominum cæde bacchabatur, aliquod velum simulationis, & fictæ sanctitatis obtendere.

1 Illo verò tempore, quo in terris fuerit ad immortalitatem via munita; cum videlicet peccatum fuerit expiatum, & homines è durissimo feruituti iugo liberati, atque in libertatem, & amissa ornamenta Christi nostri liberatoris operà restituti, animaduertet Dominus in illam antiquam & truculentam belluam, quæ in hoc mari profundo, & infesto turbidos fluctus at-

Visitabit dominus super Leuiathan.

tollit; & hunc serpentem immanem, & tortuosum, qui vniuersum genus humanum opibus suis obsessum tenebat, & quasi vectis inductus exitum è tenebris obstruebat, gladio acuto, & magno, atque valido cõficiet, & reliquos serpentes illius satellites, & ministros ferro necabit. Erit enim iam tunc omnis Sathanæ potentia, cuius pestifera vis, mortiferumque venenum omnes homines interimerebat, & peccati durissimis vinculis alligabat, Christi virtute conuulsa; ita vt nihil illis nocere possit, qui sese cum Christo coniunxerint: Itaque tenebrarum princeps è terris exterminabitur, & gladio, quod est verbum Dei, vis illius extinguetur, atque delebitur. 2 Ergo tunc, ait Dominus, vinea mea, è cuius vuis optimum vinum exprimitur, non erit, vt olim, vastata vepribus, atque dumetis, sed lætos & vberes fructus effundet. Erunt enim omnia flagitia ex animis hominum euulsa, & pro sceleribus pristinis ex illorum præcordijs iustitiæ pampini pullulabunt. Laudibus igitur illam, o diuini viri, quã

2 In die illa vinea mea, è cuius vuis optimum vinum exprimitur, non erit, vt olim, vastata vepribus, atque dumetis, sed lætos & vberes fructus effundet.

3 Ego qui vineam quondam meam deserui, qui nubes, ne in eam imbres demitterent, continui, nunc eam summo studio custodiam, imbribusque gratiæ meæ frequenter effusis, illam secundam, & vberem efficiam; illam noctes, atque dies tuebor, ne rursus à custodia mea deserta syluescat, atque sentes effundat.

tum potestis ornate, quæ cultori suo non labrusca, sed vvas dulcissimas emittit. 3 Ego qui vineam quondam meam deserui, qui nubes, ne in eam imbres demitterent, continui, nunc eam summo studio custodiam, imbribusque gratiæ meæ frequenter effusis, illam secundam, & vberem efficiam; illam noctes, atque dies tuebor, ne rursus à custodia mea deserta syluescat, atque sentes effundat.

4 Iam non ero ita iratus, vt quondam, cum illi perniciem meditabar. Nec enim mirum est, si temporibus prisicis vineæ meæ perniciem intuli. Nam pro maturis vuis vepres, & spinas profundebat, quas ego odio acerboprosequor. Nunquam enim mihi cum illis, hoc est, cum flagitijs, & impuritatibus vilo pacto conueniet. Hoc igitur quasi voto, atque promisso teneor, vt cum illis perpetuò bellum geram, & vbi primum adoleuerint, omnem illum locum quem occupauerint, proteram pedibus, atque proculcem, & excitato flammarum incendio consumam. 5 Quoties igitur vepres, & spinæ pullauerint, in illas inflictis plagis animaduertam, & incendium rursus excitabo, vt illam rursus excolam, nisi prius illa vim, & seueritatem meam illata vi, atque virtute cohibeat, & conuersione salutari, atque pijs precibus meum numen ad gratiam inflectat, vt sic pacem mecum habeat; pax, inquam, salutaris, atque iucunda sit cum illa mihi sempiterno fœdere confirmata. 6 Vltimis temporibus altissimas radices ager Iacobi progenies, & florebit, atque frondescet Israel, illiusque fructus orbem terrarum complebit. Omnes siquidem nationes illius

disciplinis eruditæ Dei cognitionem percipiēt,
 7 & diuinorum munerum copia redundabunt. 7
 Nec enim est vsque adeo mihi hoc genus inui-
 sum, vt illud prorsus delere constituam. Nam,
 cum & patrum merita plurimum apud me va-
 leant, tum virtutes egregiæ, quæ tandem sunt
 ex stirpe illius excitandæ, faciunt, vt non eos
 funditus euertam. Num sic eos vulneraui, vt ij
 à quibus sunt euersi, & afflicti, à me vulnerati
 sunt? Num eos sic internecone deleui, vt illos
 qui ipsius Israël's opera numinis mei præsidio
 cæsi sunt? Non certè. Hostibus enim sic securim
 infixi, vt stirpem excinderem, & radices etiam
 euellerem. At cum Israël'em iudicio persecutus
 sum, stirpem atque memoriam conseruando,
 8 illius sanctę posteritati consului. 8 Profectò ire
 tuæ modum statuisti, domine, dum eos non in-
 ternecone, sed exilio multasti. Fuerunt illi
 quasi Euri vehementissimis flatibus agitati, &
 excussi, & eximia siccitate vastati, non tamen
 omninò consumpti. 9 Non est igitur eorum sa-
 lus omninò desperanda. Possunt enim sceleri-
 bus, quibus alligati sunt, faciliè solui, & opes
 amissas recuperare, & fructum iustitiæ illi, qui
 peccata delet offerre, si non solum sese à sceleri-
 bus, & flagitijs abstineant, verùm etiam omnia
 facinorum monumenta deleant, & ex hominũ
 memoria penitus exterminanda suscipiant.
 Cum igitur Deum infando scelere, quo diui-
 nos honores ad muta signa transtulerant, in se
 concitauerunt; admissum scelus expiabunt, &
 criminis deterrimi veniam impetrabunt, si pro-
 prij facinoris odio altaria demoliantur, & lapi-
 des conterant, atq; comminuant, neq; nefariam
 illam

9 Idcirco
 super hoc
 dimitte-
 retur ini-
 quitas la-
 cob.

illam religionem instaurent, qua lucos execran-
 da superstitione colebant, & simulacris cum in-
 signi furore, & amentia supplicabant. Ergo cū
 ardentes furore, & scelere maius aliquod faci-
 nus conciuerint, si scelus admissum ita detesta-
 ti fuerint, vt illius monumenta quasi calcis la-
 pides exurant; & comminuant, & omnem locũ
 in quo tantum scelus conflauerant, euertant, &
 ex admissio dedecore, & flagitio maximum do-
 lorem capiant, in pristinam Dei gratiam cum
 amplificatis donis, atque muneribus restitu-
 tur. 10 Quamdiu autem homines neq; piget, ne- 10
 que pudet impuritatis, atque flagitij, & in com-
 misso scelere obfirmatis animis perseuerant, e-
 runt pœnis grauibus, & asiduis exagitati. Ciui-
 tas enim muris egregiè munita, validissiq; præ-
 sidijs firmata in vastam solitudinem redigerur,
 imperij sedes, religionis, & pietatis ornamen-
 tum, iustitiæ domicilium tantis olim opibus
 extructum, desertum, & exinanitum relinque-
 tur. Ibi pascent vituli, & accubabunt armenta,
 & omnia virgulta passim carpendo consumēt.
 11 Rami penitus exarescent, & à sceminis con 11
 fracti colligentur, vt ex illis ignem faciãt. Erit
 enim illis pro frequentia, & celebritate solitũ-
 do, pro diuitiarum opulentia turpis egestas,
 pro iucũda amœnitate horribilis vastitas, pro
 summis opibus summa quædam imbecillitas.
 Nudi igitur, & inanes opibus, & ornamenti spo-
 liati, ab omnibus vexati, à Deo derelicti multo-
 rum immanitatem suo supplicio satiabunt.
 Nec enim populus hic in diuinis institutis, &
 legibus enutritus voluit de officio suo com-
 moneri, neq; quæ via tenenda esset intelligere:
 sed

sed obcæcatus flagitijs innumerabilibus ad ipsius disciplinam, quam auribus accipiebat obduruit. Ea autem de causa Deus, qui eos finxit & informauit, nullam clementiæ suæ opem illis attulit, nullam misericordiã in rebus euer-
 12 sis, & afflictis adhibuit. 12 Ergo cum Dominus hostes viribus feroces in reliquas nationes immiserit, & ab Euphrate vsq; ad Nilum omnia quâcunque aciem direxerint, populati fuerint, & gentibus excussis, & exinanitis, omnes eorû opes coaceruauerint, vos etiam, filij Israel, ab hoste singuli colligemini, in illiusquæ potestatem cum reliquis venietis. 13 Attamen postquã salutaris tuba signum dederit, & clangore hostibus metuendo classicum cecinerit, cœlestisquæ lux terris tyrannide mortis oppressis, oblata fuerit, tunc qui perierant, & dispersi atque dissipati varijs in locis ab hoste tenebris inclusi tenebantur; ad quorum videlicet aures, & animos clangor tubæ peruenerit, Christi beneficio liberati in patriam, hoc est, in iustitiæ possessionem, remeabunt. Deoque summo Ierofolymis in cœlesti monte litabunt, resquæ diuinas singulari cęremonia, atq; sanctitate perficient.

LIBER

LIBER TERTIVS.

PROOEMIUM.

Vidimus quã singulari ratione opus suum contexerit Isaias, & quomodo si egerit audaciã hominum impiorû, qui pœnas suis sceleribus debitas, non ad iudicij diuini sanctitatẽ sed ad humanarum rerû inconstantiam, fortunãq; temeritatẽ reuocabant, atq; Deum rerum humanarû procuratorum ne spoliant, asserentes omnia casu gubernari, nec esse meliore conditione, qui fidem, & officium colebant, quã qui ius, & fas omne debeant: Horum amentiã egregiè redargutam conspeximus, cum & argumentis probauit vir diuinus, & exemplis etiã quamplurimis confirmauit; nullum esse in terris imperium, quod diuina moderatione vacaret, illumq; vnum esse dominum, qui gentem humilem, & abiectam, opibus, & imperio florentem efficit, & qui summa imperia, cum id ratio iustitiæ postulat, extinguit, nec aliam esse causam euerfionis omniû Rerum publicarum, quã diuinũ iudicium, iniurijs, & iniquitatibus ad summum gradũ perductis acriter, & vehementer insensum. Hac autẽ ratione fieri, vt ad superbiam alicuius imperiosi populi summis iam sceleribus astricti deprimendam, aliam gentẽ, apud quam vigeant adhuc officij mediocris studia, nec sit ita vel opibus arrogantius elata, vel nefarijs voluptatibus intemperantijs abusa, à paruis fundamentis excitet ad summum rerum fastigium, eamquæ ad alterius imperij euerfionem summis opibus augeat, omnibusquæ dignitatis ornamentis amplificet.

Hac

Hac ratione & Assyriorum imperium extinctum est, & Babyloniorum opes deletæ sunt, & Græcorum nomen, atque decus obscuratum euauit: Romani uero splendoris, & antiquæ potentie uix tenuè quoddam in terris vestigium relictum. Sic etiam minora imperia conciderunt: & omnes denique Respub. quæ uel externis bellis afflictæ, uel intestinis seditionibus laceratæ tandem corrûere: propter scelera infanda, quæ commiserant, diuino iudicio funditus euersæ, atque sublatæ sunt. Sic etiam, quæ nunc florent, extinguentur, cum primùm uel earum flagitia cumulata fuerint, uel minus absoluerint, cuius efficiendi gratia, fuerunt ad certum aliquod tempus reseruata. Constat enim imperia malis artibus comparata, interdum diuino consilio tolerari ad alicuius gentis euerfionem, & publicæ intemperantiæ, flagitijs, & impuritatibus supplicium. Ne talia causa fuit, cur non Assyrius multo antè corruerit, quàm ut tanquam tortor, & carnifex, multis nocentibus uitam, & fortunam eriperet. Sic Nabuchodonosor, ut pœnas à sceleratis exigeret ad summam opem effectus fuit. Quid uel Medos, uel Persas, uel Arabes, uel Turcas, uel alias gentes commemorem: quæ, quamuis essent sceleribus infames, summam tamen opem adepti sunt, ut alias gentes omni iam scelere contaminatas uerterent? Non inscitè igitur Athila Hunnorum Rex, cum omnia, quacumque impetum ferret, ferro, flammaque vastaret, atque in omnem sexum immanissima cæde grassaretur, se Dei flagellum nominabat. Quæ etiam multo recentior fama de Thamerlano prodita, qui se non hominem: sed diuinam uindictam, peruenit acerrimè de sceleribus hominum repetentem, aff-

rebat. Quare stultum arbitratur, ut à se quisquam humanitatem requireret: cum eam iam pridem ad minus suum diligenter exequendum penitus exisset, Vnde de colligitur, nullum unquam imperium absq; diuino consilio in terris extitisse: nullam gentem unquam absq; diuino iudicio opibus, & imperio spoliatam fuisse; cum omnes Respub. quæ deletæ sunt, propter scelera in Deum commissa, & iniurias hominibus illatas, de statu suo conciderint. Imperitè igitur faciunt, qui alias causas ruinarum enumerando recensent. Nam uel artes bellicas apud iuuentutem obsoletas, uel imperatoriam disciplinam à principibus neglectam, uel Remp. diuinitus discordijs vexatam, & attritam fuisse, dicunt: uel denique, tantas hostium vires extitisse, ut ipsi obsistere non possent. Nam omnia hæc, ut Isaias apertè demonstrat, sunt ad Dei iudicium referenda: quo, propter hominum scelus, & iniquitatem: & iuuentutem animi uiribus, & principes ratione et consilio spoliat: totamque Remp. seditione lacerari, atque confici permittit: & ad illius tandem exitium hostes immanes armis inuictis instruit, & magnis opibus auget, & uirtutis robore munit, & bellandi pericia confirmat. Illi igitur, qui hac una causa cõmunis exitij prætermissa, alias afferunt; similiter mihi facere uidentur, atque si quis diceret, hominem rei capitalis damnatum, idè securi percussum fuisse, quia nec potuisset è licitorum manibus elabi, nec vinculis expediri, nec quò minus causam diceret recusare, nec iudicis sapientiã se audire, & dolis eludere, nec denique, carnificis manus effugere, & inflata securis ictum declinare. Nec enim fieri potuisse, ut unus homo solus Reipublica uniuersa resisteret. Sed qui

nec ineptus, nec nimium loquax esse vellet, vnicō verbo querenti de causa illius supplicij satisfaceret, dicens hominem illum fraudem capitalē admisisse, propter quam necesse fuisse, vt de illo supplicium, more maiorum, sumeretur. Vna enim causa est interitus omnium Rerumpub. vnum gentium, atq; populorum exitium & fumus, vna pestis atq; perniciēs, qua omnes opes humana dissipata, & cōmutata sunt, qua impietate & iniustitia continetur: & qui alias assert: non veras causas: sed effectus, atq; scelerum pœnas & supplicia, oratione complectitur. Hunc igitur errorem vt tollat Isaias; multarum nationum ruinam, & occasum & interitum, multo antè prædicit; & veras causas exitij communis exponit: vt cum homines intellexerint, quid tãdem sit illud, quod communibus rebus calamitatem inuehat: Dei numen exhorreant, & vna pietate, atq; iustitia, è qua reliquæ omnes virtutes exoriuntur, Reip. disciplinam sancendam existiment. Redit igitur rursus ad infestationem Samariae, & Ierosolymam impietatis accusat: & omnem causam ruinae, qua Iudæorum res euerse sunt, ad eorum scelestissimum facinus referendã demonstrat: quod vt planius faciat, ostendit interdum quàm florens atq; beata fuerit Ierosolyma, quo tempore Rex aliquis pius imperium administrabat, vniuersam quæ Remp. in pietatis, & religionis officio continebat: vt facilius, quibus furij stimulentur eorum animi, qui Deum nõ metuumt, exponat. Sic autem in Samaria Principes asperis admodum verbis inuebitur.

1 O intolerandum superbiæ principatum, ò immoderatã ebrietatis in temperantiã, ò florẽ illũ dignitatis inanẽ, ò regiẽ maiestatis insignia capiti

capiti pinguisimæ telluris imposita; in quod, tanquam in vallem, omnes vitæ commoditates, & voluptates, & deliciae, quæ viros effœmiant, & virtutis neruos incidunt, defluerunt; quæ hominibus Samariam incolentibus, quasi multo vino confectis, mentem & rationem eripuerunt. 2 Ecce, dies illis acer & infestus, appropinquat: quo Dominus se vehementius incitabit, vt eos, quasi immodice imbribus multat grandine committis, & turbine, & tempestate, diruat & prosternat. 3 Hem, quod regiæ opes, quibus Samaria tumebas, reciderunt: Hem, quã subito luxus immodicus; per quem fuisti, tanquam multo vino, de mente & ratione, deducta; in summum moerorem, & luctum acerbissimum, conuersus est. Hostium enim pedibus proculcaberis, extremoq; dedecore & ignominia deformaberis, & in durissimam feruitem abduceris. 4 Tunc ille flos imperij, illud regni lumen, illud maiestatis ornamentum, ille superbiæ principatus; cuius fiducia Israël subnixus ambulabat, & quasi multo vino ebrius, de potestate mentis exierat; repente concidet, & extinguetur. Tanta namque alacritate in illam hostis inuadet; vt prima impressione eum prosternat, atque conficiat. Vt enim, cum aliquis ante messem in poma præcocia incidit, ea tanta auiditate corripit, vt continuo voret; sic hostis antequam postrema malorum mensis aduenet, in Samariam tanta prædandi cupiditate impetum faciet, vt illas tantas opes intra breuissimum tempus exhauriat. 5 Eo verò tempore, quo Samariæ opes conciderint, ordi-

2 Ecce & a
lidus, &
foris.

Quasi te
porancũ
ante ma-
turitatẽ
autians.

5 In illa
die erit

dominus mæque regnum consilij stabiliet, gloriamque
exercitu- illius illustrabit. 6 Nam & regem, & eos, qui re-
um coro- gij muneribus in iudicando funguntur, iusti-
na gloria tiæ disciplinis erudiet; ne vnquam, contrâ quâ
 6 fas est, sententiam vllam proferant; & eos, qui
 bellum administrant, animi singulari magnitu-
 dine, virtutisque robore, confirmabit; vt quo-
 ties fuerint cum hoste congressi, domum victo-
 riam reportent. 7 Felices quidem erunt, si in fi-
 7 *Verū hi* de, & religionæ permanserint, sed ad illos et-
quoq; Si- iam eadem sceleris contagio permanabit, eodē
no nescie- que furore inflammati cum illis miseris, quos
runt. viderint acerbissimis scelerum pœnis vexatos,
 societatem scelestissimæ facinoris inibunt; eo-
 dem vino confecti, & languidi, iacebunt; eadē
 intemperantia, mentem atque sensus am-
 mittent. Sacerdotes etiam, qui reliquorum li-
 bidines, exemplo continentia, & seueritate di-
 scipulinæ, frangere debuissent; in eandem vino-
 lentiam incident. Prophetæ, quorum officium,
 si verè hoc nomen vsurpant, erat, reliquos
 ab ebrietate deterrere, sese similiter ingurgita-
 bunt, & multo vino meracius sumpto penitus
 obruentur. Nemo est igitur ex illis, qui ve-
 rum cernat; nemo, qui rectè iudicet; cum mens
 sit obscurata flagitijs, & animus impurissima
 libidine constrictus, & perturbationum ma-
 gnitudine à statu deiectus. 8 Crapula eos co-
 8 *Omnes* git in mensam vomere, neque in eorum tur-
enim mē pissimo confessu locus vllus purus à fordi-
sa reple- um foeditate relinquetur. Eadem ipsa loca, in
ta sunt quibus maiora continentia documenta statue-
Somitu. re debuissent, omnium flagitiorum impurita-
 9 *Què do* te contaminabunt. 9 Cum igitur Dominus sese
 ad do-

ad docendum dederit, quis tandem se præbebit
 docilem ad illius disciplinam? Cum enim ciui-
 tas vniuersa principum exemplo corrupta fue-
 rit, & diuturna peccandi consuetudine omni-
 bus institutis diuinæ legis contraria, & inimi-
 ca; quis tandem erit, quem Dominus institu-
 endum & erudiendum suscipiat? Is certè, qui
 modò fuit ab vberibus matris auulsus, qui
 nondum per ætatem vsque ad eodē improbus es-
 se potuit; quem nõdū ciuitatis corrupte prauitas
 infecit. Hic igitur, siue ætate, siue morū sim-
 plicitate, puer extiterit; est primùm molliori-
 bus institutis, quasi quodam lacte, legis, alèdus
 atque nutriendus, disciplinisque puerilibus im-
 buendus, atque paulatim informandus; donec
 ad eam ætatis maturitatem perueniat, in quâ
 possit grauiores cibos concoquere, & animi vi-
 ribus atque robore, confirmari. Monstrum nâ-
 que est, atque portentum, vt idem semper puer
 sit; nec aliquando cibus sustentetur, quibus viri
 ad reficiendas vires vtuntur; sed semper lacte nu-
 triatur, & perpetuò nutricis vberibus adhære-
 scat. Cum igitur plerique homines flagitijs om-
 nibus cooperti sint; fieri non possit, vt animus
 vitiorum spinis obfusus, semen in se diuini ver-
 bi concipiat; pueri infantes, sunt à teneris annis
 in legis disciplina nutriendi; ijque leuiora præ-
 cepta, quæ magis sunt obiecta sensibus, accom-
 modanda: qualia sunt ea, quæ sacrorum reli-
 gione, quæ cæremonijs, & sacrificijs, iustitiæ splê-
 dorem adumbrant, & imaginibus quibusdam
 præteriti beneficij memoriam repræsentant, &
 animos ad futuri firmissimam spem vocant,
 & ad Christi cognitionem paulatim erudiunt.

cebit sci-
entiam?

10 *Mada
remada.*

10 Agite nunc, iam huius discipline fructum aliquando videamus. Præceptum cum præcepto connectitur; puerilis institutio cum institutione. ne puerili coniungitur; elementorum ordo atque series, cum elementorum serie copulatur; magnificus ille docendi, & instruendi apparatus ingentem expectationem concitat; ipsique doctores, magnam quandam spem ex disciplina futuræ utilitatis ostendunt: nos interim spe pendemus, atque promissum frequenter efflagitamus: Illi tamen diem proferunt, & interim ætas & vita consumitur, & spes concepta penitus euanescit. 11 Hanc enim rationem Dominus huius rudis & hebetis populi docendi, & instruendi, suscepit; ut se hominum sensibus accommodaret; & sermonem non vitatum sibi, sed à rebus diuinis alienum, atque peregrinum, qui tandem ab eodem populo intelligi posset, vsurparet; atque quasi cum puero infante balbutiret. Ea igitur de causa circuncisionem sanxit; ut de circuncisione mentis, quæ in fidei sanctitate consistit, admoneret: idè sacra instituit; ut animos ad cogitationem cœlestis numinis excitaret: idè sanguine sibi litare præcepit; ut doceret humanum scelus, esse tandem effusione sanctissimi sanguinis expiandum: idè legem ad homines inter se deuinciendos tulit; ut significaret, omnem legis summam esse ad clementiam, & benignitatem, & mutuam hominum inter homines caritatem, referendam. 12 Ipse itaque legis lator, legis mentem, & sententiam aperit: atque demonstrat; perfectionem, illius benignitate, & hominum caritate, contineri. Sic enim dixit eis:

11 *In lo-
quela e-
nim labij
& lingua
altera lo-
quetur
ad popu-
lum istu.*

12 *Cui di-
xit hoc est
requies
mea.*

Si vul-

Si vultis iustitiam, quam sibi lex proponit, obtinere; si vultis mihi cumulatè satisfacere; & animi pace, atque iucunda tranquillitate, potiri? iacentes erigite, afflictos excitate, misericordiam supplicibus adhibete, tota mente in studium humanitatis incumbite. Et tamen, audire noluerunt. Cùm igitur in iustitiæ umbris & imaginibus occupati sint ipsam solidam, & expressam iustitiæ rationem, aspernantur. 13 Ergo tantum abfuit; ut ij etiam, qui à teneris, ut ita dicam, annis, in legis disciplina nutriti sunt; ea solidum fructum perciperent; ut potius, lex sit illis maiorem vim calamitatis allatura. Nec enim idem valet crimen in eo, qui nullis disciplinis fuit ad officium eruditus; quod in illo, qui tantam operam, tantumque studium in diuina lege, sine fructu, consumpsit. Illa igitur præcepti cum præcepto connexio, illa puerilis institutionis cum puerili institutione copulatio, illa ordinis in elementis perdiscendis obseruati ad similem ordinem elementorum adiunctio, illa denique dilatio, atque procrastinatio, dirum illis exitum importabit. Ruent enim in tenebris, & offendent, & retrorsum labentur, & concident, & se in laqueos induent, & irretiti, & alligati capientur. Cùm igitur illi, etiam qui ab vberibus auulsi, sese ad studium legis applicare videbantur, Domini disciplinam aspernati sint; relinquitur, neminem iam esse, qui, in ciuitate corrupta & contaminata, vitam suam disciplinæ cœlestis præsidio muniendam existimet. 14 Ab hac igitur spe depulsi; salutis præsidium à nefaria superstitione, à vi, à fraudibus, à calumnia, ab im-

13 *Erit e-
is verbu
domini
manda,
remada.*

piorum Regum amicitijs, sibi petendum arbitrantur ij, qui plurimum in ciuitate possunt; & tunc opes egregiè stabilitas esse credunt, cum eas vident esse pessimas artibus, & calliditate, munitas. Interim verò probitatem, & animi simplicitatem, irrident, iustitiæque operam nauare summam dementiam esse statuunt: & cum in malitia omnem sapientiam sitam esse putent, astutiæque nomine gloriantur; eos despiciunt, atque contemnunt, qui omnia vitæ studia conferunt ad officiorum religionem, & sanctitatem. Audite igitur, viri, qui probitatem irridetis, atque contemnitis; & ingenij acumine & calliditate subnixi, magnas vobis opes comparastis, imperiumque nunc Ierosolymis obtinetis: audite, inquam, non me; sed ipsum Dominum loquentem, vobisque funestum exitium minitantem. Sic enim ait: 15 Quando consilium sceleris, & amentiae plenissimum suscepistis, vt opes vestras perfidia, & improbitate firmaretis, & hac ratione foedus cum morte percussistis, & cum inferiorum manium plaga societatem coiuistis, omnesque vestras fortunas harum furiarum praesidio praclare tetatas esse credidistis: dixistis enim futurum, vt, cum aliqua Reipub. calamitas incidisset, ea vos minimè contingeret, eod, qd effectis omni ex parte ad omnes castus humanos egregiè scelere, atque prodicione muniti. 16 Quando igitur tantus vos furor exagitat, vt in scelere firmum salutis, atque fortunarum praesidium collocetis, intelligite tandem quanta suppliciorum omnium tempestas vobis impendat. Munitissimum quidem vitæ praesidium, inuictum dignitatis,

& glo-

& gloriae propugnaculum, firmum, stabile, atque sempiternum florentis, atque beatæ reipub. fundamentum, aliud esse non potest, quam id, quod ego ad vniuersi generis humani salutem à sempiterno tempore designaui. Lapidem namque probatissimum, & pretiosissimum in fundamento aedificij, quod in Syone caelesti aedificare cogito, atque ad eò in angulo, qui vtrūque parietem connectat, & deuinciat, colloca- bo. Hic summus atque clarissimus lapis totum aedificium domus meae sustinebit, roboreque sem- piterno confirmabit, vsque ad eò, vt quamuis omnes vndique in eam tempestatas erumpant, & saui turbines existant, & flumina maximis imbribus aucta, in eam incurrant, nunquam statu suo couelli, aut aliqua ex parte labare possit. Qui igitur vitæ securitatem expetit, in hoc vno lapide omnia praesidia constituat, adeoque fide illius innitatur; vt nunquam in rebus aduersis tumultuetur: nūquam metu trepidet: nunquam huc, & illuc sollicitè discurret: sed animo quieto, atque tranquillo diuinum auxilium expectet. Nunquam enim spes eum fallat, qui summa fide regis huius, quem lapidem propter diuinæ virtutis constantiam nomino, corroboratus extiterit. 17 Illius namque operam 17 Et po- ordinem Reip. florentissimæ collocabo, perficiamque, vt & iudicia ad exactissimam legis semper *nam in pondere,* ternæ normam dirigatur, & omnia iustitiæ munera ad praescepta sanctissima perpendantur. Omnes igitur tunc, qui in eam ciuiatem adscripti fuerint, & iustitiæ muneribus meam gratiam obtinuerint, mecumque deuincti sanctitate sempiterni foederis extiterint: erunt praesidio meo

*Propter
hoc audi-
te verbū
Domini*

testi, nec vllum in vita malum formidabunt:
 At vos, qui fidei, stultitiæ nomen imponitis, &
Est subuer pietatem irridetis, funditüs interibitis. *set gran-* Vestra
do spem namque arcem ex inanitatis, & mendacij fun-
mendacij damentis excitatam, illud vestrum propugna-
 culum vanitate stabilitum irruens procella cū
 grandine peruertet, & præcipitans impellet, at-
 que projiciet. 18 Tunc scædus, quod cum morte
18 Delebitur percussistis, irritum fiet: tunc pactio cum Tar-
scædus tarea regione firmata dissoluetur. Nullā enim
Vestrum vobis opem afferet vestræ calliditates: nullum
quæ morte. fructum ex malitia, & improbitate vestra ca-
 pietis. Tunc inuecta calamitas vos, non solum
 continget; verüm etiam proteret, & conculca-
 bit. 19 Cùm enim, quasi torrens impetu turbu-
 lento ad vestras sedes peruaserit, rapiet vos om-
 nes, in sempiternamque miseriam detrudet. Festinan-
 ter enim, & cum incredibili celeritate perua-
 det, nec nocte, nec die suum impetum remittet; & tum demum, cùm vexati, & afflicti fueritis, quantus vos olim furor oppresserit, intelligeris. Inspientes enim non nisi postquam in ipsis malis sunt, pericula, in quibus
 20 versabantur, agnoscunt. 20 Itaq; breuì grauis-
 simas pœnas homines perditissimi elationis, et
 impudentiæ luent. Tanta namque belli pestife-
 ri tempestas impendet, vt ijetiam, qui meo præ-
 sidio muniti fuerint, in magnas angustias compellantur, ne possint eos, quos volent, secum in easdem munitiones recipere, aut illis, quibus
Coangu- necem afferri confpexerint, opitulari. Angu-
statum stus erit enim locus: angustum corporis integu-
enim stra mentum, ne quid ad eos operiendos, qui extra
terre. priorum hominum cubilia relinquuntur, redū-
 dare

dare possit. Soli namq; qui fidem sanctā habue-
 rint, conseruabuntur, reliqui omnes scædè pe-
 ribunt. 21 Vt enim Dominus in monte Percim *21 Sicus enim in monte dei uisum*
 ingentem Palæstinorum numerum dissipauit, vt quondam in valle Gabaon Amorrhæos nō tantum suorum armis: sed etiam procella, gran-
 dine, totiüsque cœli fragore conterruit, ingentemque multitudinem cecidit: sic nunc contra eos, quos olim protegebat, numen suum excita-
 bit, Israëlẽmq; dira quadam plaga conficiet. Mi-
 rum itaque & insolitum, & ab inuita illius clemētia prorsus alienum opus efficiet, cum Isræ-
 lis impietate, & scelere lacepsitus, illum eadem suppliciorum acerbitate persequetur, quā fuerat antea gentes feras, & immanes, infandisque sceleribus alligatas, eiusdem Isrælis gratia persecutus. 22 Nunc igitur qui faceti esse vultis, & 22
 insulsissima dicacitate Dei verbis illūditi, prouidete, ne risus hic vester multas vobis lacrymas afferat, corporaq; vestra multò arctiorib. vinculis astringat. Non enim incerta opinio-
 ne ducor: non inani augurio commoueor: non denique coniecturam ex humanis euentis can-
 pio: sed quod ab ipso Deo, qui nec falli, nec fallere quemquam potest, accepi, hoc vobis aperte testificor, prædico, moneo, multò antè denū-
 cio, esse iam immutabili Dei sententia decretū, & constitutum, vt omnibus terris exitium, & vastitas inferatur. Iam enim scelus est insigni contumacia, & impudentia cumlatum, tantisq; accessionibus amplificatum, vt vix quidquam possit ad grauitatem illius adiungi. Non enim solum DEI imperium aspernantur; verüm etiam illius prædicta contempnunt, &
 10.

Alienum opus eius.

Consumationem enim, & abbreviationem audis.

iocis sceleris, & audaciæ plenissimis numen in se prouocant, & incendunt. Sic enim perditissimi homines loquuntur, & huiusmodi verbis diuinorum hominum studium in illis à scelerè deterrendis positum irrident. Næ isti haud sciunt se surdis cantilenam canere, qui tantam operam in eisdem verbis inculcandis temerè, atque sine vlllo fructu consumunt. Iam enim hæc fabula satis decantata est; iam satis peruulgatæ istæ dirarum obnuntiationes olim etiam fuerunt à maioribus nostris irrissæ. Verborum monstris, atque portentis volunt nos homines amentissimi à vitæ commodis auocare, & ab omnibus naturæ blandimentis abducere, vt eam vitæ asperitatem, quam ipsi propter animi stultitiam secuti sunt, nos etiam simili errore comprobem: ne opes, et voluptates; sed nescio quas virtutes, & officia consecemur. Nunquam igitur finem faciunt plebis deterrendæ: dirum exitium denunciant: pœnas grauissimas nimis atrociter minitantur assiduis querimonijs, atque ploratibus nostras aures obtundunt: breuè totius Ierosolymæ ruinam, & interitum fore prædicunt: nec aliud isti noctes, & dies faciunt, quàm instare hominibus, & vrgere plebem, & principum in se offensionem concitare, neque tamen quidquam proficiunt. Nam nec homines illorum iurgijs ineptissimis commutatur, nec illorum minæ exitum vllum reperiunt. Quàm multis sæculis hæc eadem ab eisdem prædicuntur; & tamen ciuitas in suo statu manet, & nos opibus summis affluimus, & illi cum sua sapientia in summa mendicitate versantur? Sint igitur diuini quantum volent, nunquam præmonendi

nendi finem faciant, dum dies ille, quem horribilem, & calamitosum fore prænucciant, nunquam aduentet, & nos interim cum vitæ iucunditatibus oblectemur. Si enim Deus tam nobis infensus esset, quàm illi prædicant; cur nobis vsuram vllam vitæ, florentisque fortunæ concederet? Cur nõ statim in nos, vbi primum delinquimus, fulmina sua contorqueret? Quænam tanta illa vis est, quæ illum ab inferendo exitio remoretur? Quis illum hoc extremum supplicium, quod aiunt esse Reip. vniuersæ constitutum differre, atque procrastinare compellit? Eiusmodi sermonibus impurissimis homines perditissimi Dei numen in se concitant. 23 O amentiam detestandam hominum, qui propter supplicij dilationem existimant esse se sempiternam flagitiorum libertatem, atque licentiã consecutos, neque intelligunt, quanta sapientia Deus rerũ omnium vicissitudines moderetur, & temporũ omnium momenta perpédât. Animũ quæso diligenter aduertite, orationemque meam attentissima consideratione percipite. 24 Num agricola perpetuò terram arat, atque subigit an nõ potius temporũ oportunitates expectat? Nonne eo solum tempore terram vertit, quo tempore videt id esse commodissimum? 25 Nõ tamen in omnibus seminibus terræ committendis, eandem diligentiam adhibebit. Quædam enim mediocrem culturam requirunt, quædam verò non nisi magno labore, & industria proueniunt. Viciam namque, & Cyminum, & eiusmodi minutas fruges, vbi solum vno aratro perstrinxerit, & deocauerit, summamque telurem complanauerit, continuò sparget. At frummen-

23

24. Auri-
bus percipite, & audite
25. cem me-
am.

25

mentum, & hordeum, & reliquæ fruges maiore quodam labore, & industria quæruntur. Primum enim agri natura diligenter animadvertenda est. Nec enim omnia semina omnibus terris committenda sunt: Deinde multò diligentius est aranda tellus, & subigenda, atque ad semen concipiendum iterum, atque tertio mollienda. Postremo, feminis etiam mensura confideranda, ne vel densius, vel rarius, quàm agri modus, atque ratio flagitat, spargatur. 26 Nec enim agri colendi rationem temeritas, atque fortuna gubernat: sed arte quadam, & disciplina continetur, qua nos Dominus instruxit. Ipse namque signa constituit, & temporum opportunitates demonstravit, omnibusque rebus ad terræ cultum erudiuit. Quod quidem magnum argumentum est, eum, qui rebus omnibus ordinem præscripsit, ordine cuncta moderari. 27 At cum post messem leguminum, atque frugum, manipuli in aream deportantur, & congeruntur, num in feminibus excutiendis, eadem opera nauatur? Num perpetuò in illis conterendis opera agrorum consumitur? non certè. Nec enim vitia aut cyminum tribulam, atque traham in orbem conuersam requirit, cum eiusmodi semina baculo tantum decussa facillimè ab arida caule secernantur. 28 At frumentum, ut à culmo, & arista seiungatur, maiorem laborem flagitat, multisque instrumentis rusticis indiget, ut optimè purgari, & in horreo recondi possit. Sed quæro, num agricola perpetuò in area fruges conteret? minimè quidem. Periculum enim est, ne dum supra modum paleam comminuit, etiam triticum ipsum conterendo

con-

conficiat. Nec ego quidem, inquit dominus, cum iudicio meo scelerum poenas persequor, & falcem in vniuersum populum mitto, ut tanquam in area fruges comminuam, & ventilabro paleas, hoc est, improbos, & sceleratos à iustis fecernam, ut improbos supplicij excruciem, bonos verò præmijs afficiam, perpetuò in demoliendis improbis perseverabo: sed iræ meæ modum statuam, ne si calamitas ultra modum progressa fuerit, dum poenas ab improbis exigo, etiam probos, ad quorum gloriam omnia opera mea conferuntur, in eandem calamitatem traham. 29 Hac autem elegantissima similitudine sumpta ab agriculturæ ratione, atque disciplina, ponit Deus ante oculos sapientiæ suæ moderationem, qua iudicium suum ad opportuna tempora referuat, & secundum sementis factæ rationem messis etiam rationem moderatur. Tunc enim sementem facit, cum legem suam sancit, cum semen spiritus sui mandat animis, cum cœlesti disciplina humanas mentes, quasi rore quodam, lætificat. Sed quemadmodum nullus agricola, nisi sine mente sit, semine in agrum vepribus, aut arbutis vestitum iacit: ita neque DEVS animos æternæ legis semine conferet, qui secundis rebus luxuriant, & opibus efferuntur, & flagitiorum soboles effundunt. Animus enim rebus prosperis inflatus, & temerè, & insolenter exultans, legis disciplinam aspernatur, atque repudiat.

Antequam igitur Dominus sementem disciplinæ suæ faciat, legemque suam in animis humanis conferat, eos primum multis laboribus exercet, atque quasi aratro proscindit, ut flagitia radicibus ex-

tra-

26 *Erudiet illi in industria Deo sum.*

trahat, & opiniones perniciosas euellat, & à cōfidentia rerum humanarum penitēs abducatur. Aliter enim nūquam modestia, in qua vna cōfistit omniū rerum publicarum firmamētum, retineri potuisset. Attamen quemadmodū non eadem cultura leguminib. quæ frugibus, maxime autem tritico seminando à colonis adhibetur: ita nec tantam olim operam Dominus in multis Rebus pub. quantam in vna conferuanda, & excolenda consumpsit. Nam penes illam fuerunt fidei semina conferuata, quæ maturo tempore erant in reliquas nationes distribuenda. Sic etiā singulis hominib. non idem fuit cultus adhibitus. In eis enim, quos maiorib. muneribus augeri voluit, sulcum, vt ita dicam, altius impressit, eorumq; vitam voluit esse pluribus à principio incommodis exercitam, vt tãquam nouale diligentius aratum, & oblimatum, lætiores & vberiores fruges efferret. Omnia igitur ad iustitiæ fructum retulit, & illius gratia commodum temporis exspectauit, & ordine cuncta, quæ ad rationem pertinebant, moderatus est. Sic etiam in iudicio, quod quidem est, quasi messis quædam, existimandum, in gentes tandem impias falcem mittit, & vt ad rationē disciplinæ reuocet, omnibus plerumque opib. quibus efferebantur, euertit. Sed nullam gētē modò tanta seueritate succidit, aut æquē dira plaga contudit, atque Hebræorum nationem. Ex ea namque non legumina, vel ad obsonium vel ad ciborum condimenta colligenda tuerāt: sed optimæ fruges ad vitam alendam, atque sustentandam percipiendæ. Et illæ quidem, quæ non tanta diligentia cultę fuerunt, non tantum

in

in se scelus admiserūt, quantū illa in cuius cultura nihil fuit à Deo prætermissum. Et ille postremo mediocri plaga percussæ, ad officij mediocritatem facillè reuocatur: at qui à sublimi iustitiæ gradu deciderunt, non nisi grauissimis iniusti doloribus ad pristinum statum reuertuntur. Vnde colligi poterat Ierolymæ exitium futurum fuisse omnium miserrimum, atque funestissimum; non tamen pij in communi calamitate vllum salutis, & gloriæ detrimentum facient. Imò supplicium, quod impuros homines torquebit, probos diuinis opib. & ornamentis augebit, eorumq; gloriam vehementer illustrabit. Vt enim in area paleæ cōminuuntur, & aristæ dissipantur, vt frumentum vaginis inclusum emineat; sic in communium rerum euerfione iniusti conterentur: at iusti inuiolati permanebunt, & à scelestorum hominum contagione secreti, atq; liberi, diuinis ornamentis illustrabuntur. Eadem enim calamitas, quæ nocētes obruet, innocentibus gloriæ amplam materiam suppeditabit. Sed quemadmodum agricola modum triturando constituit, ne cum palea triticum tandem conterat; sic Dominus suorū gratia manum suam tãdem à communi supplicio continebit, ne calamitatis magnitudo modum patientiæ, quæ eminet in bonis, excedat, eosq; tandem aliqua ratione labefactet. Nec enim patietur Dominus, qui tanta fide colit amicitiam, vt amicorum gratia omnia moderetur, illos in extremum discrimen induci. Si quæris igitur, ô homo impudēs, atq; scelerate, cur Dominus se tam acrem, atq; vehementem, in scelestis vlciscendis præbeat? intellige optimū il-

N lum

lum agricolá, qui frugib. optimis delectatur, esse stirpibus, quæ frugibus officiant, vehemèter inimicum. Cur igitur, inquis, non statim in commissum scelus animaduertit, sed impunitate furorè ali permittit? Quia maturum tempus expectat, ut interim virtus adolescat, & à malis oppugnata clariùs splendeat; & qui morbos sanabiles habent, sanitatem recuperent; & improbitas, quæ certamen usque ad extremum cum Dei benignitate suscipit, omnibus tandem modis conuicta, & redarguta, meritas penas exoluat. Cur, inquis, ciuitatem, in qua iusti etiã interdum commorantur, expurgat, & excindi patitur? Quia eorum diuina constantia hostium telis minimè succumbit: sed tunc multò clariùs enitescit, cum omnes opes humanæ cõfringuntur. Cur igitur, si tantum commodum ex communibus istis supplicij exoritur, non perpetuò supplicia irrogat? Quia modum calamitati præfiniendum statuit, ne boni tandem fracti, atque debilitati, languescant; & quia necessitate supplicij ad improbitatem refecandã quasi scalpellis utitur: & ideo, postquam tantum supplicij imponit, quantum fat sit ad hominum elationem deprimendam; continuò partes illas mansuetudinis, & lenitatis, quæ magis illius propriæ sunt, libenter, & studiosè, sibi suscipiendas existimat. Hanc etiã, inquit Isaias, à Domino, cui cælestes exercitus parent, disciplinã hausit; qui temporum vices, & opportunitates expendit; qui nõ temerè, & turbidè: sed ordine, ratione & cõsilio, res humanas administrat, æternamque lege omnia moderatur.

Et hoc à domino Deo exercituum exiit.

1 CAP. XXIX.

1 VAEH tibi arci munitissimæ; vrbis, inquam, tibi arci munitissimæ, & vrbi; quam Dauid rex

va-

valido præsidio cinxit, summisque opibus vndique sepelit, quæ breui cõcides vos interim, o miseri ciues, inani quadam religionis, quæ polluitis, fiducia, & templi, quæ contaminastis, vicinitate freti; incolumitatè vobis proponite: fastos recensete; anniuersaria sacra quotannis instaurate; & quàm tùm voletis operam in victimis solenni ritu mactandis ponite: frustra mentes vestras in religionis studiũ cõferetis. Ista namque religio, ista sacra solennia, ista sacrificia, funditus interibunt. Ego, inquit, ait Dominus, arcem istam munitissimam præsidio quondam meo defensam, obsidione premam; in easque angustias cogam, ut in illa acerbissimi fletus atque mæroris exemplum insigne, ad posteritatis memoriam relinquantur; ita ut qui funestissimam aliquam cladem exaggerare voluerit, eam cum ciuitatis huius munitissimè interitu, & calamitate, cõferat. Copijs meis illam circumfessam, et vallo, fossaque septam, te nebo vineas & aggeres, excitabo: omnibusque illam machinis oppugnabo. Hostes à quibus tandem expugnanda es, meo nomine commoti, & impulsii, meo præsidio firmati, te circumuallabunt, omnibusque difficultatibus implicatam tenebunt. 4 Tunc ista tuæ mentis elatio compressa si 4 Humilibit: tunc studium istud, & arrogantia minimè ferenda, sedabitur. Humilis enim, & abiecta iacebis, in puluereque prouoluta vix hiscere audebit, & quasi quos infesti dæmonis spiritus incitat, è latibus emersa summissè loqueris, & ex locis infimis, atque sub terram abditis, autum garritus imitabere. 5 Hostium. n. tuorum numerus erit cum tenuissimo puluere comparandus, & principes, quorum opibus, & potentia vexada, & diri-

2 Et circumuallabo Ariel.

4 Humilibit, & de terra loqueris.

5 Et erit sicut puluis tenuis.

N 2 pien-

pienda es, cum aristas ex area dispulsis, & in facie incurrentibus, multitudine conferendis; quæ quidem te improviso adorientur. 6 Nec tamen eorum opibus oppugnata concides, nec viribus illorum victa succumbes: sed ab ipso cœlitum Imperatore, quæ de te meritas pœnas expetet, excideris, & inflammaberis. Ipse namque contra te copias suas educet: ipse, inquam, Dominus te crebro tonitru, & terremoto, horrendoque fremitu, perterrefaciet: ipse te sequo turbine, & procella peruertet: ipse te flammaram incendio populabitur, atque consumet. 7. 8 Hostes tui impetu repentino te vexabunt, & inexplebili cupiditate bona tua prædabuntur; nec illorum auaritia opibus tuis, nec illorum immanitas sanguine tuo, fatiari poterit. Similiter enim, atque is, qui fame premitur, & in somnis sibi cõuiuium esse dapius omnibus ornatum, & instructum videt, cum autem expergescit, maiore quadam fame torquetur; item, ut is qui litit, cui secundum quietem pocala sibi ministrari videtur, ubi de somno excitatur, ardentiore siti cruciatur: ita, qui vitam tuam petierint, qui te circumvallauerint, & contra te munitiones excitauerint, nunquam ullis exuuijs poterunt cupiditatem suam explere. Quæuis enim in aliqua præda, quasi in somnio, furenter exultent, ubi primum lætitia illa gestiens effluxerit, atque se collegerint, & quasi de somno suscitati, ad pristinos mores continuo multo maiora concupiscent, ardentioreque tuarum fortunarum siti cruciabuntur. Nullis igitur opibus poteris illorum auaritiæ satisfacere: nullis supplicijs eorum odium a corpore tuo impuro reprimere. Tanta crudelitatis immanitate mul-

7. 8 *Eteris sicut somnium visionis.*

multitudo hostium innumerabilis, Syonis motem oppugnabit: tanta animorum acerbitate inciuens nefarios pestem machinabitur. 9 Et vos interim legis disciplinam negligite: cœlestem lucem fugite: opem diuinam repellite: ut immerfi omnibus errorum tenebris extrema supplicia subeat. Ideo namque tanta vis cladis vos opprimet: quia eritis splendore solis, quem a vobis ipsi repulistis, orbati, & horrenda quadam caligine, in quam ipsos immisistis, circumfusi. Studium enim disciplinæ cœlestis abiectistis: legis instituta contempnistis; prophetarum monita derisistis; atque præ immensa libidine cunctam diuinæ mentis moderationem pro nihilo reputastis: & idcirco Dominus opem suam a vobis eripuit; mentibusque vestris longinquo suæ lucis abscessu densas tenebras offudit. Animis igitur vestris mentem eripiet, & dira vos amentia vexabit. Sensus vestros stupore defigite, & stupidi permanebitis. Oculis vestris tenebras obducite, & aspectu priuabimini, & absque vini sumptione ebrii nutabitis, & absque vlla potus iucunditate vacillabitis. 10 Dominus enim vos oppressit amentia, spiritu furoris exagitauit: animis vestris poculum soporis grauissimum porrexit: luminibusque vestris altius obstruxit; ita, ut ne Prophetæ quidem, & principes, mentem, & sensum legis, atque Prophetarum villo modo percipiant. Merito namque a sapientia deseruntur, qui sunt acerbo quodam odio sapientiam persecuti. Stimulis igitur exagitati, nusquam consistent: sed eadem amentia præcipientes vagabuntur; nec vllum fructum capient ex sanctissimis literis, quarum disciplinis gloriatur.

9 *Obstuspe sicut & admiramini.*

10 *Quoniam amentia sicut vobis dominus spiritum separis.*

11 *Et erit tur.* 11 Erit enim omnis scriptura, qua myste-
Sobis Si rium salutis humanæ diuina benignitate con-
sio omniu stitutæ continetur, obfignato libro similis:
sicut Ser. quem si homini docto, atque literato legendū
ba libri si tradideris, negabit se posse legere; propterea q̄
gnati. obfignatus sit: 12 Si verò homini rudi, & idiotæ
 12 tradideris, à libri lectione sese ignorationis ex-
 cufatione defendet. Omnes igitur in summo er-
 rore versabuntur. Nec enim liber ab alio refi-
 gnari, & aperiri potest, quàm ab illo iustitiæ
 Doctore, in quem ipsi se scelestissimos præbe-
 bunt. Non enim quisquam poterit vel legis vel
 Prophetarum sensum comprehendere, nisi is,
 cuius mentem cœlestis Doct̄or splendore suę lu-
 cis illustrauerit, nec imperita multitudo ex li-
 bro fructum vllum percipiet; cū non modò
 sententiā, sed etiam scriptum penitus ignoret.
 Cū igitur cæcitas, atque dementia malorum
 omnium caussam afferat; efficitur, vt vniuersa
 hæc hominum impiorum multitudo, sit om-
 nibus simul ruinis grauiter opprimenda; quan-
 13 doquidem vniuersa, eade m cæcitate laborat. 13
 Sed cur tandem, quæso, miseri homines ab o-
 pe diuina deferuntur? Cur illis liber, qui salu-
 tis & immortalitatis viam monstrat, occludi-
 tur? Cur cū mysteria diuina reliquis gentib.
 enuntiata fuerint, hæc vna gens ab illorum fru-
 ctu dimouebitur? Num legis studium abijciat?
 Num parum in Prophetis euoluendis euigila-
 bit? Num diuinorū hominū scripta cōtemnet?
 minimè quidem. Sed quia ficta atq; fallaci men-
 te, sese ad legis studium applicat, & sanctitatem
 ementitur, & simulatione puritatis flagitia infi-
 nita concipit, & dū legis ymbas persequitur,
 ipse

ipfius legis mentem deserit; nec expressam,
 & solidam pietatis effigiem, sed inanissimam
 imaginem pietatis amplexatur; omnesq; ani-
 mi conatus, non quidem ad religionem, sed ad
 religionis ostentationem, comparat. Sic enim *Ed quòd*
 Dominus ait: Quando populus hic me in ore *appropia*
 tantum habet, sermonēque dumtaxat mihi ho- *quat po-*
 norem tribuit, animus autem illius est à me *pulus hic*
 longè diuulsus; quando instituta mea contem- *ore suo.*
 nit, imperiūque recusat; nec præceptis, qui-
 bus sanxi puritatem, & innocentiam, & carita-
 tem, cœlestiūque rerum cupiditatem, obtem-
 perat, sed omnem industriam suam in simula-
 ta sanctitatis specie consumit, neglectaque mea
 iustitia, iustitiam suam, quæ in figuris, & imagi-
 nibus ad animum minimè permanantibus, &
 in falsa virtutis opinione tota consistit, vnice
 colendam suscipit; & in omni denique vitæ ra-
 tione maxima despicit, & minima superstitione
 veneratur, humanasque institutiones meis
 placitis anteposit. 14 Quando igitur gens hæc
 nefaria, quæ iuris sanctitatem indignissimis fla-
 gitijs polluit, tanta flagrat amētia, vt me super-
 stitionibus suis sibi deuinctum arbitretur, re
 insignem, quæ multis admirationem ingentem
 commoueat, tādē efficiam. Nam cū totam
 ætatem in sapientiæ studio contriuerit, sapientiam
 minimè consequetur: & cū se totam disci-
 plinam dederit, nullum ex disciplina fructum
 capiet: ita, vt ij, qui maximè sapientiam
 ostentant, omnibus sapientiæ, & intelligentiæ
 muneribus, & ornamentis, spoliētur; & quò
 magis in studio elaborauerint, eò magis in er-
 rores pestiferos effrenata, & præcipiti mente

Peribit
enim sa-
pientia d
sapienti-
bus eius.

15 *Tab
qui pro-
funds e-
st.*

rapiantur. 15 O dementissimam perditorū hominum temeritatem, qui putant inclusas libidines, quas fronte, & supercilio contegunt, ab ipso Domino quod omnia cōtuetur, minimè videri, consiliaque nefaria, quæ machinātur, animaduersionē diuinę mentis effugere. In tenebris enim facinora moliantur, & dum oculos hominum vitent, nihil de testimonio diuino laborant. Dicunt enim; quis videt nos? Et quis tandem poterit, quæ animis agimus explorare, arcanaque nostræ mentis inspicere? 16 O incredibilem amentiam, & deplorandam gentis miserimæ cæcitatē. Tantūne mentes vestras furor exagitat, vt existimetis posse vos diuinam sapientiam artificio fallere? Num ista stultissima calliditate sanctissimum illius iudicium illudētis? Nec interim considerabitis minimè fieri posse, vt eum, qui animos finxit, ipsorum animorum peruersitas, atque malitia, lateat, vt quisquam illius aspectum fugiat, qui per omnem naturam commeans, omnia, quæ densissimis etiam tenebris occuluntur, perscrutatur, & inspicit? Hæc enim vestra peruersitas perinde est, atque si luteum opus se à sigulo factum negaret, ipsumque opificem, à quo factum fuit, fingendi artificio carere diceret. Sic homines isti DEO sapientiam detrahunt, & in Conditore suo intelligentiam requirunt, & de iudicijs illius temerè, & confidenter statuunt. 17 Annō æquum est, inquit Dominus, vt de tanta hominum perditorum impudentia, intra breue tempus debitum supplicium summam, eoque nefariam hanc nationem redigam, vt ipuidia contabescat? Breuī namque perficiam

*Quasi-
tum con-
tra figu-
lum cogi-
ter.*

ciam, vt saltus Libani instar Carmeli fructiferis plantis conferatur: contra verò, Carmelus syluescat, inutilesque plantas effundat. Israël namque cultum, & amœnitatem, qua quondā egregiè nitebat, ad gentes transferam; & in earū animis vineas & hortos instituum, in quibus densæ syluæ fuerunt, immaniumque ferarum latibula: contra verò, Israël amœnitas ab omni cultu deseretur, & sic tandem in syluam densam, & asperam se induet, vt sit deinceps frequē tibibus belluarum lustris horrida, & infesta. 18 Tunc igitur surdi, qui verbum Domini auri- bus percipere nō poterant, verba libri signati, quæ sunt gentibus ad Deum conuerfis explananda, libenter auscultabunt; & cæci, è caligine atque tenebris emerfi, lucem diuinam clarè videbūt. 19 Mites autem, atque mansueti, qui sibi nihil assumunt, sed omnia magnitudinē diuinæ gratiæ, atque benignitatis attribuunt, erunt summo quodam gaudio cumulati, & homines pauperes, imbecillitatem & inopiam suam agnoscentes in muneribus, quæ à Deo vero, cuius præsidio Israel innititur, consecuti sunt, incredibiliter exultabunt. 20 Nam qui tyrannicis institutis, & moribus patriam lacerabant, extinguen- tur; illeque summus tyrannus, qui tributa intolerabilia à subditis exigebat, exterminabitur. Qui ludos faciebant, & verba Dei iridebant, funditus interibunt: similiter, & qui in concipienda fraude multum vigilabant, penitus excidentur. 21 Nec enim satis erat illis scelus conflare, nisi verbis etiam suis homines in idem scelus impellerent. Porrò autem eis, qui eos publicè coarguebant, aded erant infesti, vt

*Conuer-
teretur Li-
banus in
Carmelū*

*18 Et au-
dient in
dse illa
sardi.*

*20 Quo-
niā defe-
cit, qui
prauale-
bat.*

omnes illis infidias tenderent, hominemque iustum iniquo iudicio circunuenirent. 22 Quo circa Deus; qui Abraham præsentis auxilio ab interitu redemit, sanctorum hominum nationem, qui minimè à Iacobi fide, atque probitate degenerant, sanctissimique parentis studia, & virtutes imitantur, his verbis alloquitur: Non erit eis; qui Israël's sanguine propagati in fide illius permanferint, vllum ex Tribulium suorū exitio dedecus inustum: nullam, ex suæ gentis strage & interitu, ignominiam accipient.

No modo confunde tur iacob

23 23 Eam namque iacturam cum summo lucro refarciam. In omnibus enim terrarum regionibus, in quibus vestigium imprefferint, videbunt innumerabilem filiorum multitudinem; non secundum sanguinis rationem; sed secundum fidei propagationem; in lucem suscipi: qui quidem erunt, non humano, sed diuino fatu generati; & idèd non tam hominum, quam Dei filij nominandi. Hos enim ego meis manibus informabo, & in stirpe Israël's inserā; & perficiam denique, vt vberimos ex se fructus efferant, & sint opibus, & gloria florentissimi. Hi igitur, qui erunt Israël's doctrina geniti, eaque de causa singulari ratione ius illius sanctissimæ cognationis affecuti; nomē meum laude perpetua celebrabunt; omniāque vitæ præfidia in Deo, in quem vnus Iacob respexit, constanti fide collocabunt; in illudque firmissimum Israël's præfidium singulari animorum firmitate semper intuebuntur. 24 Tunc igitur, qui erant erroribus turbulentis impliciti, viā salutis & gloriæ tenebunt; & qui falsis opinionibus inflati, officij legem irridebant, morumque

24 Et sciant errantes spiritu intelli gentia.

que sanctitatem aspernebant, salutarem doctrinam percipient.

CAP. XXX.

1 HAEC quidem beneficia conferentur illis, qui non perpetuè in Deum rebelles, & contumaces extiterint. Vah autem illis, qui per summam sceleris improbitatem, inquit Dominus, à sanctissimo parente deficiunt, & dum suis cogitationibus obsequuntur, opem meam contumaciter & obstinatè repudiant. Tantum enim abest, vt peccatorum detestatione, atque debita fide, Deum placare studeant; vt tum vel maxime, cum sunt in extremo periculo constituti, peccata vetera recentibus peccatis accumulēt. 2 Nec enim in numine meo firma vitæ præfidia collocanda putant, & idcirco alia sibi miseriarum perfugia comparant. Itaque plenum sceleris consilium inierunt; vt neque me confulerent, neque spiritus mei auxilium flagitarent; sed iniussu meo aliundè auxilia conquirerent. In Aegyptum enim profecti sunt, vt statum suum Pharaonis opibus firmarent, sequè Aegyptiorum præfidio munirent. 3 At tandem illud Pharaonis Præfidium, quo nituntur, atque confidunt; illud Ierolymæ robur, atque firmamentum in Aegyptiorum societate constitutum; summum dedecus hominibus perfidis, qui humanis viribus innituntur, imprimet; illosque insigni turpitudinis ignominia deformabit. Apparebit enim tunc, quàm inanis fuerit illorū spes, quantus furor, atque dementia, miseros obcæcauerit, cum perspectum fuerit Aegyptios illis opitulari non posse. 4 At quanto studio facinus hoc fuit ab illis, per summum scelus atque perfidiam confa-

Vab filij deserto- res.

3 Erit G- bis fortitudo Pharaonis in confusione.

conflatum? Viri principes, qui possint Reipub. personam facile sustinere, legantur: ij celeritate incredibili ad Pharaonem perueniunt, crebrisque nuncijs oras extremas Aegypti sollicitant; operamque dant, vt vndique, quanta possint, auxilia comparent. 5 Sed quem tandem fructum ex tanta cura, labore, studio, sollicitudine, percipient? Non alium profecto, quam erroris ignominiam, quam dedecoris infamiam, quam insignem stultitiam vituperationem. In ea enim gente spem rerum suarum reponit, cuius ope subleuari, & ab imminente clade liberari non poterunt, neque aliud ab illa societate reportabunt, quam ignominiam maculam sempiternam, & dedecoris penitus impressi turpitudinem. 6 At etiam egerunt iumenta australem plagam versus, per terram horridam, & incultam a leonibus, & basiliscis, & anguibus, volucribus, multisque alijs truculentis belluis obsessam, opibus, atque muneribus onusta; vt populum inutilem, qui illis opem afferre non potest, muneribus amplissimis delinitum, ad suam societatem aggregarent. 7 At Aegyptus frustra exercitum instruet, & inaniter copias comparabit, vt illis suppetias afferat. Nec enim poterit ab illis hostium impetum reprimere, impedientemque calamitatem depellere. Idcirco ciuitatem hanc sum maximis vocibus obtestatus, ne se commoueret, ne vel aliunde, quam a vitae conuersione, a fidei constantia, & iustitiae tranquillitate, opem & auxilium postularet. Non enim, qui trepidant metu, & ancipiti formidine distracti in varias partes discurrunt; sed qui singulari virtute, animique firmitate praediti, in spe diuinam benignitatis acquie-

5 Omnes confusi sunt super populum, qui eis prodesse non potuit

6 Omnes iumenta-

acquiescunt; rebus suis optimè consulunt. Nec enim est salutis firmamentum in animi motu, sed in quiete, constitutum. 8 Tu igitur, inquit, ^{8 Nunc et me autem appellabat, vade, & hæc literis manda, monumentisque ad sempiternam qui conse-} ^{80 ingref-} ^{81 sus scribe} ritati relinquatur, quam sæpè populum hunc de officio suo commonui; & in quo salutis suae ratio tota confisteret, apertè demonstrauis; & ne præceps in pestem rueret, obtestatus sum. Non enim opem hominum implorando, sed à Deo veniam postulando; nec muneribus reges allaciendo, sed animorum conuersione regem cæli flectendo, ruentem ciuitatis statum fulciri, atque confirmari. Omnem igitur Reipub. securitatem esse in sanctissimæ legis obseruatione collocandam. Quam certissimam salutis viam illi deferentes, in multiplices vias easdemque multis periculis obseffas, & erroribus infinitis implicatas, ingrediuntur; vt ab hominibus auxilium vanissimum, quod est illis dimidio maiorem cladem cum duplicata macula dedecoris allatum, consequantur. 9 Populus enim rebellis est, ^{9 Populus enim ad iracundiam pronocatus est.} natio perfidia; scelere contaminata, in summum Dominum optimumque parentem contumax, & ingrata, legem illius aspernatur, atque respuit, imperiumque sceleratè repudiat. Hi sunt qui consultò lucem fugiunt, & tenebras persequuntur: qui veritatem oderunt, & mendacia omnibus modis amplectantur: qui stabiles opes atque sempiternas abiiciunt, & caducis & inanibus coaceruandis, incumbunt: 10 qui leges etiam viris diuinis, qui munus populi monendi & insituendi susceperunt, prescribere audet, ne quidquam

*Qui di-
cunt Si-
dentibus
nolite Si-
dere.*

quam afferant, quod eorum delicatissimas au-
res offendat; sed eis potius fallacissimo genere
orationis adulentur. Interdicunt enim Prophe-
tis ne videant: prohibent viros mente diuina
præditos, ne diuinent. Noli tunc, inquit, no-
bis recta, vera, simplicia, cōtueri: sed inania, fal-
sa, atque fallentia meditari. Illis namque acer-
bum in vos odium concitabitis: his autem, gra-
tiam ab vniuersis inibitis. Est enim veritas acer-
ba, & iniusta: adulatio verò dulcis, atque iucun-
da. Cauete igitur; ne, quod rectissimum esse
perspicitis, sed quod nobis iucundum fore cer-
nitis, enuncietis: in eo quæ animi nervos inten-
dite, ne veritatis asperitate populum irritetis
sed erroris egregie conficti dulcedine vos in
11 multitudinis sensus insinuetis. 11 Istam iustitiæ
viam asperam, & incultam, ab antiquis inscitia
tritam, à prudentibus iam pridem neglectam,
deserite: à sanctitatis tristi & horrida semita de-
clinate: mentionem sanctissimi numinis, cuius
præsidio dicitis Israël salutem cōtineri, pror-
sus omittite. Iam huius orationis peruulgatæ
fastidium ferre non possumus. Hæc enim res
secundas, & ad voluntatem fluentes, mœstitia
intempestiua contaminat: in aduersis autem salu-
tis consilia impedit, & ab industria ad desidi-
am auocat. Non enim quod viribus firmare cō-
uenit, est religione muniendum: nec fuis ad
Deum precibus, sed auxilijs vndique accersitis,
est hostium multitudini resistendum. In rebus
enim desperatis, omniumque mortalium præsi-
dio derelictis, extrema comes solet esse religio:
non quidem, vt ea tibi salutem parias, sed vt
eum maiore quodam sensu doloris occumbas:

Nos

Nos itaque Prophetis istis, qui totos dies vati-
cinantur, & insaniunt, aures profectò non da-
bimus, sed ab Aegypto, & vltimis terris auxilia
accersemus. 12 Iacirco dicit Dominus, ille qui
tam multis in locis Israël ab hostibus poten-
tissimis custodiuit, singularique præsidio te-
xit: Quando verbis istis openi meam abiecastis,
auxiliūque meum à vobis ista perfidia repuli-
stis, omnemque vestram spem in sociorum ca-
lumniam, qui plerunque in mittendis auxilijs
non de sociorum salute, sed de sua dominatio-
ne cogitant, nefarie collocastis, totumque salu-
tis studium in auersionem istam sceleratam &
impiam contulistis, illiusque fiducia subnixi,
statum ciuitatis incolumē fore confidistis: 13 Sic
13 istud, quod fuis machinati, vos subita rui-
na conficiet. Vt enim altior quidam murus, cū
paulatim vetustate dissoluitur, insignesque ri-
mas agit, atque sensim labitur, improvisò tan-
dem, atque repentē corruit: sic status hic vester,
quem labentem, atque præcipitantem opibus
humanis reficere, animaduersasque ruinas in-
anisimè futuris explorere contendistis, subitò cō-
cider, omnesque vestras opes repentē cōminuet.
14 Et quemadmodum vas fictile, cū ad rupē
14 alliditur, ita conteritur, vt nemo velit illud è
terra tollere, cū nullum illius fragmentum,
vel ad prunas deferendas, vel ad aquam hauri-
endam idoneum relinquatur: ita vos cū ino-
pinatò fueritis ruina totius ciuitatis oppressi,
sic eritis euersi, & afflcti, vt nihil in vobis inte-
grum, vel ad aliquod quantūuis vile, & abiectū
munus obeuncū inueniatur, vt ea gratia sitis a-
liqua ex parte subleuadi. 15 Sic .n. summus ille
15

Domi-

Quia hac dicit do. minus Deus Israel. rael. Dominus, in cuius ope consistit Israël's robur, atque firmamentum, populum istum fuit ad fidei constantiam, atq; firmitatem adhortatus. Ne vos ipsos præsidijs humanis, sed diuinis contra hostium impetum muniatis. Diuina vero præsidia non in vltimas terras excurrendo, sed domi quiescendo, parantur. Hac igitur animorum motus comprimate: hac spe nixi, hostium minas contemnite. Hac enim animi constantia, & iucunda tranquillitate, omnes vestre munitiones & propugnacula continentur. In animi requiete; quæ vitæ conuersione, & clementiæ diuinæ fiducia, comparatur; salutis vestræ munitissimum præsidium consistit. Hac per internuntios meos illorum auribus inculcabam, & tantum audire noluerunt. 16 Minime inquit, inimò nobis equos parabimus, vt nos, si opus ita fuerit, à cede fugiendo proripiamus. Rectè: non enim hostium impetum sustinebitis; sed vos præcipites fugæ mādabitis. At, equis velocissimis infidebimus; vt illorum celeritate nobis salutem pariamus. Vt lubet; attamè multò velociores erunt, qui vos infestis telis insecti fuerint. 17 Tanta enim erit in vobis trepidatio, tantusq; metus animis vestris iniectus, vt mille ciues vnus tantum hostis minis exterriti fugiant; & ingens numerus, vbi primum in summam hostium paucitatem inciderint, terga cōfestim vertant; & turpissimis in fuga vuneribus cōcidantur, donec ita pauci relinquantur, vt sint quasi malus è naufragio collectus, et ad monimentum calamitatis in promontorij cacumine statutus: & tanquam militare signū in colle defixum, quod solum eminet: vt vndique

17 Mille
homines
à facie
hominis
vntus.

CAP. XXX. LIBER TERTIVS: 105
que ad illud commeare possint, qui fusi dispersique vagantur. Ex illis enim qui è tanta clade reliqui fuerint, pauci quidem numero, sed altitudine mentis atque splendore virtutis insignes, vel ad memoriam iudicii diuini propagandam, vel ad religionem instaurandam, multoque mortales omnibus pietatis muneribus instruendos in vita relinquantur. 18 Nec enim do-
minus misericordiæ infinitum studiū intermittit: nec sic in improbos animaduertit, vt non, vel in ipso iudicio, multas lenitatis, atq; clementiæ partes suscipiat. Ea benignitas impulit illū, vt supplicium nocentibus, atq; sceleratis hominibus debitum proferret, vt illis resipiscendi, in viamque reuertendi spacium cōcederet: nec eos temporis angustijs aditu suæ benignitatis excluderet: & interim vobis, qui fidem coluistis, in eorum calamitate, qui ad officium redire noluerunt, egregiè cōsuleret. Et vos interim admonuit, ne concideretis animis, sed egregia fide confirmati opem illius expectaretis. Tandem enim seipsum ad vos subleuandos, hostesque vestros euertendos excitauit. Est enim Dominus iustissimus, ita vt præmijs amplissimis fidem, atq; pietatem remuneret, & debitis supplicijs perfidiam, & scelus vlciscatur. O beatos illos, qui fidem illi habent, omniāque præsidia vitæ in benignitate illius constituunt. 19 Vtri-
usque autem rei clarum exemplum edetur, Do-
miniq; nomen in suorum salute, perditorumq; hominum exitio, vehementer illustrabitur. Vos enim, qui non trepidatis metu, nec vndique auxilia imploratis, sed in Sione, & Ierosolymis quieti consistitis, & cōstantes in fide permanetis,

Beati omnes qui
expectant
eum.

tis, quamuis hostis vos circumfideat, minasq;
 iactet, & formidines opponat; lacrymas nolito-
 te profundere. Dominus enim vobis clementer
 10 *plorās ne*
quaquā
plorabis,
& contra
minabis
laminas.
 20
 aderit, clamoresq; vestros exaudiet, & cum pri-
 mum preces vestras acceperit, confestim auxi-
 lium importabit. 20 Primum quidem vt suos
 erudiat, & in officio contineat, vos in obfidi-
 ne panis, & aquæ penuria vexabit, & multis in-
 commodis exercebit, non tamen erit vestra fa-
 luti immemor, nec diu vos ærumnis opprimi
 patietur. Nam qui vestros animos doctrinæ cœ-
 lestis pabulo perpetuò aler, atq; sustentabit: mi-
 nimè certè corpora vestra fame, atque siti con-
 ficiet: sed omnibus vitæ muneribus augebit, &
 opibus magnificè locupletabit. Nec enim à vo-
 bis iustitiæ Doctor emigrabit: oculiq; vestri re-
 ctorem, atq; monitorem vestrū intuebuntur: 21
 auresq; vestra perpetuò vocem à tergo mon-
 nentis, viamq; monstratis accipient. Hæc est,
 inquiet, via quæ ad beatam vitam ducit, hanc
 tenete: hanc terite: hanc perpetuo vitæ cursu
 conficite: summaq; diligentia cauete, ne in par-
 tem alterutram declinetis. 22 Tunc igitur assi-
 22
 duis monitis eruditi omnes labes, & impurita-
 tes repellitis, & testoria simulacris nefarie dedi-
 catis inducta profana facietis, & obductas argē-
 ti laminas detrahetis, & vestes auro intertex-
 tas, quibus ipsa simulacra amiciuntur dilacera-
 bitis, & quasi sordes fastidiosè reijciatis. 23 Cū
 23 *Et da-*
bitur plu-
uis a sem-
ni suo.
 igitur bonorum diuinorum copia redundauerit,
 & impietas extincta, atq; deleta fuerit, fieri
 num potest, vt reliqua subsidia vitæ deficient?
 Nullo modo. Vt enim impietatē, & auaritiā, &
 intemperantiā penuria, & fames, & vitæ pestis
 con.

consequitur: sic pietas, æquitas, & continentia
 vbertatē agrorum, frugum copiā, & vitæ tran-
 quillitatem, & securitatem secum adducit. Do-
 minus agros, quos seminaueris, demissis è cœ-
 lo pluuijs, vberes, atq; fœcundos efficiet, varia-
 que frugum genera, largè, & copiosè tibi com-
 parabit: pecora tua in latissimis pascuis pura
 gramina depascent: 24 boues tui, iumentaq; 24
 tua, quibus terram colis, pabulo vario summa-
 que diligentia purgato nutrientur. In illo verò *Erit su-*
 die, quo hostium ingens fragor edita fuerit, & per omne
 elatio tyrannorum, firmis sumæque turres, at- *montē ex-*
 que munitiones conciderint, in omnibus locis *celsum.*
 editis, & collibus erumpent fontes, et aquæ ri-
 uis diductæ in subiectos campos dimanabunt.
 25 Erunt igitur tunc omnia lætiora, & nitidio- 25
 ra, & luce multò clariore collustrata: splendor
 enim lunæ tantus erit, vt cum splendore, quo
 nunc sol omnia lætificat, exæquandus sit. At sol
 multis partibus quotidianū hunc splendorem,
 & claritatem, qua nunc omnibus astris antecel-
 lit, noua, & insolita luce superabit. Erit enim
 tunc, postquā Dominus populi sui vulnus obli-
 gauerit, & contusa membra sanauerit, eximia
 quædam benignitas, & gratiæ lux in omnes par-
 tes diffusita vt omnibus modis intueri, atque
 contemplari liceat felicissimi temporis illius
 imaginem, quo Dominus genus humanum à
 potestate tetri, & infesti tyranni, qui nunc tenet
 vniuersas terras dominatu violenter oppres-
 sas, eripiet. Tūc enim compressa, & domita pec-
 cati tyrannide, & vulneribus, quæ hostis infli-
 xerat sanatis, existent diuinæ gratiæ fontes, &
 flumina labentur, & ad hominū sitim extingue
 O 2 dan

dam, & animos virtutum omnium feminibus felicissimè conferendos emanabunt. Tunc discutiètur tenebræ, & noctis caligo dissipabitur, tantaquè rerum fiet conuersio, vt qui dies tunc aliorum comparatione nefastus illuxerit, ita vt nox quædam sit existimandus, sit tamen futurus pijs candidus, atque iucundus: qui verò felix, & faustus extiterit, tantis opibus, atque muneribus, tantis voluptatibus piorum animos oblectabit, quantas hominum summa felicitas attingere suspicione non poterit. Quâuis enim pij nunquam à luce deserendi sint, alij tamen eis dies alijs candidiores, & lætiores orientur. 27. Sic etiam in regis impij ruina operæpretium erit imaginem iudicij illius inspicere, quo Dominus est principis illius, cuius omnis est in tenebris, & caligine dominatus, opes, & imperium funditus euerfurus. Breui namque Rex Assyrius, qui tantis opibus vrbem hanc Deo consecratam oppugnare constituit, vim numinis in se acrem, & infestam experietur. Iam pridem enim Dominus, vt nomen suum illustret, hosti suo pestem comparat. Maiore namque ira, quàm vt sustineri possit, incensus, & inflammatus est: oratio illius est acris, & concitata, hostes minaciter exterrens: lingua illius est tanquam ignis omnia 28 conficiens, & consumens: 28 spiritus illius est instar torrentis incitati, obstantia omnia non solum impetu furibundo peruerterentis, sed vsque adeò super ripas effusi, vt vicinos agros inundet; ita vt eorum quos in extremis agris inuenerit, ex summa aqua capita tantum emineant. Sic autem fiet, vt alijs quidem pernici-

Ecce nomen domini venit de loco.

ciem inferat, alijs verò periculum salutis intendat. Alijs namque extremum supplicium irrogabit: alijs verò summum timorem, vt ad studium pietatis reuocentur, incutiet. Eò impetu feretur Domini flatus, vt impios tanquam aristas dispellat, vt eiecti, atque dissipati protinus euanescent. Sic autem eos frenabit, vt non dirigat: sed vt in viam exitij calamitosi, ignominiaquè sempiternæ detorqueat. 29 Tunc beneficium istud iisdem cantibus, atq; symphonia celebrabitis, quo noctem illam æternæ memoriæ consecratam solemniquè ritu quotannis instauratam colitis, quæ vobis libertatis, atque salutis acceptæ memoriam repræsentat. Nec enim minus in vos beneficium Dominus conferet, cum à Senacharibi truculentia liberauerit, quàm cum olim ab immanitate Pharaonis eripuit. Itaque diem festum agitabitis: omnia cantibus personabunt: tantoquè gaudio exultabunt animi vestri, vt quasi ad tibiam choros ducant, atque tripudient. Ad montem Domini cum hymnis & instrumentis musicis, & incredibilis lætitiæ significatione conuenietis, vt summo Deo, in quo est positum firmissimū salutis vestræ propugnaculum, immortales gratias agatis, nuncupataquè vota persoluatis. 30 Perficiet namque Dominus, vt vocis suæ claritas, cum horrendo quodam fragore & stre-

29 Cantibus erit vobis.

30 Audiat dominus gloriam vocis.

31 Domini namque voce conteretur Assyrius,
 32 virgaq; illius percutietur: 32 insanabile, atque
 mortiferum vulnus accipiet. Plaga verò illa,
 qua Dominus iudicio firmo, & stabili hostes
 suos iam pridem affligere, atq; perdere statuit,
 quæ per omnia Assyriorū castra vagabitur, tym-
 panis, & citharis, omniumq; modulatu, concen-
 tu celebrabitur. Nec enim Israël gladium strin-
 get, nec in hostem tela contorquebit, nec armis
 Assyrium depellet: sed tantum Domini victo-
 riam, carminibus, instrumētis musicis, & iucū-
 33 dissima symphonia prosequetur. 33 Dominus
 enim solus pro civitate sua pugnam capeffet:
 & eadem vi, qua bellum in impios comparat,
 hos etiā hostes sui nominis expugnabit. Iam-
 pridem enim in Tartarea plaga, inferiorumque
 maniū regione est locus profundus, & amplius
 Assyriorum exercitui cum rege suo designatus:
 & extructa iam pyra, multaq; in eam ligna con-
 gesta, cui subiectus ignis flatu Domini incendi-
 tur: & perinde, atq; si in illam torrens sulphuris
 influeret, ita summum flāmarum incendium
 concitabitur, quod impios æternis supplicijs
 excruciet.

1. CAP.
 XXXI.

ET tamen impij homines alia sibi auxilia,
 à quibus iuvari non poterunt, sollicitè conqui-
 runt, in eo que laborant, vt vitam suam opibus
 humanis sepiant, statumq; Reipub. impiorum
 hominum præsidijs muniant, & impia, atque
 scelerata Aegyptiorum societate confirmet.
 Sapientem enim statuunt in rebus aduersis non
 Dei præsidio niti, sed humanis opibus Remp.
 stabilire. Quanta sit enim diuinæ potentia, at-
 que benignitatis amplitudo, suspicari non pos-
 sunt:

sunt: in humanis autem auxilijs, quæ firmissi-
 ma esse credunt, omnem spem salutis collocan-
 dam existimant, & qui religione, & pietate mu-
 niuntur, imprudentes arbitrantur. O imma-
 nem perfidiam, ô scelestum facinus, ô rebel-
 lionem, & contumaciam deplorandam. Con-
 tempto enim, & abiectio Dei præsidio in Aegy-
 ptum descendunt, vt auxilium petant, & vit-
 tam, quam à Deo acceperunt, Aegyptiorum
 potentia, & robore cõmuniunt. Opes illo-
 rum exaggerant: equorum, & curruum multi-
 tudinem innumerabilem prædicant: equitum
 virtutem miris in cœlum laudibus extollunt.
 Omnibus denique rationibus Aegyptiorum
 vires, atque potentiam admirantur: & tum
 demum præclarissimè cum rebus suis actumi-
 ri confidunt, cùm Aegyptios ad opem sibi fe-
 rendam impulerint, & huius consilij auctores
 sapientissimos arbitrantur. 2 Atqui Dominus
 etiam sibi sapientiæ laudem quæret: & ijs, qui
 vel opibus elati, vel ingenij acumine subnixi se
 egregiè tectos, atque munitos fore putant, cala-
 mitatem importabit: verborumque suorum fi-
 dem exitu confirmabit: & contra maleficorum
 hominum nationem, qui censent vitæ præfidi-
 um non à Deo, sed ab hominibus esse petendū,
 acriter insurget: & illorum auxilia, qui iniu-
 rijs & iniquitate opes comparant, euertet, &
 profligabit. 3 Quæ tanta peruersitas est, vt di-
 uinæ virtutis, atque benignitatis obliuiscantur,
 humana vobis præsidia comparetis? Num Aegy-
 ptio diuinitatem tribuitis, vt ea de caussa pu-
 tetis, & fidem illius perpetuam sanctam fore, &
 vim, atque robur illius inuictum? Num equi
 illius

*Palæ quæ
 descendit
 in Aegy-
 ptum.*

*17/c anā
 sapiens.*

*3 Aegy-
 ptus homo
 & non
 Deus.*

illius cœlesti naturâ præditi sunt, immortalique robore muniti? Non certè. Quæ igitur maior demètia fingi cogitatione potest, quàm homines, & antiquitatis exemplis, & legis institutis, & prophetarum monitis ad certissimam spem diuini præsidij singularis horis excitatos, hanc prorsus abijcere, & omnem spem salutis, & incolumitatis in hominibus, quorum fides fluxa, & potestas imbecilla, & opes inanes existit, collocare? Dabunt igitur temeritatis, & perfidix pœnas. Dominus enim manum suam intendet, & vtrumque, tam eum, qui auxilium pollicetur, quàm qui auxilium postulat, impellet, atque præcipitabit, omnesque simul corruent, & extinguentur. Sic enim Dominus mecum locutus est: Vt leo, cum prædam arreptam continet, quamuis pastorum multitudo conueniat, nec illorum voces extimescit, nec multitudinem formidat: ita Dominus montem Sion præsidio suo reatum continebit, vt nullo modo propter hostium multitudinem, & bellicos furoros quibus oppugnatur, illius defendendi studium remittat: quin etiam illorum conatus franget, & vniuersam multitudinem, quasi horribilo quodam rugitu, vehementer exterrebis. Et quemadmodum volucris pullos contegit, vsque ad eum vt, etiam si serpens, vel quiduis aliud pullis perniciem moliri conspiciat, non exterrita fugiat, sed mira sollicitudine nidum circunuoluet, omniâque tandem periclitetur, quo possit à pullis suis pestem auertere: sic Dominus Sionem, hoc est, hominum fideliū nationem ita proteget, vt nunquã ab illius præsidio discedat: sed illã perpetuò singulari cura tue-

Dominus inclinabit manum suam.

Sicut aues volat.

ra tueatur, vt in eos, qui illi nocere student, acriter, ac vehementer incurrat, & omnia circumquaque lustrans, singulari studio vitam illius defendat. Si igitur, ô miseri, non solum Domini robur inuictum, sed studium, curam, atque sollicitudinem in suorum salute defendenda inueniri potestis, quæ tanta vos tenet amentia, vt ab illo deciscatis, & alia vobis subsidia sceleris, & immanitatis plenissima comparetis? Emergite tandem è tenebris, quæ vos opprefferunt, animosque vestros ad fidem, & officium reuocate: tantoque studio pietatem, à qua nefarie defecistis recolite, quanta fuit illa perfidie labes, profundissimaque bonorum omnium vorago, in quam demersi fuistis. Tunc enim cum dominus hostes suos affixerit, perspectumque fuerit, nec sanctam religionis impuram, & contaminatam sanctitatem, nec hominum potentiam vires, sed Deum tantum Ierolimam liberasse, multi repente non modò humanas opes despicient, verum etiam numina falsa detestabuntur. Simulacra igitur argentea, & aurea, manibus hominum per summum scelus, atque flagitium perpolita prorsus abijcient. Assyrius enim gladio quidem non tamen humano concidet, fugietque non humanis, sed diuinis armis exterritus: Assyriaque iuuentus seruitutem seruiet, atque tributa persoluet. Tantus autem metus opprimet impium regem, vt nec in locis suis natura, & arte munitissimis consistere audeat, principesque illius cum bellicum signum sublatum aspexerint, subito contremiscent. Hæc dicit dominus, cuius ignis splendet in Syon, & caminus inceditur in Ierusalem, vt suis lumen auxilij sui porrigat, & ho-

Conuertimini.

stes flammis populetur, atque consumat.

CAP.
XXXII.

Hoc autem in loco regis optimi florentissimum tempus ad iustitiam, & regiam probitatis effigiem describit, & quantis ornamentis, atque presidij illa Respublica tunc redidauerit, explanat, ut plane videas illam immortalam, ut ita dicam, futuram, si non ab illis institutis, quae illa sub optimo rege continerentur, nefarie defecisset. Quamquam in regni statu florente, atque beato describendo, non tu mihi Ezechiae regnum, nec opes, quae tunc illius iustitiam consecuta sunt, quae tamen intra breue tempus commixta dissipataque fuerunt, animo consideres, sed alium regem sempiternum, alias imperij opes immortales, aliam iustitiae speciem, atque formam omnibus populi causam iustitiae, & religionis afferentem, aliud denique regnum caeleste atque diuinum, nullis vnquam saeculis interiturum, quod tunc fuit illo breuissimo splendore regni bene constituti moribus, & institutis, & opibus adumbratum. Quemadmodum enim Dauid, & Solomon, ita etiam Ezechias gestit Christi imaginem, regnumque illius sempiterni regni similitudinem aliqua ex parte iudiciorum aequabilitate, vita & tranquillitate, Reipublicae ordine, moderationeque & sanctissimis institutis expressit. Quamuis ergo Isaias Ezechiae statum, & imperium tanquam tabulam egregie pictam, & varijs coloribus illustratam intueatur, ab illius tamen consideratione repente mens illius abducitur, ut Christum cogitet, ut iustitiam illius admiretur, ut caelestis regni leges cum incunctitate perspiciat, ut ad illas opes contempandas, atque perfrundas omnes mortales inuitet. Hoc enim est illi propositum, hunc finem habet, in hunc inuenietur, & respicit: neque quidquam magnum iudicat

vw

vir ad sempiternam gloriam natus, quod sit mortale & caducum, cum diuinitatis cuiusdam studio ad certissimam spem immortalitatis rapiatur. Quod ut melius intelligi possit, ipsum audiamus. Sic enim ait: 1 Non dimittat animum, qui permanet in fide: nec malum formidet, qui religionem rite colit: nec interitum metuat, qui Dei presidio nititur. Erit enim vita omnium ciuium, qui Ierosolymam incolent, sanctissimi regis studio, & vigilantia, singularique virtute defensa. Rex enim iustitiae gloria praecellens regnabit, & principes illius exemplis, & institutis eruditi iustitiam obtinebunt, exactissimamque iuris aequabilitatem in iudicando conseruabunt. 2 Erit autem vir ille diuinus, qui sanctissimae ciuitatis clauum tenebit, per fugium miseris, solatium afflictis, portus eiectionis, inuictumque praesidium belli calamitate percussis. Cum saeva tempesta excitata fuerit, suos ita proteget, ne vnquam in eos turbo, atque procella possit irruere, eorumque statum conseruare. Erit illis, quasi diductio aquae dulcis, atque perennis in magna siti, & quasi rupes excelsa in loco deserto contra ardorem Solis opposita, ut nunquam, vel nimia siti cruciari, vel aestus magnitudine torqueri, possint. Is enim eos veris bonis explebit: & si quid eis grauius inciderit, eam molestiam facillime munerum suorum dulcedine compensabit: praesidiumque suum, quasi umbraculum, quo succedat in magnitudine grauissimi aestus opponet. 3 Prophetarum, 3 Non cae- atque doctorum mentes, qui munus populi e- ligabunt. rudiendi, disciplinisque caelestibus imbuendi fu- oculi Sa- sciunt, non erunt hebetes ad verum cernendum, dertium. nec auditores tardi ad audiendum. A doctorib. enim

enim aberit ambitio, & auaritia, quæ menti cœcas tenebras offundit: populus verò contumacia, & impudentia, quibus omnis doctrina, atq; 4 medicina respuitur, omnino carebit. 4 Animi, qui fuerant inani quadam temeritate præcipientes, tunc sapientiam consequentur, vt arcana disciplinæ cœlestis intelligant. Qui hæsitante lingua balbutiebant, non modò clarè, & expedite, citataq; verborum celeritate, verumetiam elegàter, & cum dignitate de cœlestium rerum amplitudine, & magnificentia, diuinæq; gratiæ magnitudine disputabunt. 5 Nulla tunc vigebit adulatio: non erit locus mendacio: nò cum morum perniciè conuersi, & immutati sermonis abusus. Nec enim hominem temerarium, & insanum, opibus elatum, & inflatum, immanes quosdam sumptus facientem, ingentemq; pecuniam in res fluxas, & inanes impendentem, ciuem beneficum, & salutarem, & ciuitatis principatu dignissimum appellabunt. Neque rursus hominem inexplibili pecuniæ cupiditate flagrantem, & rei modis omnibus augendæ, & infinitis accessibus accumulandæ semper intentum, diuitem nominabunt. Hęc enim orationis peruersitas, qua maxima flagitia honestis nominibus occuluntur, ciuitates euerit, omnemq; virtutis grauitatem, qua reip. salus continetur, vehementer affligit. Pessimè enim cum communibus rebus agitur, cum honores sapientiæ, & grauitati debiti, ad homines stultos, & leues imperitæ multitudinis erro-
 6 *Stultus* re deferuntur. 6 Non enim sunt, non sunt vllò modo digni principatu, qui præcipientes stultitia, & amentia feruntur. Stultus namq; stulta, et

5 Non vobis
 cabitur
 Ultra vobis,
 qui insipientis est,
 princeps.

6 *Stultus*
 .x. *fatua*
 loquitur.

inania populo suadebit, obsequentemq; multitudinem participem suæ confidentissimè temeritatis efficiet: & dum summas opes, quas per luxuriam effundat, consequatur, ciues suos iniurijs omnibus lacerabit: & ex tenuibus pauperum fortunis immanissimè prædabitur, vsque ad eò, vt miseris homines, quos tuendos suscipit, fame & siti cõficiat, vt ipse solus in summis delicijs, & amplissimo vitæ cultu & magnificentia, adulatorum multitudine septus epuletur. 7 Iam verò illorum dementia, qui auaros diuites, atque beatos existimant, illisq; studijs conceruandæ pecuniæ viam egregiè munitam, ad principatum ciuitatis arbitrantur, explicari nò potest. Non enim diues habendus est, qui semper eget: cuius animus est omnibus bonis spoliatus: qui semper in mendicitate versatur: qui, vt infinitam cupiditatem expleat, fraudes cõcinnat, & malitiam meditatatur, vt pauperibus perniciè inferat, & calumniam intendant, & dolis in iudicio domineatur, pauperesque bonis omnibus fraudet. Hunc tu neque beatum, nec principatu dignum reputaueris: sed miserum, & ærumnosum, supplicioq; sempiterno dignissimum. 8 Qui enim veris opibus instructus est, amplissimòq; honoris gradu dignissimus, sapientiæ atque prudentiæ diuitias explicat: & in communem vtilitatem confert: & consilio suo quanto desiderio communis boni teneatur, ostendit: inflammatoq; animo in studium regiæ virtutis quæ sola est imperio digna, totus incumbit, vt amplissimis iustitiæ opibus cum reipub. salute perfruatur. Non igitur, vt eò reuertar, vnde deflexi, erit vlla in regno illo temeritas, nulla vanitas

7 *Fraude
 lenti &
 causa
 pestima
 sunt.*

8 *Prin-
 ceps verò
 ea quæ
 sunt di-
 gna prin-
 cipe cogi-
 tabit.*

nitās, & adulatio. Nec enim opes virtuti debitas præceps ambitio, & malitiosa iniquitas occupabit. 9 Non tamen hac florentissimi status tranquillitate frui diu poterūt omnes, qui sunt ab Israël procreati. Nō enim in debita fide permanebunt. Vos igitur, o Hebræorum ciuitates, q̄ nūc delicijs affluitis, exurgite, vt orationem meā audiatīs: o Resp. nescio qua rerum inaniū confidentia subnixæ, quæ dico, diligenter attendite. 10 Nam post tempus illud, quo tanquā in anno quinquagesimo putabitis vos amissam libertatem, & opes auersas, & dignitatem ereptā recuperasse, vestramq; pacem, & otium, esse præclarissimè constitutū, funesti rursus dies aduenient, qui grauissimum vobis horrore iniiciāt, confidentiamq; istā, & audaciam frangant, Nā & vineas, & fruges calamitas ita consumet, vt nemo sit, qui ad fructus colligendos, atque vendendos accedat. 11 Obstupefcite vrbes opulentæ: contremiscite ciuitates opibus elatæ, atq; confidentes: nudate vos ornāmētis: spoliare vos omni cultu: Sagis asperremis lumbos vestros accingite: 12 pectora vestra acerbo plāgore contūditē. Arua namq; vestra cultissima, & nitidissima vastata sunt: Vineæ vestræ, q̄ tantam vini copiam suppeditabant, penitus excindētur: 13 fundi, ex quib. olim Tribules mei tantū numerum frumenti colligebant, densas spinas, atq; vepres effudent. Quinetiā in ædibus, quæ quondam immoderatæ letitię vocib. personabant, vepres orientur. 14 Nam & templū à Dei custodia deferretur: & ciuitas illius ope nudabitur: & turres egregiè munitæ in æternas speluncas redigentur: & in loco tanta nunc celebritate, & frequen-

34. domus
vniusm. dt.
vniusm. dt.

tia celebrato, salient onagri, & pecorum greges gramina depascent. 15 Hæc autē vastitas vsq; ad 15 tēpus illud durabit, quo est super nos spiritus è cœlis effundendus. Tunc. n. genus, q̄ ad diem illū erit incultum, atq; derelictū, & syluarū asperitate vastatū, rursus omnium virtutum feminibus conferetur: lætissimosq; iustitiæ fructus feret: Contrā verò, multę nationes disciplinis ad humanitatē exculptę, erunt in vastę syluę similitudinem redactæ. 16 Eueniet igitur, vt in 16 locis desertis floreat æquitatis studium, & iustitia in eis, tanq̄ in agris cultissimis altissimas radices agat, atq; firmissima stirpe nixa permaneat. 17 Fructus autē iustitiæ erit iucundissima 17 Et erit pax, secura vitæ tranquillitas, fidei firmitas, atque cōstātia sempiterna. 18 Vt igitur, inquit Do- 18 minus, homines impij furoris stimulis agitati, & ancipiti formidine districti, nunq̄ possunt vltimo in loco cōsistere, sed conscientia maleficiorū assiduè cruciātur: ita populus meus iucundissima pacis ornamenta cōsequetur: & in summa vitæ securitate versabitur, & in ædib. atq; domicilijs omnib. opib. egregiè cumulatis habitabit. 19 Si verò grādo fuerit inuecta, nullo modo letissimis fidelium frugibus nocebit: sed in syluam hoc est, in homines impios, et ab omni cultu pietatis abhorrentes inuadet, vt eos peruertat. Ciuitas verò diuino iudicio perterrita, non effertur, nec opib. insolescet. 20 o felices illos, q̄ temporib. illis florētissimis videbūt in locis irriguis segetes vberimas, atq; letissimas: nec, q̄ olim lege prohibitū fuit, ne quisquam bouē cū asino eodem iugo coniungeret, & gentes alienigenas cum Iudæorū natione cōgregaret, efficiet: imò omnes

omnes ex equo cōplexi gentes cū Iudæis fœderis vinculo sanctissimo deuincient, & arua Domini diligentissimè colent: omnîq; discrimine sublato, quæ erant diuisa, atq; dissidentia mutuo inter se amore conglutinabunt.

CAP.
XXXIII.

Hæc ybi de felicitate futura prædixit, in sempiternum hostem generis humani confestim inuehitur: in eumq; sub persona Senacheribi, qui tyrannidem illam Satanae moribus, atque vitæ referebat, vehemētia quadam orationis insultat. Inquit igitur: 1. O tyranni truculentissimi immanē violentiam, o fraudulentissimi calumniatoris malitiosam calliditatem. Tu quidem vsque ad hūc diem inuictus permansisti: multis enim gētibus vastitatem intulisti: nec tamen quisquam tibi nocere potuit: multos nefariè prodidisti, nec tamen quisquā te prodidit. Ergo postquam scelus tuum ad summū peruenerit, immanitasq; tua fuerit multis accessionibus amplificata, pœnas grauissimas exolues. Postquam enim vastitatem effeceris, alterius potentia, & ope vastaberis: postquam multos nefariè prodēdo defatigatus extiteris, aliorum proditione peribis. Nam postquam à perfidis hominibus pœnas exegeris, & piorum fidem excitaueris, virtutem tuis machinis excitatam vehemētius illustraueris, & opus denique, cuius gratia te diutiùs numen tolerauerit, absolueris, alterius vi & potentia spoliaberis, & artificio summi Imperatoris, atque singulari astutia peruerteris. 2. O domine miserere nostri, quando tui solius fiducia nitimur, atque confidimus. Subsidio igitur nobis festinanter occurre: singulisq; diebus absque mora villa

Cum cōsummaueris de prædatione.

2. Esto brachium nostrum.

vim,

vim, atque manus intende: illiusq; ferociam cōprime: salutisq; nostræ patrociniū, cum nos videris vehemētius oppugnari, & angustijs intercludi, diligētius suscipe. 3. Nunq; profecto fefellit homines numini tuo penitus addictos fides, qua tibi vitam, & salutem crediderunt, atq; cōmiserunt. Quod quidem in exitio sauisissimi tyranni, cuius opibus oppugnamur, exploratè cognosci poterit. Cœlestes namq; exercitus, vt nobis opem afferant, aduentant: gentes illorū voce & fremitu conterritæ se confestim in fugam dant, magnitudinēq; potentia tuae dissipatione: 4. illarū spolia, quati locustæ, cū per agros defæ vagantur, facillimè colliguntur. 5. Dominus aut, qui cœlum incolit, infinitaq; potentia vniuersa complexus est, & suos in calamitate non deserit, in cœlū laudib. effertur: confessioq; numinis, atq; potentie illius etiam ab hostibus inuitis exprimitur: hominum fidelium cōuentus opibus iudicij, atq; iusticie locupletatur. 6. Fruere tāta felicitate, ciuitas sancta, q̄ dominus ipse sempiterna lege moderabitur. Temporib. enim lætissimis, atq; florentissimis omne salutis tuæ firmamentum fidei sanctitate continebitur: & ciuitatis opes non erunt caducæ, fragiles, & inanes, sed firmæ, constantes, atq; sempiternæ. Erit .n. thesaurus illius rerū diuinarum sapiētia, & intelligentia, singulariq; pietatis studio cumulatus. 7. Vt aut rectius intelligatur, q̄ clara temporibus turbulentis extiterit in suos Dei benignitas, atq; clementia, necesse prius est, vt quisq; in sensibus, atq; mente sua defigat, quo in loco erat piorum hominū status, atq; conditio. Qui fuerant ad reges fœderatos legati, vt auxilium

P

ab il-

ab illis flagitare, sine fructu contendebant, & clamores foris miseræ, & acerbitatis indices emittebant. Qui rursus ad hostem missi fuerat, ut pacem ab eo postularét, ab illo reiecti domum redeuntes lugubri admodum voce, & eiulatu angustias, in quibus erant, lamentabantur. 8 Viæ in urbem erant hostium prædijis obsessæ: amicis omnes aditus interclusi: nec in fœderis religioe, nec in hostis humanitate spes ulla relicta. Nam neque fœdus ullum cum hoste scelerato, & impio, qui omnes fœderum sanctitates spernebat, religionem nullam possidebat: nec allici poterat ad misericordiam, in quo nullum unquam studium humanitatis extiterat. Opes autem erant immanes, quæ illi tantis spiritibus efferebant, ut non modo ciuitates omnes, contra quas arma ferebat, contempneret; verum etiam vniuersum genus humanum pro nihilo reputaret. 9 Quæcumque igitur impetum faciebat, quasi dira quadam calamitas, omnia vastabat. Intulit excisionem Libano: Saronis amantitati vastitatem: in Basan, atque Carmelo fœdam populationem fecit in omnibus denique locis, in quibus pedem posuit, non modo potentiam suam, sed truculentiam, sceleris, & immanitatis impressa vestigia reliquit. 10 Nunc, nunc, inquit Dominus, cum omnis humani subdij spes est omnino præclusa, cum Resp. quæ in fidem meam recepi, deplorata est. & omnibus vnicuique locis, ita ab hostibus circumallata, ut nullis humanis viribus pestis ab illa depelli possit, exurgam: nunc numerum meum ostendam: nunc nomen, & gloriam meam in hominum oculis illustrabo. 11 Vos autem hostes acerrimi, qui tantis operibus urbem meo numini dedicatam oppugnatis, omninesque

9 Confusio
sua est Libano.

10 Nunc
exurgam

11 Concipite
in ardore

mnesque animorum conatus ad illius perniciousam comparatis, eritis repetite meo numine ab omni conatu repulsi. Facinus enim, quod mente concipitis, & consilia, quæ animis agitis, erunt leuitate, & inanitate, cum attritis paleis conferenda: opus, quod quasi parturiendi nixu tandem editis, erit cum arida stipula comparandum. Vos ipsi ad incendium vestrum materiam congeretis: vos flatu vestro ignem protinus excitabitis: qui vos repetite deuoret, atque consumat. Non igitur in meos, ut cogitatis, sed in vos ipsos peste machinamini: & eorum, quorum nomen extinguere, atque delere cõteditis, opera vestra gloriam amplificatis. 12 Itaque nationes pestiferæ, quæ ciuitatem istam oppugnant, repentino incendio cõflagrabit, & instar calcis exultæ comminuentur: & quemadmodum spinæ succise, & in ignem cõiectæ, subitis flammis absumentur. 13 Audite populi, qui longinquas terras incolitis, ad quos tanti facinoris fama peruadet, opus quod effeci: & vos quoque terras cum Iudææ finibus continentes habitatis, quantum sit vis potentiam meam, aliquando mente concipite. Omnes vos simul appello: omnes ad notitiam mei nominis capiendam inuito, cum omnibus ex æquo cõsulam, operamque daturus sum, ut omnes eiusdem fidei consensione, eiusdemque religionis sanctitate deuinciam. Atque ex hoc facinore, quod in Assyriorum strage edidi, cogitationes vestras ad alterius tyrannidis per hæc designatæ, quæ magnitudine meæ virtutis extinguenda atque delenda est, cognitionem excitare, ut tandem omne salutis vestræ firmamentum in meo præsidio ponendum existimetis, vitæque vestræ rationes fide, & religione muniat.

Audite
qui longe
estis qui
fecerim.

14 Cōter-
riti sunt
in Sion
peccato-
res.

niatis. Nec enim solūm hominum impetum à vobis reprimam: verūm etiam inferorum manum copias, ne nocere vobis possint, vi, atque numine meo prosternam. 14 Vos autem impij, qui nomine fictæ religionis, religionem euertitis, qui Sionem, in quo domicilium habetis, nefario scelere contaminatis, qui fidem prodidistis, neque spem in meo præsidio posuistis, numen tandem meum extimescite. Omne namq̃ salutis remedium desperantes, maxima formidine perculsi, & abiecti dicebant: Quomodo modo poterimus huius ignis omnia populantis congressum sustinere? Quomodo tandem hanc flammam vim, quæ nullis vnquam viribus extinguetur excipere, atque subire poterimus? Actū est igitur de nobis. Nullo enim modo fieri potest, vt inuicta hostis potentia à mœnibus repellatur, & tanta vis pestis à nostris capitibus arceatur. 15 Meritò quidem vos homines perditissimi contremiscitis, & omnes belli tumultus exhorrescitis, quādo omnia vestra studia in opes fluxas, & lubricas contulistis: nec salutem vestram ope mea, sed inanitate vestra sependam existimatis: auxiliūmque vobis à scelere, & improbitate petendum esse duxistis: At qui iustitiæ studet, è cuius ore nullum verbum iniquum, & impurum emittitur, qui spernit lucrum, & compendium calumnia, & improbitate comparatum, qui non modò munus ob rem alicui adiudicandam non accipit, verūm etiam est illis, à quibus pecunia attentatur, acriter infensus; qui aures suas obstruit, ne cum improbis de innocentium cæde cōsentiat, qui oculos suos continet, ne malum vllum, cuius aspectu

Qui ambulat in iustitijs.

contaminari possit, & in fraudem impelli conspiciat, hic certè, cuius vita tantis iustitiæ muneribus, virtutumque omnium comitatu circumseptæ fuerit, 16 nunquam trepidabit metu, sed quamuis omnia bellis ardere videat, animo magno, & excelso conatus hostium despiciet: & in omni rerum asperitate eandem semper inuictæ virtutis cōstantiam retinebit. Habitat enim in loco præcelso, & edito, propugnaculo firmissimo, & rupe vndique prærupta, & excisa munitus, ad cuius altitudinem nullus hostium euadere potest, vt adnotis machinis, arcem vehementiùs oppugnet. Nunquam igitur poterit viribus vllis expugnari, nec in obsidione fame, atque siti compulsus deditonem faciet: nam, & annonæ copia perpetuò redundabit: & aquæ illius erunt perennes, nec poterunt vllō artificio in alium cursum deflecti, vt pios homines diuinis præsidijs septos, mœnibusque sempiternis inclusos, ope sua destituant. Non igitur tamerè hostium vires contemnunt, & minas irrident, & conatus despiciunt, cūm videant nulla tela perditorum hominum posse mortiferum sibi vulnus imponere: nec rerum vllam penuriam homines illos conficere, qui inuictō Dei præsidio muniuntur, illiusque spiritu aluntur, atque sustentantur. 17 O felix piorum hominum ciuitas, in quam omnes cœlestes ciues, qui in terris cœlestium vitam imitabuntur, adscribendi sunt, quantis ornamentis, atq̃ præsidijs redundabis: quantis delicijs afflues? in quanto otio, & tranquillitate versabere? Oculi tui regē forma, & specie præcellentem, summisq̃ gloriæ muneribus, & ornamētis decoratum, cum sum

16 In an-
celsis ha-
bitabit.

17 Regem
in decore
suo vide-
bunt.

ma iucūditate contēplabuntur: terrāq; nō exiguis spatij circūscriptā, vt olim, sed latam, & amplā, & in omnes partes lōgissimē patētē aspicias: 18 Animus tuus admiratione defixus obstupēbit, & pio timore regis amplissimi maiestātē venerabitur. Dices igitur, vbi nunc est istud doctorū hominū insolens in ostentāda sapiētia fastidiū? Vbi illud in legis verbis exactissimē ponderādis, & examinādis, acumē? Vbi illa reip. moderāda humanisq; opib; muniendē sollicitudo, num fructū aliquē, vel salutis vel dignitatis hē nobis artes, atq; disciplinē in reb; asperis attulē, re? nū aliquod illius adūbrate, & asimulatę glorię vestigiū extat? aut poterit sibi quisq; meritō vllū dec; illarū nomine vēdicare? Nō certē. Hęc nāq; omnia in tenebricosis temporib. quasi sub-obscurę lucernę aliqd lucis afferebāt, nō tamē vt tenebras discuterēt, & errorib. animū liberārēt. At nūc hęc omnia q̄ clara, et illustria videbātur, in tantū insolitę lucis splēdorē incurrētia euauerūt: nūc tandē Christi solius operā diluxit: nūc patēt omnia: nūc ea q̄ fuerāt defis occultata tenebris, clarē cōspicimus: nūc demū, & salūtē, & libertatē opib. diuinis firmatā, & stabilitā retinem;. His quidē verbis exultabis, atq; in sumā lētitia, pius quidā met; te sollicitā tenebit, ne in re aliq; regis animū, in cuius clemētia omnia bona tua collocabis offendas. 19 Minimē qdē tunc hostē ferocē, & infestū ab vltimis terris in tuā pnciciē armatū, q; te, vt olim faciebat, vel solo vocis barbaro, & immāni sonitu, sermonēq; tibi penitus ignoto, & horrēdo, perterreat, extimesces. Non enim Assyrij, nec Chaldæi, nec Tartarei quidē exercitus, quāuis summis te opibus adoriātur, poterūt vllō modo statū tuū la-

befactare, animūq; tuū de gradu cōstatię dimouere. Eris enim diuino p̄sidio cōtra oēs hostiles impetus egregiē munita. 20 Contēplare Sionis illū collē excelsū, et editū, in quo sempiternū templū ædificabitur, sacris solēnib. diebusq; festis, innumerabiliq; hominū frequētia celebratum. Oculi tui cernēt Ierosolymā cœlestē summis opib. auctā, & amplificatā, omnibusq; diuinis p̄sidijs, & ornamētis mirificē redundantem. Tabernaculū verō, in quo Deus ipse sibi sedem cōstituet, nō erit errās, & vagū. Nec, n. à loco in locum migrabit. Clauī illius nullis vnq; sæculis euellētur: funes, quib. vela illius intendentur, nunq; rumpentur. 21 Non enim erit hominum operis extructum: sed ipsius Dei manib. ædificatum: nec in eū finē erectum, vt Dei p̄sentiam signis, & imaginibus ad certum tempus adumbret: sed vt in illo semper ipsius p̄potētis Deī numē infideat. In ipsius enim regis inuictissimi mente, atq; natura sempiternum sibi domiciliū collocabit, vt inde nō solum oracula ædat consulentibus, sed etiam omnes cum fide ad se adentes, splendore sui numinis illustret; & opem fidenter implorātes inuictō p̄sidio cōfirmet, & bello cū laude perfunctos amplissimis opibus, sempiternęq; glorię dignitate remuneret. Eo tempore nō aridā terrā, nec angustos fines colemus. Dominus, n. perennes aquas nobis inducet, gratię suę riuus perpetuō fluētib. arua latissima, & amplissima fœcundabit, ex quibus vberissimi fructus pietatis, atq; iustitię ad sempiternę vitę cultum, & elegantiam colligātur. Fluius altissimus summa quadā lenitate fines nostros p̄terfluens omnes segetes læuicabit, nec

*Taberna-
culū quod
nequa-*

*quā trās-
ferri pote-
rit.*

21

*Locus flu-
uioꝝ
riui la-
tissimi.*

intra alueum suum aliquid, quod nobis terro-
ri esse possit, admittet. Nec enim triremis vlla
hostium remorum impulsu concitata vehemē-
titis, nec oneraria nauiis plenis velis inuecta, in

22 *Domini enim
index no-
str.*

illo nauigabit. 22 Dominus enim noster caussam
nostram suscipiet: ipse nobis vitæ, & incolumi-
tatis sempiternæ legem sanciet: ipse salutem no-
bis non tantum afferet; sed etiam perpetuam tue-

bitur, atque conseruabit. 23 Cum igitur Dei legē
habuerimus intimis præcordijs impressam, &
in sculptam, in ipsiusque legis cultu sit vitæ no-
stræ firmamentum, ea namque Dei nobis auxi-
lium, & opem conciliat, quomodo poterimus
vltos hostium impetus pertimescere, cum Deus
ipse sit illos à nobis perpetuò repulsus? Quod
si tu hostis importunè instructa nauis in oras no-
stras inuaseras, rudentes tui repente dissoluti,
atque dissipati, nec malum in medio firmum
continere, nec velum intendere vltio modo po-
terit: ita vt sis continuè omnibus opibus à no-

*Tunc di-
uidens
spolia.*

stris spoliandus. Ampla igitur spolia diuiden-
tur, & claudi etiam ad prædæ partem capiendā
excurrent. 24 Nemo enim erit, qui sese imbecil-

litatis, aut morbi alicuius excusatione defēdat,
cum Dominus ab illis omnia vitia, quæ vires
impediēbāt, omninò depulerit, & morbos, qui-
bus erant oppressi, sanauerit, & hac ratione om-
nes huius florētissimæ ciuitatis habitatores sum-
mis viribus roboreque inuictò munierit. His qui-
dem bonis affluent, qui mentes suas ab omni se-
su, & studio corporis ad diuini spiritus imperi-
um, Christi que nomē traduxerint, omnesque vi-
tæ rationes ad diuinæ legis normā direxerint,
constantique fide in pietatis cultu perseueraue-

runt.

CAP. XXXIII. LIBER TERTIVS. 117
runt. Quod si quisquam ex hoc populo flagitio
contaminatus fuerit, omnis iniquitas illius ex-
piabitur. *Hac quidem oratione piorum cœtum ad spem
summæ felicitatis excitat, deinde impios sempiterni
supplicij denunciatione perterret. Sic enim ait:*

1 ADESTE nunc animis, gentes vniuersæ, vt
Domini sententiam contra impios prolatam

1 CAP.
xxxiiiij.

audiatis. Audite populi, audite nationes, vni-
uersusque terrarum orbis, & omnia quæ illius
complexu, & gremio continētur, intimis sensi-
bus hanc orationem comprehendant, nec eam

ē memoria excidere patiantur. 2 Est enim sum-
mus ille Dominus gentibus vniuersis grauiter
inensus, & ad opes, & copias eorum euertend-
as, & affligendas acriter incensus, & incitatus. *2 Quia in
dignatio
domini
super om-
nes gentes.*

Diris supplicij illos infectabitur, & cum igno-
minia, & cruciatu iugulandos hostium libidi-
ni permittet. 3 Corpora vulneribus concisa, &

enecta proieciuntur, in humataque permanebunt,
& odor teterrimus qui ex eorum sanguine, atque
tabe afflabitur, altissimos etiā montes inficiet,
omniaque pestilenti lue contaminabit. 4 A cœli

etiam luce, hoc est, ab ope diuina deferentur, & sciet om-
astrorum splendor illis obscurabitur. Et ea et-
iam, quæ satis firma, & constantia videbantur,
ē quibus tam multos fructus capiebant, illis
propter eorum scelus interibunt. Astra namque
liquefacta diffluent: & cœlum, quod nunc est,
instar cuiusdam voluminis, explicatum, virtu-
tis diuinæ monimenta complectens, tunc in-
uoluetur, ne lucem suam in terras scelere con-
taminatas effundat: omnis syderum fulgor ob-
scurabitur, eorum salutaris, & benigna vis, quasi
vitis, aut ficus folia vetustate collapsa, decidēt.

4 *Taber-
net
super milia
caelorum.*

*5 Quonia
suebria.
vns est in
caelo gla.
dius me-
us.* 5 In cœlo enim, inquit Dominus, gladius meus, quem in sempiternos hostes nominis mei distinxim, est multo sanguine conspersus. Omnes enim, qui bellum omni odio penitus imbutum contra religionis sanctitatem susceperunt, iam sunt à me in sceleris immanissimi pœnam dira calamitate consumpti. Nunc etiam iudicij mei ratio flagitat, vt in Idumæos, hoc est, in hostes, qui cœtum fidelium, & Rempub. cœlestem operâ mea fundatam opibus suis oppugnant; & eos, quorum gloriæ studere debuissent, euertere conantur, eodem gladio petam, & cunctis hominibus iam pridem sententia mea pesti deuotis, atque destinatis mortiferum vulnus infligam. 6 Hæc quidem Dominus ait, cuius gladius sanguinis copia redundat, & multo victimarum adipe, & aruina pinguescit. In Bosra namque, hoc est, in media sceleratorum hostium turba, solenne sacrificium instaurat: & in nefaria flagitiorum colluione, cæcis quâ plurimis victimis, magnificentibus epulum dare constituit. 7 Nec enim solum plebs, atque multitudo iugulanda est, sed immanes tyranni cœcident, & principes opibus elati, virique strenui, & corporis robore confidentes passim stentur. Eorum igitur tellus sanguine redundabit, & puluis etiam eorû nimia pinguedine madebit.

8 Est enim dies ille scelerum vltioni destinatus. Tunc enim vindicabit Dominus Sion, & illatas hominibus iniurias persequetur, debitumque tandem samet de sceleratorum hominum impietate, & immanitate supplicium. 9 Pro similibus igitur, quibus fundos irrigabant, pi-

CIS

cis ardentissimæ fluctibus obruetur, & pro telluris fertilitate multo sulphure complebuntur: eorum terra flammis ardentissima pice concitatis exuretur: 10 dies, atque noctes illud fluctuosum, & funestum incendium vigebit: nec vllis vnquâ sæculis extinguetur, sublataq; fumi concreta, & caliginosa nebula nunquam dissipabitur, in omni que temporum eternitate permanebit, tantumque odoris intolerabili foeditate, & cęcarum tenebrarû densa caligine terroris incutiet, vt nemo per vestram regionem iter facere audeat. 11 Possessiones vestras feræ quadrupes, & insuastæ volucres occupabunt: ædificium, quod in ea plaga designabit Dominus, erit ad regulam inanitatis, & ad perpendicularium vastitatis excitatum. Nec enim solum nomen vestrum obruet obliuione sempiterna; verum etiam omnia scelerum vestrorum vestigia, atque monumenta delebit. 12 Nobilitatis nullum vestigium exabit: omne regni nomen interibit, omnisque Principum dignitas obscurabitur, & euanescet. 13 In ædibus amplis, atque magnificis spinæ, & vrticæ nascentur: & carduus in munitis mœnibus orietur: eruantque serpentium latibula, & Struthiocameli laxè in iustis illis habitabunt. 14 Syluestria, & horrida, & hirsuta animantia locum illum tenebrosum mutuis clamoribus complebunt. 15 Illic diræ volucres conquescent, & quæ lucem oderunt, in locis illis acubabunt, & nidus construent, & oua parient, & pullos educent. Omnia denique furiarum stridoribus, & serpentium immanium sibilis, noxiarumque auium horrendis ululatibus personabunt. 16 Audite igitur, 16 Domini-

torrentes
eorum in
picem.11 Possi-
debit illa:
onocra-
salua.12 Nobil-
itatis
leues
non erunt
sibi.

13

14

15

16

17

Requiri. te diligē- ter in li- bro domi- ni. Dominique numen extimescite, percussique for- midine, aliquando tamen à sceleribus, & male- ficijs, quibus ira Domini concitatur abstinete: & librum, qui non meus, sed Domini existima- dus est (illud enim tantum, quod diuinus spiri- tus mihi dicat, literis mando) diligenter euol- uite, & quas minas sceleribus proponat, atten- dite. Nihil enim est in hac suppliciorum denū- ciatione, quod sit in illo iudicio prætermitten- dum: omniaque tandē exitus, qui à me præmon- strantur, habebunt. Hæc enim Dominus, in cui- us oratione nulla subesse vanitas vnquam po- terit, apertè denunciat: hæc spiritus illius, cui- us infinita vis, & potentia, quò minus omnia, quæ designauit, absoluat, atque perficiat, impe- diri non poterit, exequetur. Nemo vos in pesti- ferum errorem impellat: Nec enim licebit vlllo pacto sanctissimi illius iudicis vel sapientiam eludere, vel æquitatem inflectere, vel potentiã debilitare. 17 Ergo quæcunque ille supplicia sceleratis hominibus decreuerit, erunt illis ne- cessario subeunda. Cum igitur ipse statuerit, vt in regionem sceleribus impiorum hominum corruptam, & infectam illis euersis, & extin- ctis, immanes furia, & horrores ingentes, atque dirissimæ feritates inuaderent, & hæreditatem in ea sempiternam cum eorum extremo suppli- cio possiderent, nullo modo est de hac hominũ perditorum futura pernicie dubitandum.

1 CAP. XXXV.

1 Si autem vos futuri iudicij mentio contur- bat, & percussi formidine pauetis, si numen ex- horrescitis, & quantum exitium scelus impor- tet, & quam vim malorum in res humanas in- uehat, satis mente, atque ratione percipitis, intel- ligite

ligite nunc quantis gaudijs exultabunt ijs, qui fuerint fide à sceleribus auocati, atque à vitæ prauitate in pietatis, & iustitiæ studium tota mente conuersi. Gentes enim, quarum animi *Latabi- tur deser- ta et in- uia.* rant vitiorum immanitate vastati, & inculti, summaque quarum penuria, miserandaque siccitate confecti, animis repente commutata lætabun- tur, & quasi lilia florescent, & omnium maxi- marum virtutum ornamentis excolentur, sua- uissimosque odores afflabunt. 2 Florebit inquam magis, atque magis illa gétium vastitas, & hor- renda quondam solitudo, quæ fuerat ferarum immanium lustris infesta, gaudio incredibili- ter exultabit, & lætitiæ magnitudine quotidie magis efferetur, maximisque vocibus infitam mente lætitiã declarabit. Cernet enim repen- tē, se arborum altissimarum amœnitate culti- *Gloria Libani dani est eis* fimam: & cum Libani pulchritudine, & cum Carmeli, & Saronis nitidissimo cultu virtutũ maximarum splendore, & elegantia, & fructu- um diuinorum copia, atque multitudine com- parandam. Oculis enim intuebitur illum diui- næ gloriæ splendorem, qui in terris orietur; & pulchritudinem Dei nostri mente conspiciet. Hoc igitur tam felici spectaculo virescet, & vir- tutum omnium seminibus conseretur, & orna- mentis diuinis redundabit. 3 O diuini viri, qui *Confor- tate ma- nus disse- luit.* populi erudiendi munus, & officium suscep- istis, animos iacentes excitate: vires fractas, & debilitatas confirmate: homines humiles, & abiectos spe tantę felicitatis erigite. 4 Dicite ijs, qui metu percussũ trepidant: animos assumite, nec malum vllum metuatis. Ecce enim Domi- nus adueniet, vt in scelus hostium animadu- rat,

tat, & facinora commissa vindicet, debitaquæ
pœnas, ab ijs, qui criminibus impietatis, & im-
puritatis alligati sunt, & summa contentione
pios homines oppugnât expetat, & iniurias su-
is illatas vlciscatur. Deus ipse veniet, salutem
quæ vobis afferet, nec solum corporibus, sed
multo clarius animis ægris sanitatem amissam

5 Tunc a-
perietur
oculi ca-
eorum.
restituet. 5 Tunc enim oculi cæcorum cœlestia
contuebuntur, & opes diuinas ab humana in-
telligentia remotas inspiciet: aures surdorum,
quæ verba diuina audire non poterant, conti-
nuid discipulinam salutarem percipient, diuini-

6 quæ iussis obtemperabunt. 6 Claudus verò, qui
ad iustitiæ opus molendum, & efficiendum se
loco mouere non poterat, exiliet, & tanquam
ceruus, summa celeritate virtutis eximie cur-
sum cõficiet, & ad summum, & altissimum pie-
tatis fastigium aspirabit. Lingua hæsitans, &
impedita, quæ nunquam laudes diuinas profer-
re potuit, tunc liberè, & expeditè mysteria no-
stræ salutis enunciat: & de rebus altissimis in-
credibili orationis copia, & vbertate differet,
multosquæ mortales studio immortalitatis in-
flamabit. Sed vnde, quæso, initium tam subite
conuersionis orietur? vnde caussa tantæ felici-
tatis existet? qua vi, qua ratione, quibus opi-
bus, tantus repètè cultus in terra deserta, & in-
cultæ, & obsita vepribus, atque dumetis appa-
rebit? Non quidem humana ratio, nec opes ter-
ræ id præstare poterunt, sed diuinæ gratiæ ma-
gnitudo, immensæquæ illius benignitatis afflue-
tia. Vt enim quondam vis aquæ ex petra profu-
xit, quæ nõ solum populi sitim extinxit, sed a-
mœnissimam viriditatè ex illa vastitate aridæ

Quoniã
scissa sũt
in deser-
to aqua.

& in-

& incultæ telluris elicit, totamquæ illam terrę
superficiem, quam alluebat, herbarum, atque
plantarum insolito cultu vestiuit: sic diuinæ
gratiæ perennis quidem fons è petra sempiter-
na quadam firmitate fundata in summa totius
orbis vastitate manabit, quæ non modò sitim
depellat, verum etiam omnes terras vitiorum
asperitate vastatas, aquis in omnes partes diduc-
tis, atque deriuatis, arboribus, & herbis lætifi-
simis, amœnissimisque virtutum omnium vir-
ridarijs exornet. 7 Terra solibus exusta stagna-
7
rium aquarum copia redundabit: in locis ari-
dis, atque sitientibus fontes scatebunt. Vbi pri-
mum fuerant serpentium latibula, prata con-
festim existent: herbarumquæ nitidissimo cul-
tu vestientur: & calami frequentes exurgent: &
iuci viriditas eminebit.

8 Erit autem in eisdem locis munita via, non
quæ populum, vt olim, post longissimos erro-
res, vix tandem in angustiis agris collocet: sed
quæ recta in cœlum ferat, & sedes ijs, qui cur-
sum vitæ cum laude confecerint, beatas atque
sempiternas assignet. Via illa, atque semita,
sancta nominabitur. Nec enim ingredietur in
illam vlla flagitiorum colluuijs, vt olim. Nul-
lus enim impurus, atque nefarij criminis labe
commaculatus iter illuc habebit: sed qui se to-
tamente ad studium castitatis, & integritatis
adiunxerit. Ipse Dominus cum eis ambulabit,
viamquæ monstrabit, nec nube, vt olim, sed
spiritus sui lumine, & claritate, nuinisque
tutela, & patrocinio populum suum diriget, ita
vt nec homines rudes, & imperiti errare pos-
sint. Ducẽ enim præcedentem, & viã aperientẽ,
perpe-

Et erit
ibi semita.

perpetuóque, ne in alterutram partem defle-
 ctant, admonentem mente conspiciét, vestigiá
 9 que illius inflammato studio persequétur. 9 O-
 lim quidem, cum Israel in solitudine peragra-
 bat, vt in tellurem sibi promissam cōtenderet,
 fuit serpentium moribus ictus, magnaq; pars
 illius vulneribus, atq; veneno consumpta: At
 nunc, nec leo, nec vlla immanis bellua viam in-
 fidebit, quæ in gentem piam infiliat: nec deniq;
 in tota illa regione, per quam gradientur, vesti-
 gium vllum feræ belluæ, aut tetra serpentis ap-
 parebit. Qui igitur fuerint Domini beneficio è
 flagitiorum tenebris, & peccati durissima ser-
 uitate, in lucem, & libertatem vindicati, sine
 molestia, & sollicitudine, sine salutis discrimi-
 ne, & sine graui aliqua offensione viam progre-
 10 dientur. 10 Itaque redibunt homines à Deo li-
 berati in patrias sedes: vnde infestissimi dæmo-
 nis fraude fuerant expulsi, & eiecti, ad Sionem
 cœlestem, & templum Domini sempiternum,
 quod non est quadrupedum hostijs, sed iustitiæ
 cultu celebrandum, vt maximis vocibus conce-
 ptum animo gaudium testificentur, eorumq; ut
 mentes sempiterna lætitia cumulata Dei beni-
 gnitatem gratissimo studio atq; voluntate pre-
 sequantur. Exultabunt animis, & lætitiã sum-
 mam ex Domini benignitate percipient, om-
 nisq; dolor, & gemitus ex eorum finibus emi-
 grabit.

CAP.
XXXVI.

*Hoc in loco commodum fuit Isaiæ, vt magis fa-
 maret hominum fidem, eorumq; animos ad futura se-
 culis spem ardentius excitaret, historiam attexere, quæ
 fuit satis admirando signo demonstratum, quàm pre-
 sentis*

*fenti ope Dominus eis subueniat, qui tota mente auxi-
 lio illius nituntur. Subiungit igitur!* 1 Anno decimo
 quarto regni Ezechia Senacharib Rex Assyriæ
 intulit bellum Iudææ, omnesq; vrbes muni-
 tas, excepta Ierofolyma, pugnando cepit. 2 Cū 2
 verò obsidione premeret Lachis, misit ducem
 quendam nomine Rabfacem magno exercitu con-
 stipatum Ierofolymam, vt eam ad deditiõnem
 alliceret. Constitit autem Rabfaces in cliuo pi-
 scinæ superioris, in via agri fullonis, indeq; e-
 ciuitatis principes ad colloquium euocauit.
 3 Egressus est ad illum continuò Eliacim filius 3
 Elcia, præfectus prætorio, & Senab scriba, &
 Ioab filius Asaph, qui memoriæ causa, res que
 ad regium statum pertinebant, in librum con-
 ferebant. 4 Tunc Rabfaces incipit: Hæc quidem 4
 Regis maximi, atque potentissimi mandata ad
 Ezechiam deferetis. Ea namque gratia me huc
 legauit, vt illius nomine vestrum Regem ver-
 bis admonerem, & à temeritate, ad sanitatem
 reuocarem. Accepit enim illum de vrbis de-
 fensione cogitare, nec ad deditiõnem metu ex-
 tremæ calamitatis impelli. Sic igitur existima-
 te, me cum Ezechia loqui, & eiusmodi verbis
 illius insaniam coarguere. Quznam tandem
 est ista confidentia, quæ te præcipitem in exi-
 tium dat? 5 Quorum opibus, atque præsidio 5
 niteris? Num existimas bellum, quod est con-
 filio, atque viribus administrandum, posse
 te verbis, & oratione conficere? Velim igitur
 intelligere, quas copias habeas, quantos alas
 exercitus, quæ auxilia compares, quo bellan-
 di artificio, aut militum robore, atque virtu-
 te confidas. Quod si nec copijs, nec opibus, nec

*Quæ est
 ista fidu-
 cia, quæ
 confidit?*

virtute, nec vsu tantum vales, vt possis primum impetum belli sustinere, quæ te tanta demencia tenuit, vt à me deficeres? 6 Sed illud dicis, te amicitia, & societate Aegyptiorum fratrum resistendi consilium suscepisse. Egregio quidem præsidio res tuæ muniuntur, siquidè Aegyptiorum opibus, & auxilio fulciantur. Vt enim, si quis arundineo scipione confracto totus incumbat, non modò firmari non poterit, verùm etiam manum qua ipsam arundinè gestat grauissimè sauciabit: sic omnes qui Aegyptiorum opibus confidentes aliquid moluntur, non modò non subleuantur, sed etiam cum Aegyptiorum clade mortiferum vulnus accipiunt. Quomodo enim alijs opem afferet, qui sibi opitulari non potest? 7 Quod si dixeris, Dei nostri præsidio nitimur, quæ maior fingi potest amentia, quàm illius ope confidere, cuius tu numen à te iâ pridem abalienasti? Tu cùm Dei tui simulacra demolitus sis, cùm loca excelsum absus, in quibus sacra fiebant, profana feceris, cùm aras euerteris, afflixeris, comminueris, cùm angustum locum rebus sacris peragendis definieris, & Iudæis, ne alibi, quàm Ierosolymis sacrificia offerrent, interdixeris, cùm deniq; scelere infando religionem pollueris, & sacra sustuleris, & in Deum tuum sceleratus extiteris, speras numen illius tibi posse placari? 8 Reliquum igitur est, vt non religione, quam scelere contaminasti, sed opibus tuis, quas tibi comparasti, statum tuum præclare munitum arbitreris. Agè verò, tuæ potentia periculum faciamus. Si obfides mihi dederis, duo millia equorum tibi tradam, vt experiaris num possis in tuo exercitu

citu equites reperire, qui illis scienter infideant, eosquè regant, & agitent, & cùm opus ita fuerit à cursu sustineant. 9 Quod si hoc præstare non poteris, quomodo tandem poteris, non dico ipsum regem, cuius imperio, & dominatu cōtinemur vniuersi, sed vnius principis, ex ijs, qui illi seruiunt, minimisque opibus instructi sunt, impetum opibus, & potentia reprimere? Quod si vnius principis, & huius quidem, si cum alijs conferatur, tenuissimi vultum subire nequiueris, quo tandem modo vniuersos cum ipso rege regum sustinebis? Et tamen inani spe delusus Aegyptiorum auxilia tibi pollicebere? Quasi exploratum tibi iam sit auxiliū Aegyptiorum in discrimine ipso minimè defuturum, aut illorum equitatus sit cum Assyriō equitatu vel multitudine, vel robore comparandus. Ergo, nec humanum vllum auxilium, nec diuinum quidem poterit te ab interitu vindicare. Quantum enim ad humanum attinet, si non profus mentis expers es, iam sentis, quā tenues sint opes tuæ, & quàm infirmo præsidio sepiantur: 10 Si verò diuinum respicis, in summo quodam errore, & inanitate versaris. Numen enim summi Dei multò magis est nobis, quàm tibi propitium. Nobis enim fauet, tibi est infestum, & inimicum. Opes enim nostras auget: tuas verò frangit, & dissipat, maximæque te iam regni parte spoliavit, & sub Assyrii regis imperium, ditionemquè subiunxit. Omitto victorias, quas habemus, omitto triumphos, quos duximus, quæ omnia declarant Deum pro nobis facere, vobis verò pestē, atq; perniciē moliri. hoc certè bellū non absq; voluntate illi

te illius comparatum fuit. An existimatis, nos absque numinis impulsu tam procul à patria tantum bellum suscepisse? Deus ipse, in quo dicitis esse positam omnem vestræ salutis spem, nobis in mentem iniecit, vt hoc bellum instrueremus, & in telluris huius, quæ se tam multis sceleribus astrinxit, perniciem, & vastitatem, omnia consilia destinaremus. Quare, si mentis compotes estis, necesse profectò est, cum sitis diuina, & humana ope nudati, vt vos ipsos, dum concessum est, dum licet, dum aditus ad misericordiam patet, Regi dedatis, & in illius clementia vestræ miseræ vnicum per fugium comparatum existimetis. 11 Hæc quidem Rabfaces Hebræa lingua disseruit. Illi verò metuentes, ne oratio illa ciucs, qui erant in muro dispositi, prope enim vrbis mœnia colloquium habebatur, metu debilitaret, dixerunt. Ne, quæso, Hebræa lingua nobiscum agas, ne, quod inter nos secretò agendū est, ab ijs qui in muro sunt, audiatur, & continuò fama per totam urbem dissipetur. Nos Syriam linguam probè intelligimus. Te igitur obsecramus, vt institutum colloquium Syrio sermone prosequaris. 12 Hic Rabfaces materiam nactus seditionis popularis, aliqua ratione concitandæ, sermonem ad multitudinem, & metu perturbandam, & spe salutis alliciendam, repente conuertit. Vos, inquit, fortasè suspicamini, me vt vobis, aut Regi vestro consulerem, à Domino meo missum fuisse, & non potiùs miseræ multitudini, quàm vestræ dominationis gratia in extremam calamitatem detruditis, in easquæ tandem angustias compellit, vt cogatur excrementa sua

come-

comedere, & vrinam ebibere? 13 Deinde maxima voce populum in clamans, ait: Audite vniuersi, qui hanc urbem incolitis, quid dicat Rex Assyriorum omnium Regum maximus, atque potentissimus. 14 Ne vos decipiat Ezechias. Nec enim habet vllas opes, quibus vos possit à calamitate, quæ nunc impendet, eripere. Quod quidem est omnibus exploratum. Nec is quidè adeò est sine mente, vt non videat, se esse ab omnibus rebus inopem, nec posse vllò modo si pertinax fuerit, à se pestem reprimere: 15 Sed ad illud vltimum hominum miserorum in rebus deploratis solatium inanitatis, & amentia plenissimum confugit. Dicit enim fore, vt Deus præsidio suo urbem hanc contra Regem Assyriæ tueatur. 16 Cauete, ne vos hac inani religionis fiducia in errorem compellat. Credite mihi verba sunt, & ineptia. Stultissimum enim est contra summas opes religione contendere, & malum, quod viribus repellendum est, anilibus precibus extinguendum putare. Non dico religionem multis in locis ab eo neglectam, caeremonias pollutas, loca religiosa deiecta fuisse, ita vt sit summa dementia, spem ab eo, qui numinis maiestatem læserit, in eodem numine collocari: sed illud dico, vt religionem vnicè coluerit, & sacra omnia ritè confecerit, Deumquæ semper plenissimo pietatis cultu veneratus sit, minimè posse ea religionis sanctitate à vobis pestem depellere. Num parùm multis exemplis cognitum est, quàm inanis sit ea, quæ homines imbecilli animi torquet amentia religionis nomine commendata? Quàm parùm iuuent adhibita ad Deos præces? Quàm mul-

Loquere,
ad seruos
tuos Syria
lingua.

13
Audite
Gerba Re
gis ma
gni.

vos in pestiferam fraudem detulerit rerum di-
 uinarum fiducia? Hanc igitur amentiam dete-
 stamini: & consilio, dum tempus habetis, non
 temeritate, & infania de salute vestra statuite:
 cuius tota spes est, si sapitis, in Regis Assyriæ cle-
 mentia reponenda. Date igitur operam, vt vo-
 luntaria deditioe gratiâ illius ineat. Quod
 si feceritis, neq; libertatem, nec fortunas amit-
 tetis. Hanc enim legem vobis constituit, vt in-
 terim, dum ille abest, quilibet vestrum vineis,
 & arboribus, & reliquis bonis suis secure fru-
 tur. 17 Postquam verò aduenerit, tum vos hinc
 adducet in regionem non minùs opimam, &
 fertilem, quàm sit hæc, quam possidetis. Ea nã-
 que tellus in quam emigraturi estis, frumenti,
 atque vini copia redundat. Est enim referta fru-
 gibus, & multis vineis confita. 18 Videte, ne dũ
 hanc conditionem oblatam respicitis, postea
 prætermittam rei benè gerendæ occasionem
 frustrà deploretis. Prouidete, ne vos Ezechias
 ineptissimo genere orationis perturbet, atque
 de mente, & sanitate deducat. Dicit enim, id,
 quod in ore semper habet, futurum nempè, vt
 Deus vos eripiat, animosq; vestros hac inani
 fiducia confirmabit, in eumq; errorem indu-
 cet, vt cum illo sociè, & flagitiosè pereatis:
 Sed libenter ex eo quærerem, num reliquæ na-
 tiones, quas vastauimus, mintis religionibus
 deditæ fuerint, quàm vos estis? Minimè profe-
 cto. Omnes enim erant ea superstitione confi-
 etate, vt ex:limarent vitam, atque fortunas es-
 se numinis præsidio muniendas. Quæro igitur,
 num ea opinio, qua fuerant penitus imbu-
 tæ quidquam illis opis attulerit? Imò dimidio

*Næquid
 liberantur
 runt dij
 gentium
 vnusquis
 que ter-
 ram suã:*

maio.

maiores illis vim calamitatis inuexit. Nam
 nec à Dijs suis fuerunt adiuti, nec in Regis fidè,
 quem infita pertinacia incenderant, recepti.
 Nunc igitur temeritatis, & amentie pœnas lu-
 unt, non solùm ab ope diuina derelicti, sed om-
 ni aditu ad Regis clementiam penitus exclu-
 si. 19 Quid agebant illi dij, in quorum tutela e-
 rant, & Chamat, & Arphad, cum illæ prouin-
 ciæ fuerunt euerse? Quibus negotijs erant im-
 plicati dij, quorum ope, Sepharuaim, & quam-
 plurimæ nationes aliæ nitebantur? Sed, vt pro-
 piùs accedamus, ne dicere possitis vestram
 religionem esse meliorem, & sanctiorem, neq; fie-
 ri posse, vt illius vos fiducia fallat, ex illis ho-
 minibus exèpla desumam, qui non modò sunt
 vobis sanguinis communionem coniuncti, sed
 eadem sacrorum religione deuincti. Quæro igitur,
 num quidquam Samariæ religio profuit?
 Num Deus illam è manu potentissimi Regis e-
 ripuit? Minimè certè, nostris enim armis expu-
 gnata, atque vastata fuit. 20 Vnde concludi po-
 test, omnes esse dementissimos, qui sibi firmum
 aliquod præsidium in deorum numine consti-
 tutum arbitrantur: nec ciuitatem istam magis
 fore Dei sui numine subleuandam, atq; contra
 regis maximivires defendendam, quàm fuerunt
 reliquæ nationes, à quibus nulla numina quã-
 tauerunt ab illis religione culta, nostrum impe-
 tum prohibuerunt. Hanc orationem habuit
 ad populum Iudæorum Rabsaces. 21 At vni-
 uersa multitudo conticuit. Præceperat enim
 rex ne quisquam quamuis esset contumelia la-
 cessitus, aliqd responderet. 22 Heliacim verò, &
 Sobna, & Ioah offensi maledictis, q̄ vir impius in
 Deum

Deum congefserat, vestes discidunt, ad regem-
quæ è vestigio reuertuntur, illiq; Rabfacis ora-
rionem referunt.

1 CAP. 1 QVAM cum Rex audisset, vestem repente
XXXVII. dilaceravit, & abiecit, cilicinamq; vestem sum-
2 pfit. 2 Misit autem Eliacim præfectum prætorio
& Sobnam scribam, & sacerdotes seniores ve-
stibus cilicinis amictos, quod erat mæoris in-
3 signe, cum mandatis ad Isaiam. 3 Illi continuò
profecti Regis nomine in hanc sententiam lo-
cuti sunt, Ezechias te supplicibus verbis orat,
& obtestatur, vt videas quo in statu res nostræ
sint. Hoc enim tempore, simul, & ab hoste in
summas angustias adducti sumus, & Deum
nobis iratum esse sentimus, & ex contumelia,
quam hostis in illius numen intorsit, magnum
dolorem percipimus, nec tantam malorum
vim ferre diutius valemus. Vt enim cum gra-
Venerit uida[m] mulierem in ipso pariendi conatu vires
filij & que deficiunt, sic nostra virtus calamitatis magni-
ad partu[m]. tudine fracta languescit, nec potest iam tan-
4 tam vim doloris sustinere. 4 Est itaque necesse,
si nobis DEVS non singularem quandam o-
pem intra breue tempus attulerit, vt animis
concidamus. Deum igitur tuum, quem vnum
ardenti studio colendum suscepisti, precare,
vt nobis prospiciat, & pœnasumat de conui-
cio nefando, quo Rabfaces Assyrij Regis Lega-
tus illius sanctissimum nomen maculare co-
natus est. Quasi enim ad hoc vnum munus ef-
ficiendum missus esset, ita Dei nostri numen
omnibus probris, atque maledictis infecutus
fuit. Contende quantum potes ab illo, ne sce-
lera nostra respiciat, sed gloriæ suæ causam

tuea-

tueatur, quæ erit hominum perditorum calum-
nijs, atque conuicijs exposita, si nec in hostium
scelus acerrimo supplicio vindicauerit, nec eos,
qui in illius tutela latent, è tantis malis, in qui-
bus nunc fordidati, & afflicti iacent, præsentì
ope seduxerit. Cernis, quo pacto decem tribus
Israël fuerunt ferro, fame, vastitate cõsumptæ.
Duæ tribus quæ restabant, iam satis cæde, san-
guine, populationibus, rapinis, & contumelijs,
quas ab hoste immanissimo perpeffæ sunt, eius
crudelitatem expleuerunt. Nos tantum relicti
sumus, huius vrbs angustijs inclusi, & hostiũ
copijs vndique circumuallati. Precare igitur
Deum tuum, vt his saltem populi sui reliquijs,
quæ nunc in squalore, & luctu versantur, beni-
gnè cõsulat, nostramq; miseriam, & orbitatem
respiciat: neque lacrymas nostras negligat, ne-
que preces repudiet: nec gloriam suam infringi,
nomènque Israëlis deleri patiat. 5 Illi qui-
dem Isaiã sic allocuti sunt. 6 Isaias verò ad huc 6
modum respondit. Dicite domino vestro, ne *Ne time-*
malum vllum à Rege impo formidet. Sic enim *as à facie*
inquit illi Dominus, ne verba, quibus serui Re *verborũ*
gis Assyrij labe dedecoris insigni nomen meum *que au-*
deformare conati sunt, metum tibi vllum incu- *disti.*
tiant. 7 Ego illum turbulento spiritu commo-
7 uebo, & scelerum pœnis exagitabo, malusquæ
illi nuncios afferet, quo perturbatus, in pa-
triam suam remeabit, & illic gladio percussus,
interibit. 8 Rabfaces verò, cum cerneret, rem il-
8 li, vt cupiebat, minimè procedere, reuersus est
ad Senacheribum, qui iam è Cachis cum exerci-
tu profectus, oppugnabat summis viribus Lob-
nam, 9 ibi verò certior factus est, Taracham Ae- 9

Q 5

thiopiꝝ

thiopię Regem cum maximis copijs aduenta,
 re, vt cum illo collatis signis confligeret. Quo
 nuntio accepto profectus est, vt hosti cum in-
 struētis copijs occurreret. Interim verò Legatos
 10 misit ad Ezechiam, quibus mandauit, 10 vt hec
 illi dicerent: Ne te decipiat Deus tuus, cuius fi-
 ducia nixus salutem, & incolumitatē tibi pol-
 liceris: neque fidem verbis illius adhibeas, cum
 affeuerauerit Ierosolymam minimē in meam
 11 potestatem peruenturam. 11 Tibi enim explo-
 ratē cognitum est, quantas strages ediderint Re-
 ges Assyrij in omnibus illis locis, quibus bellū
 intulerunt. Omnes enim terras latissimē popu-
 lati sunt, & ciuitates exciderunt: & eos qui ar-
 mati resistebant, interneccione deleuerunt: & tu
 interim, qui nulla ex parte es cum illis, quos
 maiores mei nondum tantas opes adepti va-
 stauerunt, viribus, atque robore comparan-
 dus, fieri posse confidis, vt manus meas effu-
 12 gias? 12 In eo enim errore perstas, vt existimes
 istum Deum, quem colis, tibi suppetias allatu-
 rum. Quasi verò nationes illę, quę ab Assyrijs
 expugnatae sunt, nō suas religiones habuissent:
 numinaque sua patrijs moribus, & institutis
 minimē coluissent: & sacra sua parū solenni
 ritu confecissent. Omnes profectō singulari di-
 ligentia religiones procurabant, & tamen in
 nulla earum ciuitate extitit Deus aliquis, qui
 suorū vrbes, atque tecta defenderet. Nec enim Go-
 zan, nec Haran, nec Reseph, nec habitatores E-
 den, qui erāt in Ithalazar, à dijs suis adiuti, ē ma-
 13 iorumq; meorum potestate liberati sunt. 13 Vbi
 nūc est rex Emat, rex Arphat, & rex Sapharuaim
 & Ana, & Aua? omnes simili amentia concide-
 runt.

runt. Dum enim dijs suis plus nimio cōfidunt,
 maioraque viribus suis facinora moluntur, &
 contra Reges potentissimos, atque fortissimos
 in acie consistere audent, profligati, afflicti, bo-
 nisque omnibus euerfi, extinctiq; sunt, interi-
 tuque suo dignas amentia pœnas luerunt. Eorū
 igitur tristes euentus perhorresce, quorum fa-
 cta imitaris. 14 Cū autem Ezechias ē tabella
 14 riorum manibus literas hanc eandem sententi-
 am continentes accepisset, eas legit, maledictō-
 rumq; impudētiam & scelus admiratus in tem-
 plum continuō se contulit, atq; ibi in conspe-
 ctu Domini literarum volumē explicuit. 15 De-
 15 inde his precibus opem illius implorauit. 16 Domi-
 16 Summe Domine, quem vnū cœlestes exerci-
 tus inuentur, cui seruiunt, cui militant, ad cui-
 17 tus. us nutum, & imperium cœli natura contrem-
 miscit, in cuius vnus clemētia tota salus Israe-
 lis innititur, qui mentibus illis beatissimis in-
 fides, sempiternumq; tibi folium in altitudine
 sapientia, immensaque & infinita potētia col-
 locasti, tu solus Deus es, tuumq; solum nomen
 est metuendū, & ardentissimo studio colēdum,
 immortalibusque laudibus in omni æternitate
 prædicandum. Illi namque dij quos sibi gentes
 perniciosissimis errorib. imbutæ per summum
 flagitium, & scelus ascuerunt, non sunt dij, sed
 inania quædam monstra, atque vanissima por-
 tenta ad hominum pestem, & perniciem confi-
 cta. Tu solus es, qui non in Iudæa tantū domi-
 naris, sed omnia orbis terrarum regna imperio
 infinito complecteris. Tu enim creasti cœlum,
 & terrā, & omnia q̄ vniuersi mundi sinu, & gre-
 17 mio cōtinentur, effecisti. 17. Aures tuas erige, vt
 audias,

audias, oculos tuos intende, vt cernas, & am-
 maduerte quibus conuicijs Senacherib per mi-
 nistros, & satellites suos numen tuum sanctissi-
 mum, atque sempiternum, in quo omnium vi-
 18 ta consistit, insectatus sit. 18 Verum quidem id
 est, Domine, Assyrios Reges quamplurimis ter-
 19 ris vastitatem, & exitium intulisse, 19 neque re-
 ligatione Deorum, quos institutis patrijs supersti-
 tiose colebant, potuisse pestem ab illarum fini-
 bus auerti. Quin & ipsi dijs subiectis flammis in-
 censi, & exusti sunt, illorumq; cultus euaniuit.
 Nec enim dijerant, sed simulacra ex lapide, au-
 ligno dolata, hominumq; manibus effecta. 20
 Nunc igitur, Domine, gloriæ tuæ consule: cau-
 20 sam tuam suscipe: contumeliam nomini tuo il-
 latam vindica, nosq; ex immanitate tyranni il-
 lius eripe, vt cognoscât omnia regna, te solum
 Deum verum esse, tuiq; solius numē esse, & per-
 timescendum impijs, & pijs sempiternis in ce-
 lum laudibus efferendum. Hæc quidē Ezechias
 21. 22 precatus est. 21. 22. At Isaias misit ad illum con-
 tinuō, qui nomine illius responsum, quod De-
 us ediderat, enunciaret. Deus, inquit, cuius tu
 misericordiam precibus efflagitasti, vt tibi con-
 tra Senacherib Regis Assyrij potentiam auxi-
 lium mitteret, sic effectus est, eiusmodiq; verbis
 sanctam ciuitatem allocutus: Hostis immanis,
 & truculentus te virginem incorruptam, qua
 nūquam thorum tuū impietatis nefanda libi-
 dine commaculasti, nec alienis dijs pudicitia
 tuam violandam tradidisti, despexit, decus tu-
 am confixit maledictis, suūmq; in te, & in sta-
 23 tum tuum odium exprompsit. 23 Nescit demē-
 cū tu violaueris, Dei numen violari, cumquē
 no-

*Et nunc
 Deus no-
 ster salua
 nos.*

*Despexit
 te & sub-
 sanauit
 te virgo
 filia Sion.*

nomen tuum conuicio verberatur, maiestatem
 illius verberari. Sic enim Dominus cum illis,
 qui in fide illius permanēt, & imperium illius
 sequuntur, amore copulatus, vt nihil ab illis se
 iunctum habeat. Quamuis igitur Assyrius nul-
 lam in eum contumeliam iecisset, tamen ea pro-
 bra, quæ tibi obiecit, perinde accepisset, ac si nu-
 men illius fuisset probris omnibus indignissi-
 mē vexatum. Sic igitur in Assyrium inuehitur: *Cui expro-
 braſti, &
 quæ blas-
 phemaſti*
 ô scelus, ô prodigium, num intelligis, in quem
 maledicta cōgesseris! Ipsū cœli rectorē, & Do-
 uicio lesisti: numen altū, & excelsum in te tua i-
 sta maledicēdi libidine concitasti. 24 Per mini- 24
 stros enim tuos Domino maculam sempiterni
 dedecoris inurere conatus es: gloriam, quā ad
 te nefariē transtulisti, & omnes victorias, quas
 fuisti illius præsentī numine consecutus, viri-
 bus tuis adscripsisti. Sic enim dixisti: Ego cur-
 rum meorum multitudine cōstipatus, rerum
 humanarum altitudinem, atque summum fa-
 stigium superauī, & in omnia, quæ tanquam in
 densissime syluæ lustris, & intimo recessu latue-
 rant, penetraui. Ego maximis regibus securim
 infixi: summosq; principes bello strauī: magna
 quæ imperia deleui: & quācumque impetum tu-
 li, omnia ferro populatus sum. 25 Ego viribus, 25 *Ego fo-
 di, & bibi
 aquam.*
 et industria mea perfecī, vt in regionibus etiam
 aridis, & ab omni cultu derelictis opibus sum-
 mis affluerem, rebusq; omnibus ad regium lu-
 xum, & vitæ magnificentiam necessarijs abun-
 darem: Contrā verò, fertiles regiones latē vasta-
 ui, & in copiam, & affluentiam magnorum Re-
 gum munitionibus extructam inuectus sum, &
 quid-

26 quidquid in hominum fortunis eminebat, per
 dibus meis prostrui, atque conculcaui. 26 Haec
 secum vir immanis, & sceleratus perpetuò ma-
 ditatur, & his cogitationibus inflatus, numine
 meum contemnit. O hominis amentissimi de-
 plorandam cecitatem: o furorem detestabilem
 & vehementer execrãdum. Tantusne te super-
 oppressit, vt nũquam intelligeres, omnia, me
 vi, potestate, numine contineri? Nunquam fi-
 ma, & auditione percepisti, meo consilio cur-
 ãta gubernari, nec esse quidquam, quod absque
 voluntate mea loco moueatur? Quæ enim iam
 pridem animo designaui, quæ stabili consilio
 definiui, nunc, cum temporis præfiniti ma-
 ritas aduentauit, effeci: & olim quæ futura præ-
 dixeram, exitu tãdem præfisti, vt in hominum
 scelus vindicarem, & ciuitates munitas vasti-
 rem, mœniumquæ ruinas ederem, & impiorum
 27 Habi- hominum strages efficerem. 27 Eorum autem
 tates ratores ciuium, quos euertere cogito, manus metu de-
 earũ bre- bilitantur, vires franguntur, ipsiquæ insignibus
 uia a ma- ignominia notis inuruntur, & fiunt similes her-
 uicore- bis agrorum aut oleribus hortorũ succis, aut
 uerunt. sceno tectorum, quod, priusquam exurgat, atque
 28 grãdescat, exarescit. 28 Imperij igitur tui sedes
 & amplitudo, & egressus è patria tuus, vt bellis
 impijs nationib⁹ inferres, & itinera tua omnia
 non absque meo numine, & consilio perfecta sunt,
 nec furor quidem iste animi tui, quo in homi-
 num cæde, atque urbium vastitate baccharis,
 sine consilio meo hominibus perniciem machi-
 natur. Ego siquidẽ te auxili opibus: ego tibi eam
 mentem inieci, vt bellum contra multos mor-
 tales comparares, vt operã tuã ad vlciscendum
 homi-

hominum scelus abuterer: & per te impietatis
 pestiferam luem, quæ indicis magis ad humani
 generis perniciem serpebat, exsecarem. 29 Nũc
 igitur quando successibus elatus tanta flagras
 amentia, vt etiam in me furenter inueharis, &
 humanæ imbecillitatis oblitus, humanos casus
 non extimescis, existimasquæ opes tuas, quæ
 tibi ingentes spiritus extulerunt, fore sempiternas:
 quando igitur intolerabilis ista arrogan-
 tia tua mihi penitus explorata est, ergo te coër-
 cebo, & comprimam, & tanquam iumentum
 indomitum acriter refrenabo: & è medio cursu
 te in patriam inuitum, atque repugnantem re-
 traham, vt ibi tandem debitas insolentia tuæ
 pœnas exoluas. 30 Tibi vero, Ezechia, vt clarius
 intueri possis, quæ presenti auxilio succurrere so-
 leã omnib⁹, qui in magnitudine meæ gratia, at-
 que benignitatis acquiescunt, spondeo non
 modò impendentis periculi depulsionem; verũ
 etiam summam annonæ vilitatem. Hoc
 igitur signo animus tuus multò magis confir-
 mabitur. Hoc enim anno quo propter arationis
 desertas fames timebatur, ex præda tantũ fru-
 menti numerũ colliges, quantũ sat fit, ad om-
 nem ciuitatẽ alendam, atque sustentandam. Al-
 tero deinde anno sine agrorum cultu, tanta fru-
 gum vbertas ex agris ipsis sponte sua proueniet,
 vt nulla aratorum industria requirenda sit.
 Tertio denique anno, seminabitis, & metetis, &
 vineas conferetis, & fructus ad vitam tuen-
 dam necessarios abundẽ colligetis. 31 Reliquia
 verò, quæ ex Iuda fidei firmitate, & constantia
 conseruatæ sunt, altissimas agent radices, vir-
 tutumquæ maximarum stirpibus innixæ cre-
 scent,

30 Tibi
 autẽ hoc
 erit signũ

32 *Quia de Ierusalem exi- bunt reli- quia.* fcent, & in sublime frondibus elate, fructus sua-
 ues proferent. 32 Ex Ierofolymis enim, & ex
 Syone, hoc est, ex legis cultu, & ex religionis
 sanctitate reliquæ salutæ consecutæ prodibunt,
 quæ terrarum orbem lustraturæ sunt. Hoc au-
 tem beneficium non hominum meritis tribu-
 dum est, sed ad illud incensum diuinæ clemen-
 tiæ studium, quo suos benignè complectitur, &
 quorum gratia est acer, & infensus improbis,
 33 est meritò reuocandum. 33 Idcirco sic ait Domi-
 nus de rege Assyrio: nō solūm non ingreditur
 hostis in hanc urbem: sed ne sagittam quidem
 in eam iaciet. Nō enim cominus phalanx testa
 scutis urbem adoriatur, nec aggeres quidem ad
 34 eā oppugnandā excitabuntur. 34 Eadē via qua
 venit, re infecta reuertetur, nec ciuitati huic
 35 vt cogitat, perniciem inferet. 35 Hanc enim ciui-
 tatem numine meo protegam, non quidem ob-
 strictus hominum meritis; sed mea tantūm be-
 nignitate prouocatus, vt glorię meę consulam,
 feruiq; Dauidis nomini, atque posteritati pro-
 spiciam. Hac quidem dominus oratione per I-
 saia, Regem bono animo esse iussit, & spe futu-
 36 ræ salutis excitauit. 36 Nec diu promissū distu-
 lit. Egressus enim angelus Domini de nocte, et
 iam Senacherib Ierofolymā obsidione cinxi-
 fet, occidit in Assyriorum castris centum & o-
 ctoginta quinque hominum millia. Mane igitur
 37 tur, cum reliqui surrexissent, cadauerum mul-
 titudinem intuentes exanimantur. 37 Rex tra-
 gis magnitudine perturbatus, inde confestim
 38 abscedit, atque Niniuem restā contendit. 38 Ibi
 verò cum die quadam in templo Deo suo (Nim-
 roc appellabant illud simulacrum Assyrii) rem-
 di-

diuinam faceret, duo filij illius, vni quidem
 nomen erat Adramelech, alteri verò Sarasser,
 qui inter se de parentis nece coniuerauerant, im-
 petum repente faciunt, illumq; districtis gladijs
 adoriuntur, & immanissimè trucidant. Inde
 confestim aufugiunt, & in Armenia tandem ab
 insequenti ū turba libertati confidunt. Hunc
 vitæ exitum habuit tyrannus ille, cuius animū
 ita secundæ res extulerant, vt non solum esset
 cunctis hominibus infestus, verum etiam in
 Deum bellum compararet. Assaron autem fili-
 us eius in locum illius successit. Hactenus qui-
 dem de Senacherib rebus dicta sufficiant, nunc
 ad Ezechiam redeamus.

1 Accidit eo tempore vt Ezechias periculoſo, i CAP.
 atque mortifero morbo vexaretur. Venit autē xxxviii.
 ad illum Iſaias filius Amos Propheta, Deiq; nō-
 mine eum admonuit, vt testamentum faceret,
 familięq; suæ prospiceret. Futurum namq; vt
 ex eo morbo minimè conualesceret. 2 Hac di-
 cto Ezechias obſtupuit. Multa namque simul a-
 nimo reputabat, quę magnum illi dolorem in-
 urebant. Atque primum illud, quod natura ni-
 mis asperum, & acerbum videbatur in ipſo ro-
 bore florentissimę ætatis extingui: deinde sine
 liberis decedere: deinde eo tempore, quo post
 multos labores vitæ tranquillæ suauitatem gu-
 stare incipiebat. Tum cogitabat, nondum ea,
 quæ belli impetus perculerat, atq; profrauerat
 excitata esse: nondum à se Remp. perfectè con-
 stitutam, nec ad sanctissimæ disciplinæ seueri-
 tatem reuocatam. Postremò erat de cultu reli-
 gionis, & de gloria diuina sollicitus, quam me-
 tuebat, ne intempeſtiua illius morte hominum

impuris sermonibus imminueretur, multique mortales à studio pietatis auerterentur. Dixit enim; hem cur fidem, & pietatem colas hem cur omnem vitam in religionis studio cõsumas. Isne est integritatis, & innocentie fructus? Hoc iustitiæ præmium, & emolumentum. Nam quis hoc extitit vel moribus, & vita continentior, vel maiore studio pietatis incensur. Et tamè quædiu vixit, fuit infinitis laboribus exercitus: nunc verò cùm pace, & otio frui incipiebat, & videbatur ex bonitate sua fructum consequi, fuit repentè misero, funestòque fato consumptus. At, quàm multi flagitijs infames, & sceleribus infinitis alligati, vitam cum iucunditate, rerumq; omnium copia ad summam benevolentiam perducunt, liberosq; bonorum suorum, atque nominis heredes in vita relinquunt. Huiusmodi oratio, quam multi partim impudentes, & scelerati, partim suis rebus diffidentes, & imbecilli habere vulgò potuissent, facillimè in multis pietatis studiũ restinxisset. Hæc omnia considerans Ezechias sanè perturbatus est. Tunc ad parietem conuersus, vt oculis abominibus, qui illum circumfistebãt remotis mentem magis liberam, & solutam in Deum intenderet, sic numen illius adorauit: 3 Summe Domine, quem vnice colo, quem veneror, cuius fiducia nitor, recordare quæso, quanta fide te tota mente complexus, & omnia quæ tibi cordi esse cognoui diligenter executus sim. Hæc tantum effatus, ingentem viam lacrymarum profudit. 4.5 Nondum Isaias regiarum ædium limine pedem extulerat, cum subito diuini spiritus impulsu, ad Ezechiam reuersus est, & ex Domini ipsi-

3 *Obsecro Domine.*

ni ipsius præscripto his verbis fletum illius absterfit: Ezechia, non est cur luctu, atque mœore contabescas, cùm Dominum preces, & lacrymarum tuarum ad misericordiam inflexerint. Sic igitur te alloquitur: Ecce quindecim annos ad vitam tuam addam, 6 & ciuitatem hanc contra Assyriorum opes præsidio firmo, & inuictò comuniam. 7 Vt autem fides tua sit multò constatior, diuinaq; benignitas aduersũ te multò clariùs ab vniuersis conspici possit admirando quodam signo hæc ita fore confirmabo. 8 Vmbram enim, quæ iam solis in occasum vergentis decursu in horologio Achaz latè descendit, Solis contrario motu repentè decem gradus ascendet, diesq; præcipitans ad principium ferè reuocabitur: vt intelligas Dei infinita potentia fieri, vt vita propemodum extincta respiret, & mortui reuiuifcant, & tenebræ depellantur, & splendor nouus exoriatur. Hoc Dei oraculum statim rerum exitu comprobatum fuit. Nam & umbra in horologium decem gradibus reuerfa est: gradus appellabantur, quibus horæ in horologio distingui solebant: & Ezechias è morbo cõfestim emerfit: 9 & carmen continuò composuit, quo beneficium illud, quo fuit è faucibus ipsius mortis ereptus celebrauit. In hanc igitur sententiam scripsit: 10 Cùm me subito morbus oppressisset, magnitudineq; sua spem vitæ longioris mihi præcidisset, cogitabam, me iam lethi portas ingressurũ Dolebam itaq; atq; vehementer angebar, cùm cernerem vitam meam in medio cursu diuino iudicio confici, atq; cõsumi. 11 Aegerrimè autè patiebar esse mihi subtractã materiam pietatis colendæ, caritatisq; omni-

Nō vide- studio conſectandæ. Dicebam igitur, ð me mi-
bo Domi- ſerum, cui nō licebit iam ad Domini templum
nū Deū adire, & in illius conſpectu hoſtias immolare,
in terra piæque preces adhibere. Iam non potero homi-
Sinētū. nibus benignè facere, ciuium mores diſciplina
Non aſpi- æquabili deuincire, miſerorumque inopia ſub-
ciam bo- leuare. 12 Aetas mea à me incredibili celeritate
minē ſl- migratit: & quaſi tabernaculum paſtoris loco
tra. mota eſt: ſimiliter atque textor, cū telam ab-
12 Gene ſoluerit, extrema ſtaminis fila præcidit. Sic ego
ratio flagitijs meis inortiferum vitæ meæ vulnus in-
mea abla- fluxit: ætatemque meam, quaſi iam eſſet ad extre-
ta eſt. mum perducta, tanquam gladio quodam reſe-
 cui. Sic aut̃ animo mecum meditabar: Deus hu-
 ius morbi vi me certè cōficiet, nec potero mor-
 ris acerbicatem vitare. Manè dicebam, ante ve-
 ſperum, Domine, vitā meam exhauries: 13 dein-
 de veſperi dicebam, antequam dies illuceſcat,
 tanquam leo oſſa mea confringet, omneſque vi-
 res meas contundet, & debilitabit. Sic igitur ex-
 iſtimabam vitam meam eſſe à te ſpatio temporis
 matutini, atque veſpertina definitam. 14 His
 igitur curis anxius afflictabar: & quaſi grus,
 aut hirūdo queſtibus omnia replebam: & quaſi
 columba frequenti gemitu incluſam morbi
 vim, quæ me torquebat, aperiebam: & interim
 oculos in cælum tollebam, uſque eò, dum plū-
 nimio intenti deficerent. Dicebam autem, Do-
 mine, ſumma quidem morbi vis hæc eſt, cui
 iam non poſſunt vlla remedia hominum arti-
 bus inuenta reſiſtere. Ad mortem rapior, & tan-
 quam addiſtus trahor, vt interitum meo debi-
 tum, quo ſum aſſriſtus, diſſoluam. Adeſto, Do-
 mine, pro me ſponde, fidemque tuam interpone,
 clem-

clementiaque tua iuſtitiam tuam deprecetur, &
 lucis uſuram aliquam mihi impetret, dum gra-
 tia tua ſuffultus queam crimina, quæ admitti fa-
 ctis egregijs compenſare. 15 His quidem verbis
 interitum meum deſiebam: cū ſubitò mihi
 Dominus benignitatis ſuę lumē porrexit. Qui-
 bus verbis, quo genere orationis, tam inſignem
 in me illius benignitatem explicabo? Nec enim
 diſtulit. Adfuit, promiſit, effecit, ſpem ſanitatiſ
 oſtendit, & abſque vlla morā ſanitatē reſti-
 tuit. Nunquam huius tantī angoris, & acerbic-
 tatiſ, quæ me vehementer afflixit, memoriā
 deponam: ſed de illa, quoad vita ſuppeditabit,
 noctes, & dies cogitabo, & quotānis in templū
 multorum hominum fidelium comitatu cir-
 cumſeptus cum donis incedam, vt victimas
 immolem, & ſacrificia laudis offeram, & recor-
 datione tantæ in me benignitatis inflammer.
 In me namque documētum ſtatuiſti, Domine,
 quanta benignitate proſequeris eos, qui te to-
 tiſ animi præcordijs intuentur. Nam ad eorum
 vitam annorum cumulum addes, illorumque
 animos immortalitatiſ muneribus augebis, &
 amplificabis. 16 Horum bonorum omnium re-
 cordatione, quæ ſunt illis à te parata, atque con-
 ſtituta mentis meæ vita continetur, ita vt in o-
 mni calamitate, hæc me futurę immortalitatiſ
 ſpes mirificè ſuſtenteat. Firmiſſimā enim ſpem
 habeo in benignitate tua repositam, & credo
 futurum, vt tu me morte quaſi ſomno conſo-
 pitum, in vitam illam ſempiternam excites, &
 lumine cœleſtiſ ſplendoris illuſtres. 17 Sic igi-
 tur factum eſt, vt ne mortem quidem valdè
 pertimeſcam, Siquidem per illam video adi-

tum ad immortalē gloriam clementiæ tuæ magnitudine patefactum. Hic enim morbus, quo acerbissimè conflictatus sum, hæc vis doloris, quæ me incredibiliter afflixit, magnam mihi felicitatis causam attulit, & ingentem bonorum omnium copiam importauit. Nam animam meam eximia beneuolentia fuisi prosecutus, eamque ab exitio, & interitu vindicasti, omniaque peccata mea obliuione sempiterna contriuisisti, in quo quidem gloriæ tuæ linguari ratione prospexisti. Documentum enim præclarum statuisti, nunquam eos, qui in tutela tua sunt, esse ab ope tua deserendos, sed vitam sempiterna, atque gloria immortalī cumulandos. 18 Nec enim mors, & interitus tuorum gloriā tuam illustrat: nec casus eorum, qui in te spem vitæ constituunt, laudibus tuis omnium prædicatione celebrandis materiā præbet: nec illi, qui sempiterna morte penitus extincti, atque deleti sunt, fidem tuam in cælum ferent.

18 Nō infernus cōfitebitur tibi.

19 Qui vita, qui vita, beneficio tuo fruitor, quæ admodum ego nunc fruor, qui spiritu tuo viget, & mysteria diuina considerat, & ad immortalē vitam aspirat, is est, qui te sempiternis laudibus efferet, qui filios suos ad laudem tibi sempiternam tribuendam erudiet, qui de fide tua, quam erga illos, qui sese tibi dedicauerunt, conseruas, nullis in omni æternitate sæculis conticecet.

20 Dominus enim solus est, qui mihi salutem attulit. Omnibus igitur diebus vitæ meæ illū carminibus, & instrumentis musicis, & cantibus in templo celebrabimus: nec patiemur villo modo memoriā tantę benignitatis extinguī. Hæc

nu

nus quidem Ezechias. 21 Isaias tamen, vt documentum daret, nō esse in hominum morbis ea remedia, quæ Dominus eorum causa creauit, aspèrnanda, præcepit ministris, vt ficorum massam contusam Ezechiæ vlcibus adhiberent. Ne tamen quisquam eam sanitatem remedijs humanis adscriberet, Ezechias non sensim, & leniter, vt, cum remedia salutaria, humana tamē, adhibentur, fieri solet, sed repente conualuit, integrasque vires recepit. 22 Magnum autem argumentum pietatis, quæ in Ezechia eminebat, fuit illa vox, quam emisit, cum Isaias illi sanitatem futuram nunciauit. Ait enim: quo tandem signo erit mihi penitus exploratum, me in Domini templum ascensurū? Vnde colligitur non tam cōmunis vitę cupiditate illū in tanto mœrore versatum fuisse, quā propter admirabile religionis studium acerbissimo mœrore consistari, quod mente imeditus nō posset diutius in vita religione colere, nec nomen Domini celebrare, nec opera sancta, atque præclara moliri.

1 HOC autē miraculo, quo testatum fuit san-
nitatem Ezechiæ diuino munere fuisse restitu-
tam, cum multas alias nationes, tum Chaldeos
præcipuè, qui syderum cursus diligentissimè
notabant, admiratione defixit. Regnabat tunc
in Babylonia Merodach Baladan filius Baladā.
Is igitur vt de ratione signi illius admirandi
certior fieret, & amicitiam cum Rege pio firmaret, misit ad illum cum literis, atque muneribus, qui ei de recuperata sanitate gratularentur. 2 Quibus quidem nuntijs Ezechias mirifice lætatus est, Legatosque satis benignè, & hospitaliter excepit: tantaque humanitate eos

1 CAP.
XXXIX.

2 LATER
est autē se
per eis E-
zechiæ.

profecutus fuit, vt omnes suas opes illis explicaret, in eorumque conspectu proponeret, auri, & argenti magnum pondus, aromatum, & vnguentorum incredibili suauitatis odore fragrantium multitudinem, vasa singulari opere perfecta, preciosasque vestes, variam, & magnificam suppellectilem: quidquid denique fuit, vel in thesauris, vel in toto regno, quod esset & pretio, & pulcritudine regio luxu dignum. Itaque omni ratione laborauit, ne humanitatis officijs à Babylonie Rege vinceretur, & vt animum suum gratum, & beneuolum multis signis ostēderet. 3 Hæc Regis incōsiderata simplicitate fuit non mediocriter offensus Isaias. Primum enim colere tanto studio impij regis amicitiam, non erat in mediocri vitio ponendum: deinde credere, fieri posse, vt quorum religio, atque mores dissiderent, animi firmo inter se anteriori sedere conuenirent, erat summæ stultitiæ tribuendum. Necessè namque est, vt qui moribus, & institutis, & studio vitæ sunt inter se dissimiles, animis ita dissentiant, vt alij in aliorum perniciem, cum primum vires nacti fuerint, erumpant. Vt igitur sapientis est præcauere, ne quid insidiarum in specie fictæ amicitie lateat; ita stultissimum est, totum animum amicis insidis aperire. Iam verò non arma, non arcium munitiones, non locorum asperitates, non armatorum hominum multitudinem, sed opes, & diuitias hominibus ad summam tyrannidem spectantibus ostentare, non erat aliud, quam merum demere, & cupiditatem irritare. Id enim bellum suscipiunt homines libentissime, quo minimo cum periculo summum

sibi

fibi laboris præmium proponunt. Vt igitur fuisset inhumanitatis, munus illud sibi missum aspernari: ita fuit temeritatis tantam fidem hominibus illis, quos tum primum viderat, habere, vt omnes suas opes illis demonstraret. Ommitto leuitatem, quam præ se ferre videbatur, illa diuitiarum ostentatio: omitto glorie illius inanitatē, non in opibus animi, sed in terrestribus diuitijs constitutæ: omitto denique crimen, quod in amicitia illa cum hominibus à vera religione abhorrentibus inita nimis amplexanda committebat, ipsa certè nimis aperta simplicitas erat reprehensione dignissima. Venit igitur ad illum Isaias, vt eum amentie, atque temeritatis accusaret. Primum itaque eum interrogans ait: quid nunciant tibi homines ij, aut vnde veniunt ad te? E terra, inquit, longinqua veniunt, vt me sui regis nomine saluent, sunt enim Babylonij, & inde profecti sunt. 4 Quid, inquit, domi tuæ cōspexerunt? Prorsus, inquit, omnia. Nihil enim est in thesauris meis, quod non illis euolutum, & explicatum ostenderim. 5 Quando, inquit, Isaias, tantum in te crimen stultitiæ admisisti, audi nunc quid Dominus tibi futurum prænunciet, vt intelligas quibus hominibus te ipsum dedideris. 6 Iam appropinquit tempus illud, quo opes vniuersæ, quas habes domi tuæ reconditas, Babylonem asportentur, ita vt nihil ex illis diuitijs ingentibus, quas parentes tui in thesaurum congefferunt, in ædibus relinquatur. 7 Quin & ex posteris tuis, quos satu tuo generabis deligent, quos eunuchos faciant, vt in aula regia Babylonis ministrant, & seruitute perpetua premantur. Eze-

R 5 chias

chias verò ait: Benè vertat Dominus hoc, quod nomine illius protulisti. Interim tamè me spes illa sustēbit, quam habeo in illius fide collocatam. Promisit enim diebus meis me pace, & incolumitate fruiturum. Hactenus quidē ea, quæ in diebus Ezechia accidere, referuntur.

LIBER QVARTVS. PROOEMIUM.



Qvanquam in amore illo nobis penitus insito, quo nos ipsi complectimur, tota nostri status tuendi, atq; conseruandi ratio posita videatur: cum tamen iextra modū prodit, omnium malorū seminator est, totamq; hominum vitā funditus euertit. Nam, cum omnis amor humanis rationibus excitatus animo tenebras offundat, mentemq; impediatur, quod minus vitia, quæ insunt in ea re, quam habet caram, perspiciat: tū ille, quo se quisq; amat, tantū valet, vt animum de toto mentis statu deiciat, & in turbulentos atq; pestiferos errores inducat. Ita eueniet, vt ratione de gubernaculis deiecta, temeritas, atq; libido in humana mente dominetur, totumq; animū, quocumq; ruere incipiet, impetu furibundo contorqueat. Dū igitur sibi quisq; indulget, dū propria voluntati seruire pulcrum esse statuit, dum postremo ad suam cupiditatem omnia referendi putat, quasi quodam astu iactatus, tetracaligine circumfusis nihil vere, & incorruptè iudicare potest: sed pro pulcris deformia, pro salutaribus pernicioſa, pro incūdis acerba, si euenit arripit: & q; fragile

gile, & caducum est, quasi stabile sit, atque sempiternum, modis omnibus amplexatur. Sic igitur animus ruat necesse est, & in pestem sempiternam præceps furorē, & amentia rapiatur. Nihil est enim mentis cecitate funestius. Quod enim magis corpori animus antecellit, eò cecitas animi est magis detestabilis, & execranda. Deinde homo corporis oculis orbatus, quantum ratione ducitur, non est omnino cæcus existimandus. Id enim ipsum cerè videt, se videndi sensum non habere. Itaque ducem requirit, & baculum efflagitat, & manibus viam, quam est ingressurus, explorat: & ne quid offendant sensum, atque leniter incedit: & summa diligentia cauet, ne labatur, & cōcidat: at qui mentis cecitate laborat, cum id ipsum rationis lumen, quod erat de amentia iudicandum, amiserit, non potest vllomodo suam ipsius cecitatem ratione perspicere. Tantum igitur abest, vt alicuius ducis, atque moderatoris opem imploret, vt se potius ostendet, summamq; sibi sapientiam assumat, seque tantis ingenij opibus instructum esse arbitretur, vt facile possit reliquos mortales imperio suo moderari. Sic igitur ruit, seque in exitium præcipitat, vt non ipse tantum, sed omnes qui se cum illo coniungunt, omnibus ruinis opprimantur. Vt enim nihil est sapientia falsa opinione dementius; ita nihil excogitari potest in omni genere pestilentius. Sed cum multa mala ab hac summa stultitia, quæ sapientiæ nomen obtinere contendit, oriuntur; tum nullum est tertiū, atque detestabilius eo, quod est in impia mentis rebellionē, & perfidia cōstitutum. Dum enim hic amor nostri longius euagatur, non solum nostra vitia nō sentimus; verum etiam adeo nobis pulcrè esse iudicamus,

Vt summa nos tandem capiat nostri conditoris, atque
 rectoris obliuio. Quasi enim à nobisipsis orti essemus,
 nec diuino beneficio in hanc vitam fuisset ingressi,
 ita nobis fidimus, nostro ingenio nitimur, nec in Deo,
 sed in nobisipsis omnia vite praesidia, atque dignitatis
 ornamenta collocamus. Sic igitur fiet, vt à Deo, cuius
 opem contemnimus, derelicti, & nostris cupiditatibus,
 quibus seruiendum existimamus, omnino traditi, in
 miseriam sempiternam precipites exturbemur, atque
 pœnas subeamus, quas omnes illi, qui fuere summa
 amentia vexati, pertulerunt. Hic enim furor mentes
 cœlestes, quae se nimis amauerunt, ab altissimo caelisa-
 stigio deturbauit: hac amentia primos humani generis
 parentes afflixit: hac intoleranda superbia principes,
 hominum opinione maximos, funditus perdidit, eo-
 rumque opes, atque nomen extinxit: hac postremo da-
 monis infestissimi regnum, cum hominum summa pe-
 ste, & pernicie in terris amplificauit. Ex quo sequitur,
 nullam esse tetriorem vitæ pestem, nullum malum per-
 niciosius, atque funestius, eo, quod hoc amore amentis-
 simo, & perditissimo continetur. Summus igitur furor
 est, aliquid aliud amabile, & expetendum iudicare,
 præter honestatem. Quid enim est amore dignum, nisi
 quod excellenti forma, & specie pulchritudinis antecel-
 lit? Quid autem pulcrum existimari cõuenit, nisi quod
 est diuino modo, atque ratione dimensum, & aptissi-
 ma partium compositione venustum, & cœlestis numi-
 nis candore, & splendore clarissimum? Cum autem hæc
 omnia vera honestas animi in se complexa contineat,
 reliquum est, vt ea sola, siue illa in nobis sit, siue in alijs,
 nos debeat ad se amandam allicere. Sed illud statuen-
 dum

dum est, cū sola iustitia pulchritudo amabilis, et expetē-
 da sit, tantumque beneuolentia sit rei cui libet impari-
 endum, quantum ea res pariceps illius honestatis
 extiterit, multò certè magis ipsum iustitia, atque digni-
 tatis fontē, vnde omnes laudes manant, & fluat, amā-
 dum esse, & valde ardentè expetendum. Qui igitur
 sese ad virtutis, & honestatis studium tota mente con-
 tulerit; opus est vt in Deū intueatur: illius speciem, &
 pulchritudinem contempletur: & ad illius effigiem vi-
 tæ institutis, atque numeribus imitandam se conferat.
 Aliter enim nunquam aliquem virtutis gradum in vi-
 ta consequetur. Quod cum fecerit, non erit periculum,
 ne se nimis amādo, de statu suo demigret, & in pestem
 ruat. Nam cum omnis virtus, quam auis illa dignitate
 præcellat, cum in diuina virtutis claritatem incurrit,
 obscuretur, & cõparatione illius euanescat: consequens
 est, vt, qui mentis oculos in diuina virtutis elegantia
 desiguit, omnem amorem in eam conferat: illius deside-
 rio flagret: & ardentissima caritatis ignibus inflam-
 metur: vsque adeò, vt in sui odium quodammodo veniat,
 in eoque nervos omnes intendat, vt à seipso diuulsus,
 cum Deo arctissimis vinculis astringatur. Vt igitur a-
 more illo cæco, & insano omnia mala, quæ sunt in ho-
 minum perditorum vita, continētur: ita odium nostri,
 non quidem furore, & amentia susceptum, sed cogita-
 tionibus sapientissimis excitatum, nos ad beatam, &
 immortalem vitam perducit. Quòd si amoris natura
 salutaris, & benefica est, concludi potest, eum, qui se ni-
 mis amat, cum sibipso caussam tam furæ, & cladis af-
 ferat, esse sibi grauiter inimicum, & insensum: contra
 verò, qui se, hoc est, qui temeritatem suam odio acerbò

persequitur, sibi valde amicum esse. Dignitatem
 nim suam tuetur: salutem suam constituit: omnes
 pes suas auget, cum ductus odio sui, animum suum
 suipsius familiaritate, et consuetudine, quantum po-
 test, abducit; vt eum cum diuina lege, atque volun-
 tate conglutinet. Ergo, cum in hoc odio sit totius sa-
 pientia fundamentum, omnis noster conatus eò compa-
 randus est, vt illud acerrimè suscipiamus: vt ita tadem
 ea, que sunt iucunda, & amabilia consecremur, et tur-
 pia, atque flagitiosa summa animi contentione repe-
 lamus. Via autem quã id consequi posimus, est in-
 denti fide posita. Ea namque postquam tenebras ani-
 mi dispellit, vtrumque simul in conspectu proponit, &
 diuina pulcritudinis, quo ad acies mentis nostra fertur,
 atque sustinere potest, splendorè, & natura nostra fra-
 gilitatem, cum flagitiorum omnium fœditate conuen-
 etam. Indefit, vt simul, & nos ipsos nostri odium ca-
 piat: & amor diuinarum rerum incendat. Quò autem
 magis in hoc studio progredimur, eò magis, atque ma-
 gis opus est, vt ad similitudinem diuinae mentis accel-
 mus. Quò enim magis nostra abijcimus, atque depom-
 mus, eò facilius omnia diuina munera, & ornamenta
 consequimur. Cum autem id propositum sit Isaia, vt
 nos simul, & in odium humanae prauitatis adducat, &
 studio, & amore diuinae benignitatis inflammet, tum
 in hoc loco, quem nunc tractandum suscipimus, in vtro-
 que munere efficiendo, est maximè oratio illius admi-
 randa. Diuina namque mentis viribus acriter excita-
 tus piorum hominum cœtum alloquitur, illisque omni-
 bus de tanta felicitate summa quadã orationis magni-
 ficentia gratulatur: & diuinae gratiæ magnitudinẽ ex-
 dibit

dibus verbis exaggerat. Et vt magis beneficij, atque
 muneris amplitudinẽ explicet, de Christi numine, im-
 perio, maiestate, cuius operã tantum munus admini-
 stratum fuit, luculentissimè differit: tum vt magis am-
 plitudo, atque maiestas illius emineat, quanta sit hu-
 mana natura fragilitas, quanta vanitas, & inconstan-
 tia, diligenter exponit: vt sic tandem persuadeat omni-
 bus, qui vitam suam firmo, & inuidio presidio munito
 voluerint, vt res omnes humanas, atque adeo seipfos
 contemnant, atque despiciant: totosque se cum summo
 illo rerum omnium Domino, optimoque generis huma-
 ni parente coniungant: & vt ita dicam, ab hominibus
 exeant, vt diuinitatis ipsius compotes existant. Multò
 igitur acriter inflammatus eos, quos habet muneris so-
 cios maxima voce compellat, & admonet, vt plebem
 Domini, ad tanti muneris fructum alacriter accipien-
 dum: exhortentur. Sic igitur ait:

I CAP. XL.
 Consolamini consolamini populum meum, dicit Deus vester, cœtulumq; fidelium lenissimis
 verbis à luctu, ad lætitiã reuocate: 2 perculosos,
 iacentes erigite: omnibus spem salutis, atq; sem-
 piternæ dignitatis ostēdite. Iam enim sunt per-
 functi periculis, leuati laboribus, & onere du-
 rissimæ militiæ liberati. Iam enim tēpus illud
 diuino cōsilio præfinitum completum est, quo
 est seruile iugum à ceruicibus hominum deij-
 ciendum: & peccati, cuius sub lege militabant,
 vis extinguenda: metusq; mortis, quo fracti e-
 rant omninò depellendus. Erunt enim scelere
 soluti: & ab omnib. peccatis, quib. astricti tene-
 bātur, expiati. Nā satis abudè fuit diuinæ iusti-
 tiæ pro eorū peccatis satisfactum. Multò namq;
 maius

Cōpleta
 est mali-
 tia eius.

Suscipit
 de manu
 domini
 duplicem

maius pondus est in pretio, pro eorum criminibus expiandis persoluto, quam fuit grauitas scelerum, qua in se Deum irritauerant. Multo igitur maiores opes à Domino Christi meritis, atque religione consequentur: quam propter peccatum à se perpetratum, atque nefarium scelus amiserant. 3 Sed quenam tandem est ista preclara vox, qua aures meæ circumsonant? Videor enim mihi videre virum clarum, & excelsum, diuinis virtutibus egregie cumulatum, in vasta solitudine, viam ad Dei filium in terris excipiendum præclare munientem. Nec enim erat diuinæ maiestati decorum, vt is viam asperam, & arduam virgultis, & frondibus interclusam, multisq; anfractibus obliquâ teneret, qua cursum illius impediret. Quocirca virum diuino spiritu plenum ante se mittet, qui viam curet. Is igitur maximis vocibus in horrida solitudine, hoc est, in auribus populi vasti, & inculti clamabit: omnesq; mortales adhortabitur, vt in animis viam aperiant, qua numè Domini ad eos perueniat, in eorumq; præcordiis infideat. Iter, inquit, cuncti mortales aperite: viam munite: cuncta obstantia remouete: desertum istum locum, qui modò est serpentium lustris infestus, scelerum detestatione perpurgate: vt ad vos dominus rectâ gradiatur: aduentusq; suo bonorum omnium compotes efficiat. 4 His verbis incitata multitudo summa quadam alacritate viam muniendâ operam dabit. Incredibilis igitur animorum motus exister, & subita vitæ conuersio: & omnes ad quorum aures vox illa peruenit, certatim in curanda via laborabunt. Confestim igitur multâ tellure completæ

3 Vox clara
mantis
in deser
to.

4 Omnis
vallis ex
altrabi
tur.

pletæ valles affurgent: montium cacumina deprimentur: viæ obliquæ ad rectissimam normam dirigentur: asperæ verò repentè complanabuntur: vt sic tandem filius Dei plana, & recta, facillimâque, & expeditissima via susceptû iter conficiat. Homines enim fracti, & abiecti summa spe salutis erigentur: & animi confidentis elatio deprimetur: & iniqui, atque fraudulentis sese ad studium æquitatis applicabunt: & acerbis, atq; difficiles, mites, & mansueti reddentur: ne vel animi nimis demissi diffidentia, vel insolentis, & elati confidentia, vel iniquitatis, & iniustitiæ peruerfitas, vel odij duritas, atque pertinacia iter illius remoretur. 5 Tunc igitur, s Et rene
eum ad hunc modum via curata fuerit, repentè labitur
Dei filius, qui est splendor, & gloria patris in gloria de
terris apparebit: & magnitudinem diuinæ virtutis, & sapientiæ, atq; benignitatis admirandis operibus illustrabit: neque solum Iudæa, sed omnes mortales, qui sese ad studium illius adiuerint, verbum diuinum mente concipient, & intelligent tandem, quanta fide Dominus promissa confecerit. Hoc tam admirando, & insolito lucis splendore omnia, quæ clara, & illustra videbantur, protinus obscurabuntur. Nec enim opes humanæ, nec ratio, nec disciplina, quod os
nec lex quidem ipsa potuit hominum genus à domini
tenebris, quibus sepultum tenebatur, eripere, locutum
& in lucem, atque libertatem vindicare. Omnia est.
siquidem sunt caduca, fragilia, breuissimò temporis spatio circumscripita, & mortis tandem cuncta demolientis acerbitate consumenda: sola diuinæ lucis claritas cum omnès tenebras repentè discutiat, & in omnes partes latissimè
S diffun-

diffundatur, & sit constans, atq; sempiterna: potuit humanum genus in vitam reuocare, & immortalitate donare, ornamentisq; diuinis, atque sempiternis excolere. 6 Hæc mihi attentius cogitanti, mirum est, quàm omnia, quæ clara, & illustria videbantur, despexerim, atque pro nihilo reputauerim. Subitis igitur ignibus exarssi, atque diuino spiritu ad clamandum commotus, & incitatus sum. Quid, inquam, clamabo? Clama, inquit diuina mēs, & clarissima voce testificare, omnes homines esse cum breui, & fluxa herbarum viriditate comparandos: & omnes opes, quibus posse videntur rebus humanis benignè consulere, cum floribus agri conferendas. 7 Herba exaruit: flos repente decidit: cū primum in illum Dominus ventum paulò vehementius incitauit. Profectò satis conuenit hoc herbæ nomē humanæ fragilitati. 8 Exaruit herba: decidit flos: omnes opes humanæ penitus extinctæ sunt: nullumq; omninò fructum rebus communibus attulerunt: at verbum Domini, in quo salus humana consistit, solum est stabile, fixū, atq; sempiternū: ita vt salus etiã nostra, quã domini verbum constituit, immortalis, atq; sempiterna sit, nec vllis vnquam sæculis affligenda. 9 Tu igitur, ô ciuitas sancta, in quam omnes cœlestes ciues adscibendi sunt, spiritus ingentes assume: in locum editum, & excelsum, vnde ab omnibus audiri possis, ascende: vocem tantum, quantum potes, intende. O præclara legatorum diuinorum societas, ô diuinum sodalitiū, audacter, & intrepidè magnitudinem tantæ felicitatis maxima voce testificare. Hæc dic omnibus ciuitatibus Iuda, & populis vniuersis,

Vox Domini descendit.

9 Super montem excelsum ascende.

ueris, quos fides in Iudæorum stirpem inseret. O viri cunctam ex animis mœstitiã depellite: gaudioq; summo triumphate. Iam enim est seruitus depulsa: metus mortis abstersus: tenebræ dissipatæ, salus atq; libertas cõstituta. Ecce enim vester Deus adest, vt vos è miseris extremis ereptos, muneribus atq; donis sempiternis afficiat. 10 Ecce Dominus Deus robore virtutis sue circumseptus aduentat, vt viribus tantum suis dominetur, & rem tantam conficiat. Nec enim armatis hominum millibus stipatus, nec opibus humanis instructus, nec difertorum hominum oratione, consilio, auctoritate munitus, tam præclarum facinus aggredietur: sed spiritus sui virtute, robore, vehementia teterrimã tyrannidem debilit: regnumq; suum lege sempiterna fundabit: diuinisq; opibus, & ornamentis amplificabit. Amplam, & illustrem, atque sempiternam, magnificentiaque sua dignissimam mercedem proponet, non quidem otiosis, & ingratis, imperiumq; illius nefariè detrectantibus, sed fidem, & officium colentibus: Opus enim, quod remunerat, est fides viciens, & incensa, & numine illius ad studium immortalitatis incitata, quæ quidem faciem illius antecedit. Merces verò qua fidei ardorem, secundum amplitudinem gratiæ suæ remunerat, est diuinum iustitiæ munus, & cœlestis dignitatis decus, & elegancia: qua mentes humanas exornabit, & idoneas efficiet, in quas regni sempiterni opes, & ornamenta congerantur. 11 Non tamen tantum operis exigit ab hominibus, quantum erat pro tanta mercede flagitandum: sed imbecillitatis humanæ

10 Et brachiū eius dominabitur.

Ecce merces eius, & opes illius corā illo.

Sicut pa-
stor gregē
sum pa-
scet.

rationem ducet: clementissimēq; eorum igna-
 uiam in principio tolerabit. Nam tanquam pa-
 stor gregis sui commodum expectabit, & sin-
 gulis etiam pecudibus singulari ratione prou-
 debit. Non igitur instabit nimis ouibus: non vr-
 gebit acriter arietes: ne eos nimis fatigando la-
 bore conficiat: sed sensim, atq; leniter aget: bra-
 chio suo congregabit eos, qui tanquam agni la-
 cte nutriendi sunt: & sinu, & gremio suo foue-
 bit mentes fide grauidas, vt ab illis abortionis
 periculum depellat: benignitateq; sua sustenta-
 bit eas, paulatimq; deducet. 12 O admirabilem,
 & obstupendam gratiæ diuinæ magnitudinē!
 O summum, & altissimum nō solū benigni-
 tatis, & clementiæ, sed humilitatis, atque mo-
 derationis exemplum! Ille summus cœli Re-
 ctor, & Dominator, qui omnia creauit, cuius
 numine, consilio, benignitate vniuersa natura
 cōtinetur, est is, qui per se terras est illustraturus:
 qui se nostræ salutis causa aded summissē ge-
 ret, vt nostris commodis seruiat, & diligentis-
 simi pastoris officio perfungatur. Si vultis cle-
 mentiæ magnitudinem exactē perspicere, nu-
 minis, atq; maiestatis amplitudinem animis pu-
 ris intuemini. Quis aquas vniuersas volē men-
 sura definiuit? Quis cœlum palmo dimensum
 expoliuit? Quis excelsos montes, & omnes col-
 les ad trutinam perpendit? Quis vniuersas mū-
 di partes inter se numerorum solertissima ra-
 13 tione, & ponderum examine colligauit? 13 Quis
 denique, quod est omnium maximum, est ille,
 quem summus Dominus rerum omnium con-
 ditor, atque moderator in consilium adhibuit,
 vt per eum spiritus sui munera concinnaret?

Quis

Quis tandem est, quem pater à sempiterno tem-
 pore sapientiæ participem effecit? 14 Cum quo
 sua consilia communicauit: & omnium rerum
 intelligentia instruxit? Quem ad omnem ratio-
 nem iuris, & æquitatis, & prudentiæ mirabili-
 ter erudiuit? Quis ille postremò est, à quo sum-
 mus ille Deus nihil seiunctum habet? Nemo al-
 lius certè, quàm hic solus, qui cū sit patris sum-
 mi mens, diuinorumq; consiliorum particeps,
 mundiſq; totius opifex, per se tamen terras inui-
 set. 15 At quorum gratia tantam operam in sa-
 lute communi procuranda consumet? Homi-
 num certè, quibus nihil magis contemptum,
 & abiectum, nihil magis fragile, & imbecillum
 animo fingi potest. Nec enim solū singuli per
 se homines sunt inanissimi; verū etiam vni-
 uersæ gentes sunt instar guttæ in plena situla,
 quæ cū primū è vase in terram defluerit,
 euanescet: & tanquam tenuis puluis trutinæ
 lancibus aspersus, qui nullum omninò momē-
 tum ad alterutram lancem deprimendam ha-
 bet, & præterea leuissimo flatu dispellitur. Pro-
 fectò sic sunt hominum cætus, atq; ciuitates v-
 niuersæ, quæ per petud variarum perturbatio-
 num fluctibus alluuntur. Nec enim solū, si cū
 alijs mundi partibus, vel magnitudine, vel pul-
 critudine, vel stabilitate conferantur, sunt pro
 nihilo putandi: verū quasi puluis exiguus au-
 ræ quantumuis exiguæ flatu proijciuntur.

16 Quibus muneribus, atque sacrificijs pote-
 runt homines si in vnum locum vndique con-
 ueniant, Dei maiestatem obligare? quibus ho-
 noribus nomen illius celebrare: quibus opera-
 ti sacris iram illius lenire? Vt salus ingens Li-

16 Liba-
 nus non
 sufficere
 ad succer-
 dendum.

bani succidatur, vt cuncta animantia in Dei honorem iugulentur, & in illius ara subiectis flammis absumantur: nunquid ex his religionis studijs fieri potest, vt aliquis gloriæ cumulus ad infinitam illius amplitudinem, & nominis im-

17 mensi decus, & gloriam accedat? Non certè. 17 Nam gentes omnes in illius conspectu pro nihilo sunt: & omnes humanæ opes in summa inanitate versantur. Quid igitur est, quod ab inanitate, & ludibrio quodam humanæ nature profectò possit Dei infinitum imperium augere, aut gloriam immensam lustrare, aut numen

18 illius quasi quodam nexu iuris astringere? 18 Hæc non vident homines amentes, & miser: nec intelligunt quantum interuallum inter diuinæ mentis altitudinem, & humanæ naturæ fragilitatem interiectum sit. Se igitur cum Deo comparant: & quantum sibiipsis attribuunt, tantum de laude diuina detrahunt. Hinc exorta fuit impura, & nefaria superstitio, quæ Deo corpus, & sensus, & turbidos etiam motus assignxit: & simulacra in hominum speciem figurata dedicauit. O detestabilem amentiam, ô flagitiosam temeritatem, ô cæcitatem deplorandam hominum, qui humanum statum, & incelsum, & mores ad Deum referunt! Ad quam speciem quæso Dei simulacrum statuetis, cum Dei formam, quælis sit, ne suspitione quidem attingere possitis? Ad quod exemplum in exprimenda Dei similitudine, artem, & manum dirigetis? Quo tandem opere, & artificio vim illius numinis sempiternam, quæ nulla ratio, nullum acumen, nullum ingenium consequi potest imitabimini?

19 ni? 19 Et tamen faber simulacrum conflat, aurifex aureis

Cur igitur similes facitis Deum?

aureis laminis illud obducit: & argenteis catenis in sede stabili reuincit. 20 Alius autem, qui 20 tantas opes non habet, lignum quod non facile vetustate corrumpi possit, eligit, vt ex eo minus ad dedicandum, impurissimamque religione

consecrandum offerat. Tum summo studio, & sedulitate opificem, qui sculpendi artificio præcellat, inquit, vt simulacrum, quod se loco mouere non possit, efficiat. Adeoque sine mæte sunt, vt ea, quæ sensibus omnino carent, pro Deo venerentur. 21 Nonne tandem aliquando sentietis, homines amentissimi, quantum distet cælestis numinis amplitudo ab ijs signis, ad quorum

vos pedes abijcitis? Nunquamne de Dei virtute, & magnificentia, quidquam fama, & auditione percepistis? Nunquamne quanta sit illius vis, & potentia vobis nunciatum fuit? Nunquid non à principio fuit Dei cognitio animis vestris impressa? An ipsius terræ soliditas, atque firmamentum parum aperte demonstrat, illam, & omnia, quæ illius sinu, & gremio continentur, diuina quadam vi sustineri? 22 22 *Qui se-*

Is enim est, qui supra terræ globum insidet, & desuper omnia circum admirabili celeritate conuertit, *gyrum terra.* ita vt homines, qui terram incolunt, in illius conspectu vix minimarum locustarum instar obtineant: qui cæli naturam singulari quadam leuitate perpoliuit, illiusque orbis, quasi tabernaculum, in quo sibi sedem collocaret extendit: 23 qui principes opibus suis præfidentes ad nihilum redigit: qui ciuitatum rectores vastitate consumit, omnemque illorum memoriã extinguit. 24 *Nec*

24 Nihil est enim, quod absque illius singulari operis stabilitate consequatur. Qui igitur in oculis *placatus nec satus*

hominū, opibus & imperio florent, nec sunt il-
lius præsidio stabiliti, perinde sunt, atq; si nun-
quam sati, aut seminati essent, nec radices egis-
sent; nec enim trunco, & stirpe diu niti poterūt.
Flatu namque Dominus eos de omni statu con-
uelleret: eorumque fortunas euertet, & opes vni-
uersas, tanquam aristas inuecta tempestate, at-
que turbine dissipabit. 25 Ad quod igitur ex-
emplum, inquit sanctissimus ille Dominus, &
speciem, quæ numen meum referat, effingeris?

25 Et cui
assimila-
stis me?

26 Ne humi defixam mentem habeatis, ô viri,
oculos in cælum attollite: cæli candorem, sy-
derum pulcritudinem, orbium æquabiles, &
definitos cursus, & tanti denique operis elegan-
tiam, & concinnitatem considerate. Quis hæc
omnia creauit? Quis vniuersam hæc fabricam,
& à principio molitus est, eamque sustinet, æter-
noque imperio regit, & moderatur? Hic, qui in-
numerabilem astrorum multitudinem certo
numero definiuit: & singulas stellas nomina-
tim appellat. Singulis enim singulari ratione
prospicit, propriumque munus efficiendum
assignat. Hæc autem omnia ita robore suæ po-
tentia, atque virtutis inuicta perfecit, & omni-
bus suis numeris absoluit, vt nihil, quod vel ad
cæli stabilitatem, vel ad præclaram speciem il-
lius, & vniuersæ naturæ utilitatem pertineret,
omiserit. Tantaque vis est diuinæ mentis, vt, cum
se in vniuersum mundum intenderit, minimè
studium illud, quo singulares res tuetur, aliqua
ex parte remittat. Nullum enim negotium po-
test illius intelligentiam implicare: nulla rerū
maximarum cura mentem illius à minimorū
procuracione auocare: nullus denique labor

viri

vim illius sempiternam impedire. 27 Sed gen-
tium stupiditas, quæ neque tantis naturæ mu-
neribus ad cæli conspectum excitari potest, &
ex illis operibus vim summi opificis immen-
sam, atque sempiternam intelligere, tolerabi-
lior esse videtur, præ illorum flagitio, & impu-
ritate, qui non tantum naturæ operibus admo-
niti; sed etiam sanctissimis literis eruditi, & sa-
cris sanctissimis initiati, & exemplis domesticis
instituti sunt; & tamen nec debitam gloriam
Deo tribuunt, nec in spe illius acquiescunt. Mul-
ti enim sunt Israëlitis semine propagati, qui Deo
singularem rerum humanarum prouidentiam,
qua singulos homines tuetur, atque conseruat,
nefariè detrahunt, diuinæque mentis immen-
sam sapientiam ingenij sui imbecillitate meti-
untur. Quid ais, ô gens Iacobi, viri fidelissimi
fatu generata? Quæ diffidentia mentem tuam à
cultu sanctissimæ religionis auertit? O soboles
excellentis illius viri, qui propter fidei magni-
tudine nomē Israëlitis inuenit; quæ cura mentē
tuam versat? Quæ sollicitudo tuum conturbat
animum? Sic enim tecum ipso statuis: Omnia
meæ vitæ consilia sunt procul ab intelligentia
Domini remota: nec spes vlla est, vt is iudicio
suo in res singulas animaduertat. Ita enim est in
totius orbis commouendi, & agitandi munus
intentus, vt nullum tempus habeat quietum,
& liberum, quo res nostras inspiciat. Non igitur
est cur ab illo vel sceleris pœnam metua-
mus: vel virtutis mercedem, & præmium fla-
gitemus. 28 Nunquid non à primis annis eam
disciplinam coluisti, quæ te potuit de magni-
tudine, & immensitate diuinæ virtutis admo-
nere?

Quare di-
cis Iacob,
& loque-
ris Israël?

28 Num-
quid non
scis & nō
auertisti?

re? Nunquid non doctoribus summam operā dedisti, quorum crebris monitis potuisti numinis summam sapientiam contemplari? Dominus enim semper iterus est, visque illius, quae omnia continentur, immensa, & infinita: ita, ut neque defatigatione frangi, neque spatijs terminari, neque vlla temporum vetustate deleri possit. Nō enim solam Iudæam creauit, nec solum Israëlī vnīuersitati consuluit: sed extremos orbis terrarum fines condidit: & per omnia intentus, atque pertingens singula quaeque perspicit: & singulis hominibus, non communi tantum consilio, & moderatione, sed praecipua, atque singulari ratione prospicit: & de vnoquoque pro instituta vitæ ratione constituit. Nec enim labore defatigatur: nec negotijs obruitur: neque tanti muneris magnitudine languescit: nec sapientia illius est terminis vllis circumscripta.

29 Quomodo namque frangi poterit, qui alios inuictō robore cōfirmat? Ille namque est, qui lassō vires summas dat: qui labore cōfectos recreat, atque reficit: illisque robur multis partibus
30 auctum, & amplificatum restituit. 30 Adolecentes in ipso ætatis flore vel mediocri labore fatigati languescunt: iuuenes naturæ robore confidentes defatigatione fracti concident. 31 at qui spem in Deo collocant, maiores quotidie vires colligent, & tanquam aquilæ, erecti, atque sublimes efferentur, current, minimeque deficiant, longissime progredientur, & tamen frangi, atque debilitari non poterunt.

1 CAP. XLII.

1 VO Sigitur insulæ, vos vltimæ terræ, vos nationes, quæ veri Dei cultū neglexistis, honorisque diuinos ad signa muta transtulistis, audite ipsum

ipsum Dominum vestram stultitiam redarguentem, vniuersosque mortales ad se crebris monitis, & consilij inuitantem. Sic enim ait: Silete nationes turbarum fluctibus circumfusæ: comprimite motus animi populi à cultu pietatis abhorrentes, ut me audiat: confirmate vos ipsos, animosque vestros corroborate, & accedite tandem, ut mecum in iudicio disceptetis. 2. Quid nam quæso vos in eam fraudem impulit, ut honores diuinos simulacris insitutos putaretis? Nū illorum ductu, & imperio rem præclare gessistis? Num illorum ope confirmati regum maximorum opibus restitistis? Non certe. At videte nūc, quàm singulari ratione verus Deus eos, qui se sequuntur, ornet, opibusque summis augeat.

Quisnam quæso ex vestris dijs excitauit à regione solis orientis virum iustitiæ gloria præcellentem, seseque illi ducem præbuit, atque mentem donauit, ut illius vestigijs ingrederetur. Dominus gentes illi dicto audientes esse compulit: regesque sub imperio illius subiunxit. Itaque præsidio diuino cōfirmatus maximos exercitus profligabat: res mirabiles, & obstupendas efficiebat. Dominus ante gladium illius gētes innumerabiles, quasi puluerem, dispellebat: & arcu illius quasi aristas ventilabro sublatas eieciat. 3 Ipse hostes in fugam cōuersos prosequatur: neque suū consilium, & mentem, sed diuinū spiritum sequebatur: et ita semper me ductore victor, & incolumis euadebat.

4 Quis hæc tandē omnia molitus est, & effecit? Quis vitā dedit priscis nationibus, & quōdam pios homines ad salutem vocauit, omnibusque

summæ

summæ gloriæ muneribus exornauit: Ego qui, dem, ego, qui rerum Dominus sum, cunctaque numine meo, atque potestate complector, Ego, cuius vi, & rerum initium, & finis vltimus continetur: qui opera mēte designo: qui omnia perficio, sum ille, qui quondam benignitate meos, qui sese mihi commiserunt, cōplexus sum: & in posterum tempus nunquam eos, qui sese in meam fidem contulerunt, ope mea singulari destituam. Nec enim meum est vnū hominem, aut vnum tantū genus amplecti. Omnes enim in quibus eadem Abrahami fides, & pietas eminebit, similiter honorabo, præsidioq; meo septim, et perficiam denique, vt ex omnibus bellis
 5 victoriam insignem consequantur. 5 Videntur igitur insulæ in excellentis viri victorijs operis diuini magnitudinem: vltima sola terrarū metuerunt: ingentique formidine perterriti multi mortales obuiam illi prodierunt, atque vndique, vt se illius imperio addicerent, cōueniunt: 6 & tamen nec tam admirandis signis sensum receperunt, neque nefaria instituta, in quibus enutriti fuerāt, abiecerunt, vt relictis somnijs verum numen adorarent, ab illoque tantū pacem exposcerent, qui pias preces exaudit, & solus potest salutem, atque dignitatem cultoribus suis elargiri: quin tūc ardentius eorum furor pessimis consilijs incitatur ad signa fingenda, atque nefarie consecranda. Itaque alij alios adiuuant, & confirmant, multorumque simul operis in vna re seclēsta, & nefaria consumptis, simulacrum tandem, quod pro Deo
 7 venerentur, absoluunt. 7 Faber enim, qui signum sculpsit, operam eius, qui cōstat, efflagitat: qui

Videntur
 insulae,
 &
 timue-
 runt.

Vnū quisque
 pro
 ximo suo
 auxilia
 petitur.

qui æs molliter excudūt, eos, qui ferri massam malleo contundunt, & frangunt, vrget, vt operam sibi dent. Deinde summa diligentia, quod sit optimū ferruminis genus inspiciūt, vt omnes simulacri partes inter se connexas arte consolident. Postremò clauis illud supra basim parietibus affigunt, ne queat aliqua ex parte labare. 8. 9. Tu verò Israel qui te ad numinis mei cultum ardentis studio contulisti, & Iacobi viri sanctissimi, quem ego inprimis dilexi, carumque habui, fidem, & pietatē coluisti, hominum amentium scelus detestare, & animum tuum mei auxiliij fiducia confirma. Illi namque frustra deorum omni sensu carentium, quos ipsi manibus suis effecerunt, opē implorabunt. Ego verò tibi semper adero, vt te præsidio meo protegam: ego te firmissimo quodam robore munui: ego te ab vltimis terris ad notitiā mei numinis, & ad cultum pietatis euocauī: ego te vt feruum fidelissimum elegi, in meamque fidem recepi: promisi que, me nunquam tibi vlllo tempore defuturū. 10 Ne timeas igitur. Tecū enim semper sum. Ne malum vlllum formides. Ego enim Deus tuus sum, qui te spiritus mei virtute corrobore: qui tibi opem fero: qui te iustitię meæ præsidio sustento. 11 Ecce iam ignominia sempiternis maculis inurentur, qui te ardentis furore, & scelere persequuntur: & ad nihilum tandem recident: & omnes denique, qui te oppugnant, interibunt. 12. Ne vestigia quidem eorum hominum, qui contra te arma capiunt, extare cōspicies. Omnes, inquam, qui tibi bellum inferent, euanescent. 13 Ego nanque sum Deus tuus, quem metuis, & diligis: cuius fiducia niteris:

teris:

teris: qui te dextera mea confirmo: qui operam
meam tibi polliceor: qui crebris vocibus ani-
mum pulsantibus, ne timeas, admoneo, cum ti-
bi semper sim auxiliium allaturus. 14 Ne demit-
tas animum plebs mea, quæ nunc abiecta es: quæ
nec opibus, nec vllis viribus firmata es: quam
gêtes propter tenuitatem, & imbecillitatẽ con-
temnunt, atque despiciunt. Nec enim te pluris
quàm vermiculum faciunt: paucitatemquẽ
tuam nihili pendunt. Ego enim tibi subsidio
præfens occurram. Hæc enim non mortuorum
oracula vanissima, nec numina falsa promit-
tunt: sed summus ille Dominus rerum omni-
um conditor, atque moderator, qui te redimit:
qui Israëlẽ inuiscto præsidio tegit, numine
quẽ suo confirmat: cuius nec potentia frangi,
15 nec fides vacillare, aut claudicare potest. 15 Ec-
ce qui nunc humilis, & abiecta eras, omnium:
quẽ pedibus proculcata, iam eris viribus diui-
nis firmata, & stabilita, tantasquẽ opes obtine-
bis, vt omnes aduersarios tuos comminuas.
Feci enim vt esses, quasi quædam traha, aut
tribula noua, in quam sint frequentes, & vali-
di dentes inclusi. Montes enim conteres: colles
editos comminues: omnesquẽ tyrannides vt
aristam comminutam dispelles: omnium ho-
stium tuorum arces, atque munimenta deij-
16 cies: 16 ventilabis eos, & ventus eos tollet, &
excitata tempestas, atque procella dissipabit.
Tu verò muneribus, & beneficijs, quæ à Deo
suorum inuiscto præsidio accepisti, læta trium-
phabis, illiusquẽ nomine gloriabere. Tunc
enim auxiliium suum attulit, cum omnis hu-
17 mani auxiliij spes erat interclusa. 17 Homines

afflicti,

afflicti, & egentes aquas sitienter appetunt, om-
nemquẽ suum conatum eò comparat, vt sitim,
qua perpetuò cruciantur, extinguant. Quò autem
maiores opem in ea cura consumunt,
eò maiore indigentia atque inopia præmuntur
vsque adeo vt eorum lingua, atque fauces are-
fiant. Nec enim vllis laboribus potest huma-
num genus ad id, quod ardentè appetit, perue-
nire nec vllis opibus cupiditatem, qua flagrat,
explere: nec vllis rebus ad voluntatem fluenti-
bus infinitam auiditatem satiare. In sempiter-
nam igitur miseriam nati sunt, qui nesciunt
bonorum omnium fontem requirere, vt illius
vbertate cõpleti conquiescant, & opibus sum-
mis cum summa animorum iucunditate per-
fruantur. Homines tamen, qui suam inopiam
agnoscunt, cum vident sese siti ardentissima
conflictari, in me respiciunt, opemquẽ meã sup-
pliciter implorant, consententurquẽ, non posse
se, quod cupiunt, nisi per me solum obtinere.
Ego Dominus, cuius numine omnia continen-
tur, repentè eorum preces exaudio, et qui Israë-
lem protexi, minimè quidem eos, qui simili ad
me fide confugiunt, derelinquam. 18 Aperiam, 18
subitò in locis editis flumina, & in subiectis
campis crebros fontes eliciam: terrarum olim
sterilium vastitas, atque solitudo stagnanti-
bus aquis redundabit, & terra siccitatibus
immodicis exusta frequentibus aquarum de-
ductionibus irrigua plantas, & gramina ger-
minabit: 19 in loco olim deserto cedros, & 19
alias eiusmodi arbores, quæ simili frondi-
um amænitate totum circumquaque locum
opacare possint, & myrti densa nemora, &
fre.

et panpa-
res qua-
runt a-
quas.

frequentes oleas conferam, omnemque illam vastitatem abietis, & vlni, & buxi frequēti viriditate vestiam, efficiamque, vt, quæ erant olim horrida, & inculta, multisque flagitiorum immunitatibus efferata, sint repente maximarum, atque diuinarum virtutum plantis in omni ætate virentia, suauissimisque odores latè diffundant. 20 Sic enim exploratè cognosci poterit,

Videant, & sciant, & recognoscant. & oculis omnium clarè perspici, & mente comprehendī; hanc tantā viriditatem, & amantissimi non esse natiuam, & insitam; nec hominum cultura excitatam: sed Dei ipsius munere subitidè terris extitisse: ita, vt quidquid in moribus hominum excellere, & eminere videbitur, id nulli nec indoli, nec ingenio, nec disciplinæ, nec institutis ciuilibus, neque legis sacris, & cærimonijs adscribi possit: sed totum sit ad diuini spiritus numen, & potentiam reuocādum, quæ aquas gratiæ suæ perennes induxit: qui hæc omnia conseruit: manūque sua dimensus est: qui subito loci naturam commutauit, vt ex terræ summis ardoribus exusta viridarum amantissimum, in quo Deus ipse sese oblectaret, redderetur. Homines enim idiotas sapientiæ muneribus instruxit: incontinentes docere, & elegantia moderationis, & honestatis exornauit: ferros & immanes studio benignitatis, & caritatis inflammauit: perfecit denique, vt animi cupiditatum ardoribus, incensi, flagitiorumque omnium asperitate vastati, essent repente gratiæ diuinæ muneribus affluentes. Hęc opera iatis declarāt, non modò quantum sit Dei summi numen, atque potētia; verū etiam, quàm singulari præ-

21 sidio suorum vitam, & salutē, tueatur. 21 Nunc agite

agite, inquit Dominus, videamus, quæ sit vis, quod numen, quæ potestas, quæ prouidentia eorum, quos gentes erroribus obcæcatę Deos habent. Adeste, inquit rex ille summus, quem nunc colit, & obseruat Iacob, causamque vestrā defendite; illiusque potissimum firmamētum, in quo consistat aperite. 22 Inspector vltro, & in isto dijs omnibus, vt accedant, & annuncient nobis quid euenturum sit, & antecedentes etiam causas, quæ sunt priscis temporibus antegressæ, quas humana mens cōsequi ratione nequit, aperiāt. In posterum, inquam, multò antè prædicite, futuraque nobis prænunciate, vt animaduertere possimus, quantum sit numini vestro tribuendum, & qui rerum exitus futuri posthac sint, ex vobis clarè audiamus. 23 In isto inquam & vrgeo, vt aliquo signo diuinitatem vestram perspicuam efficiatis. Quæ ventura sunt igitur prænunciate, diuinationesque vestras verisimilis euentus comprobate, vt exploratum nobis esse possit, vos deos esse. Aut si hoc minime potestis efficere, saltem date operam, vt ijs, qui vestra numina perpetuo cultu venerantur, benignè faciatis; & eos, qui hostili animo in eos inuehuntur, euertatis. Vestris, inquam, cultoribus, in rebus afflictis, & perditis suppetias afferte, eorumque hostes extinguite, perficiteque vt aliquo signo mirabili testatum apud omnes sit, vos potestatem habere, vel subleuandi, vel affligendi, vel denique benè quidquam, aut malè faciendi. 24 Sed quid vel animo designare, vel euenturum portendere, vel denique moliri potest is, qui totus est ex mendacio, & inanitate constitutus? Vos omnes profectò quemadmodū ex in-

T nitatis

Propè facite iudicium vestrum.

23 Annūciatæ quæ ventura sunt in futurū.

24 Ecce vos estis ex nihilo.

nitatis fonte profluxistis, ad hominum me-
 tes perniciosi erroribus occupadas: ita inanifi-
 simum opus edetis, & eos, qui vestrae potentiae
 confidunt, inanissima spe deludetis. Apparebit
 enim, quam detestabile facinus susceperint ij,
 25 qui vobis diuinitatem tribuerunt. 25 At nunc o-
 mnes animū erigant, vt quod euenturum sit,
 ex me multò antè percipiant. Excitabo à Septe-
 trione, ab ijs partibus, quae ad ortum solis spe-
 ctant, virū acrem, & impigrum, qui populo
 meo seruiendi finem afferat; hostesq; illius inui-
 cto robore perfringat. Is per Principum strata
 corpora, quasi per luteū solū, gradietur: & illos
 26 quali figulū lutū pedibus suis proculcabit. 26
 Num quisquam ex dijs, quos isti venerantur,
 haec ita fore diuinauit? Denuntio testimonium
 omnib. prodeant in lucem: aliquid ab ijs à prin-
 cipio praedictum afferant, quod postea certissi-
 mo rerum exitu fuerit comprobatum, vt dica-
 mus eorum causam esse iure nixā. Nemo fuit
 profectò inter vos, qui hoc, vel quidquam ali-
 ud, futurum nūciauerit: nemo qui certum ali-
 quid euenturum suis antè praedixerit: nemo
 qui testificari verè possit, se responsū aliquod
 huiuscemodi à vobis accepisse. Vnde colligitur,
 quam amentes sint ij, qui in illis colēdis studiū
 ponunt, & in eorum cultu perpetuam operam
 consumunt; à quibus nec iuuari, nec admoneri
 possunt, nec aliquē fructū vel ad incolumitatē
 vitæ, vel ad mentis intelligentiā aliquādo perc-
 27. *Prim*
ad Sion
dicir. ec-
ce adsum
 cipere. 27 At verò Deus suis adest: suos erudit:
 nec, eos insituendi, atq; monendi studiū inter-
 mittit. Quemadmodū nunc eis, qui Sionē inco-
 lunt, haec fore praedicit, vt ciues seruitute libe-
 rati

*Nō est an-
 nuncians
 nec prae-
 cens.*

*27. Prim
 ad Sion
 dicir. ec-
 ce adsum*

rati in patriam redeāt, & per ministrum suū
 Ierosolymæ fausta feliciq; multò antè denun-
 ciat. 28 Nunc verò videamus, an eorū aliquis si- 28
 mili praedictione posuit vim proprii numinis
 indicare, hominesq; mentis cōpotes ad sui cul-
 tum perducere. Vt igitur oculos attollā, & in o-
 mnes partes circūspiciam, neminē video, qui
 vel ope, vel cōsilio homines suo cultui penitus
 addictos, & consecratos iuuare, aut consulenti-
 bus respondere possit. Hem religionis puritas,
 & sanctimonia hem cultus castissimus, pieta-
 tisq; plenissimus hem cur omnem vitam in sa-
 crorum procuracione consumendam statuas,
 vt postquam ætatem in religione contriueris,
 frustra deorum fidem implores: frustra operā
 ab illis flagites: frustra deniq; ad eos consulē-
 dos accedas: vt denique hostibus tuis ludibrio
 sis: nec solū bonis omnibus eueraris, sed ma-
 culis ignominiae sempiternae, deformeris; 29 Ec- 29 *Eccē*
 ce omnes, qui simulacris dediti, execrandisq; sa- *omnes isti.*
 cris, alligati sunt, in summa quadam vanitate
 versantur, inanitatēq; operibus nefarijs con-
 sectantur, eorumq; simulacra non modò nul-
 lam opem illis in rebus aduersis afferent; verū
 etiam exitium, & vastitatem importabunt.
 Quid igitur de gentibus fiet, cū omnes hac
 impura, & nefaria superstitione constrictæ
 sint, nec ad se redire velint, vt operibus naturæ
 admonitæ Deam verum agnoscant, illique so-
 lum, qui naturam vniuersam condidit, glo-
 riam tribuant, & numina falsa detestentur? Nū
 erit omninò salus eorum desperanda? Mini-
 mē, inquit Dominus. Ego enim, qui Regem
 potentissimum adducturus sum, vt populum
 meum

*Et Sidi,
 & non e-
 rat nec
 exitus
 quicquā.*

*29 Eccē
 omnes isti.*

meum Babylonis dominatu liberet, & in patriam suam restituat, illum seruum fidelissimū vltimis huius status temporibus excitabo, qui regem Cyrum opibus, atque potentia vincat, vt non Iudēi tantūm, sed cuncti mortales in illius diuinæ virtutis magnitudine aspectu defixi illum sequantur, illiusque virtute liberati sempiterna libertate potiantur. Huius igitur operā, cōsilio, virtute, meritis, religione, gentes hunc errorem, quo sunt penitus infectæ, detestabuntur, seseq; ad veri Dei cultum inflammatis animis applicabunt.

I CAP. XLII.

1 ECCE enim seruus meus vnus omnium fidelissimus, qui nunquā se contagio labis vllius maculabit, nec quicquam contra voluntatem meam molietur, adueniet, cui tādē totus incumbam. Hic erit à me delectus, omnibusque summis viris, qui vnquam in terris pietatis gloria præcellentes extiterunt antelatus. Solus enim mihi perfectè plenèq; satisfaciēt. Spiritus enim meus in illo sempiternum sibi templum ædificabit. Hic gentibus errorem detrahet, easque pietatis muneribus instruet, sanctissimisque iustitiæ disciplinis erudit. 2 Nihil enim infidebit in illius animo, quod mihi aliquam offensionem afferat. Non enim iracundia elatus clamores extollet: nec cuiusquam gratia delinitus à iuris sanctitate discedet: non auram popularum captabit: nec opes suas foris ostentabit. 3 Arūdinem aliqua ex parte fractam minimè perfringet, & cōteret: nec lignum fumans prorsus extinguet. Nec enim is erit vllō modo, qui boni alicuius reliquias malis oppressas extinctas esse velit: sed potius mala omnia detergendo perfici-

Cōplacit
sibi in
illo ani-
ma mea.
Dedi spi-
ritū meū
super eū.

perficiet. Vt quidquid inerat boni excitetur, quod fractum consolidetur: quod propemodū extinctum, lumen recipiat. Eueniet ita, vt qui leuitate & iactatione ducti humanitatis officia colebant, illius præceptis instituti ea officia ad ambitionem minimè conferenda putent, & ita firmitus, & ardentius in ea incumbant: & qui pietatis aliquod lumen sub flagitiorum colluione conseruabant, depulsis flagitijs clarissimis pietatis ignibus inflammentur. Nō fictam speciem sanctitatis animis imprimi patietur: non iustitiæ vmbas, & imagines amplexabitur: non adumbratam virtutem tradet, sed verissimā iustitiæ disciplinam proferet, suorumque animos verissimis virtutum omnium muneribus exornabit. 4 Nec error, nec temeritas in iudicio illius versabitur: nam, nec mens illius erit hebes ad verum cernendum, nec animus præceps ad iudicādum. Summos labores sustinebit, vt tandem in terris olim à iustitiæ cultu derelictis Remp. cœlesti iustitia fundatam conferat, & iudiciorum suorum æquabilitate pacem, & otium cum dignitate constituat. Omnis igitur spes gentium in illius vitali, atque salutare lege, quæ non lapideis tabulis, sed animi præcordijs erit incisa, collocabitur. 5 Hæc qui-5 dem spondet, atque promittit summus ille Dominus, cuius nec virtus infringi, neque fides labefactari potest. Quidquid igitur ille futurū pollicetur, plenè cumulatèq; perficiet. Is enim est, qui cœlum à principio condidit: qui terræ faciem dilatauit, plantarūq; multiplici varietate distinxit: qui vitam hominibus inspirat, aurāq; vitali animantia cuncta sustentat. 6 Hic 6

In Veritate educet iudiciū.

4 Nō erit tristis.

Ego Dominus & vocatus sum in iustitiis.

igitur Dominus sic hunc seruum suum sanctissimum, quæ rebus omnibus præfecit, alloquitur: Ego te vocavi, vt iustitiæ meæ disciplinam traderes, illiusquæ muneribus omnes, qui tibi confidunt, instrueres. Ego manus tuas in iuistis viribus, atq; robore confirmaui, vt hostiles exercitus profligares. Ego te finxi, & informaui, diuinisquæ excultum muneribus exhibui, vt sempiternum fœdus cum populo meo fidei religione sancires, & gentibus vniuersis clarissimum lumen præferres: 7 vt cæcis visum redderes: vt vinculos è vinculis eximeres: & tenebris

8 inclusos in lucem vindicares. 8 Ego quidẽ sum ille summus Dominus, cuius vt natura stabilis, atq; sempiterna est, ita verbum nullam subire mutationem potest. Hoc igitur sanctissimo nomine, cuius quanta fit vis, nec verbis explicari, nec cogitatione quidem comprehendi potest; quod tamen indicat, & potentiam meam nullis terminis circumscribi, & fidem, atq; benignitatem meam nullis difficultatibus intercludi, facillimè fidem de tanto munere, & beneficio conferendo confirmat. Tunc igitur

Gloriam meam alteri non dabõ.

apparabit mei folius præsidio nitendum, atq; confidendum. Nec enim gloriam meam cum alienis dijs communicabo: nec honorem mihi debitum ad muta signa transferri patiar. Ostendam enim, non eorum ope, sed meo præsidio fuisse lucem, & libertatem hominibus allatam. Itaque illorum inanitatem redarguam, gloriamq; meam

9 Quæ præsertim fuerunt ecce venerunt.

operibus magnificis illustrabo. 9 Prima quidẽ, vt à me designata, constituta, atque prædicta fuerant, euenere. Noua autem rursus vobis, antequam existant, ne fides vnquam vestra vacil-

let,

let, annuncio. 10 Quocirca, erigite animos: alacres, atque lati voluntate: in certissimam spem futuræ salutis impulsi cantibus insignem Domini clementiam celebrate: nouum carmen in illius laudem concinite. Nouum enim, & insolitum beneficium, nouum & inauditum carminis, & symphonie genus efflagitat. Vltimè terræ Domini sempiterna laudatione perfonent. Aequum enim est, cum ad omnes muneris diuini fructus perueniunt, vt omnes vna mente, atque voce de diuina gloria prædicanda consentiant: & cum gentes vniuersæ diuini beneficii confortes extiterint, vniuersæ ad gratias agendas singulari alacritate conspirent. Cum igitur hoc tantum donum, & munus non sit Iudææ finibus includendum, sed in omnes Orbis terrarum partes incredibili celeritate deferendum, oræ terrarum extremæ, littoræque omnia, cum ijs, qui cursus maritimos nauigando conficiunt, & insulæ cum earum cultoribus, & habitatoribus exultent, Domini que nomen laudibus in cœlum efferant.

11. 12 Deserti loci vastitas, & solitudo, ciuitates, atque pagi, in quibus habitant Arabes ad Cedar asperam, & incultam regionem pertinentes, & rupes etiam incolentes clamores tollant: voces eximie lætitiæ significantes asfiduè iactent: & gaudio, & gratulatione completi de montium iugis inclament. Nam deserta loca conferentur: arida fontibus scatebunt: horrida, & inculta diuino cultu sient amœnissima. Omnes deniq; ciuitates gentium, quæ fuerunt hactenus multimalorū fluctibus agitatz, Deo gloriam tribuant: & in omnibus

13 *Dominus enim sicut for-*
ma. infulis Dei laudes annūciant. 13 Dominus enim
 quasi vir eximio, atque singulari robore circū-
 septus egredietur, & tanquam bellator egregie-
 nus inclusam vim, & studium sui decoris haste-
 nus reconditum excitabit, hostemque subitō
 clamoribus, & vociferatione minaciter exter-
 rebit, & in hostium suorum strage, gloriam su-
 14 am mirabiliter amplificabit. 14 A principio, in-
 quit, multa tacui: multa dissimulaui: multa
 pertulii: iam ratio gloriæ meæ non patitur, vt
 diuitiis tantam indignitatem sustineam. Nece-
 nim iam flagitiorum turpitudinem, atque sce-
 lerum immanitatem, nec communis pestis a-
 trocitatē, nec hostis importuni fastidium fer-
 re possum. Nūc igitur, quasi mulier parturiēs,
 dolorisque magnitudine superata, clamabo,
 crebroque gemitu, atque suspirio quibus curis
 afficiar expromam, operamque dabo, vt me de
 15 hostium impudentia vindicem. 15 Montibus
 vastitatem, collibus exitium, herbis inflamma-
 tionem inferam: fluuios, atque paludes exsicca-
 bo: persiciamque vt aquis nimia siccitate con-
 sumptis insulæ frequentes emineāt. Quidquid
 igitur in hostium fortunis amplum, & excel-
 sum, quidquid amœnum, & floridū, quidquid
 denique affluentium bonorum copia cumula-
 tum esse videbatur, deprimam, & excindam, &
 16 facibus coniectis exuram. 16 Contrā verō eos,
 qui contra spiritum meum rebellionis, & im-
 pudentiæ arma non sumpserint, neque super-
 bia inflati meum munus, & beneficiū asperna-
 ti fuerint, quamuis antea furiosi, atque demen-
 tes extiterint, sapientiæ muneribus instruam:
 & quod est consequens, omnibus diuinis opi-

bus

bus egregiè locupletabo. Cæcos enim in viam, *Et edu-*
 quam nunquam antè oculis aspexerant, dedu- *cā cæcos*
 cam: & semitam, quā penitus ignorabant, illis *in viam*
 mōstrabo, per quam ductū, & imperio meo ad *quam ne*
 beatam immortalemque vitam rectā perueni- *sciunt.*
 ant. Tenebras ab eorum oculis latè discutiam,
 eorumque mentes clarissima luce complebo.
 Ne verō quidquam eos retardet, & cursum vir-
 tutis, & pietatis impediatur, omnes vitæ anfra-
 ctus, & obliquos tramites ad rectā planæque
 viæ rationem operā mea diligentissimè reuo- *Hæc Ger-*
 cabo. Hęc beneficia, que verbis ostendo, illis re- *ba fecit e-*
 ipsā conferam, nec eos vnquam operā mea nu- *is, & non*
 dabo: sed omnibus præsidijs eorum vitam mu- *derel-*
 niam. 17 Hęc quidem præmia manent eos, qui *qui eos.*
 fide vitam dirigent: qui firmissimum vitæ præ- *17.*
 sidium in mea gratia ponent: qui non propria
 cupiditate, sed mei spiritus moderatione bea-
 tē viuendi rationem metiuntur: qui denique
 nec simulacrorum ope, nec vllius hominis præ-
 sidijs, quæ non multū à simulacrorum inani- *Conuersi*
 tate distant, sed mea ope, atque gratia niten- *sunt re-*
 tur. At verō qui simulacris confidunt, & sta- *rorum.*
 tuas pro salute, & incolumitate venerantur, &
 dicunt imaginibus, Dij nostri estis vos, retroce-
 dant, & in fugam compellantur, omnibusque
 turpitudinum notis inurantur. 18 Sed hoc eo-
 rum flagitium longè tolerabilius est eorum sce-
 lere, qui, cum & legis disciplina, & sacrorum
 institutis sint, ad pietatem eruditi, tamen pro-
 prijs cupiditatibus excæcati, neque diuinis ius-
 tis obtemperant, nec salutarem disciplinam ac-
 cipiūt. Audite surdi, qui aures veritati claudere
 statuistis. Cernite cæci, qui de industria vestris

19 flagitijs aspectum amifistis. 19 Quis enim verè cæcus nominari potest, nisi Hebræum genus, quod quidem se mihi prorsus addictū esse profiteretur, & tamen non videt, se omnibus vitæ studijs, cum voluntate mea pugnare? Quis rectè surdus appellari potest, nisi populus, quem ad reliquas gentes erudiendas, & commonendas, & ab impietatis sceleribus auocandas legare cogitabam, qui tamen me audire noluit, imperiumq; meum impiè, & nefariè detrectauit? Quis, inquam, cæcus est, nisi is, qui fuit à primis annis omnibus sanctissimis artibus, diuinarumq; artium disciplinis instructus, & tamen post ita-
 20 decernere, summique Dei numen violare? 20 Quæ te tam cæca cupiditas ad supplicium sempiternum rapit, vt nec tantis disciplinis instructus, tantisque monitis eruditus intelligas, te ista animi tui pertinacia tibi pestem, & exitium machinari? Qui tam multa vidisti, nonne tandem aliquando perspicias salutem tuam salutaris obedientia, atque iustitiæ cultu contineri? Nec multum referre quo habitu corporis, aut qua religionis specie discrimineris: sed quanta fide pietatem colas, & iustitiæ auctorem suspicias? Qui tam multa auribus accipis, nonne tandem audies, atque perspicias, in quo tandem sit legis ipsius finis, cuius te studiosum profiteris, collocandus? Et cum gentes, quarum

*Qui si-
des mul-
ta nonne
custodes?*

*Qui aper-
tas habes
aures no-
ne audis.*

nec

nec oculi vera cernebant, nec aures ad disciplinam cœlestem patebant, & verum cōtueantur, & Domino libenter auscultent, tu solus, & lucem fugies, & salutarem disciplinam aspernabere? Et, cum cæci lucem respiciant, tu, qui rectè cernebas, lucis aspectu priuabere? 21 Sed 21 quid tandem est, quod tuam fidem infirmauit, & sustulit? Diuini beneficij magnitudo, quam animi tui angustia minimè capient, & insolitæ lucis splendor, quem mentis tuæ acies minimè sustinebit? Quasi quidquam sit magis diuinæ magnificentie consentaneum, quàm insignis, & admiranda, quæ nec sensibus, nec ratione comprehendi possit, benignitatis amplitudo, quàm clementiæ infinitæ documentum, quàm caritatis in vniuersum genus humanum immensæ significatio. Dominus enim propter nominis sui gloriam, vt iustitiæ suæ opes ostenderet, fidemque suam liberaret, &, quod olim promiserat, cumulatè perficeret, voluit legem suam operâ serui illius sanctissimi, magnificè, atque splendide in mentibus humanis inscribere, & vires inuictas dare, quibus omnes, qui fidem sanctè colunt, ea quæ sunt lege sancta, perficiant. 22 Hoc tantum beneficium Iudæorum 22 genus ingratis repudiabit. Hæc autem causa est, quæ populum hunc nefarium, & impurum vehementer affliget. Hostes enim illum diuexabunt, & fortunis omnibus spoliabunt, oppressumque durissimo dominatu cōtinebunt. Non tamen ijs tantis incommodis affectus in viam redire volet: sed operam enixè dabit, vt adolescentes suos eodem scelere colligatos in eandem fraudem impellat. Doctrina enim sceler-

*ipse autē
populus
direptus,
& vastatus.*

scelerata, & impia illos à teneris annis imbuet,
& tâquam laqueos ad eos improvida ætate ca-
piendos intendet. Omnes igitur erunt peccato-
rum vinculis durissimis alligati, obscurisque
locis, & admodum tenebricosis inclusi diripi-
entur, nemoq; illos defendet: conculcabitur,
nemoq; ab illis cõtumeliam prohibebit. 23 Et
quis est interim in vobis, qui hæc audiat, & ani-
mũ diligenter at tēdat, vt cautior sit, multoq; in
posterũ prouidentior? 24 Quis enim dedit He-
bræum genus hostib. suis vexandum, & diripi-
endum, & omni contumelia lacerandum? Num
obscurum est, ipsum Dominum, qui nos olim
præsidio suo muniebat, quem in nos perfidia
nostra concitauimus, nobis aduersari? et ærum-
nis innumerabilibus vniuersum nostrum ge-
nus opprimere? Nec enim voluerunt vestigiũ
illius ingredi, nec leges, & instituta persequi:
sed potiũs, dum se libenter viæ suæ cõmittunt,
Dei viam deserunt, & dum iustitiam suam ni-
mis amplexantur, veram iustitiam Dei benefi-
cio collatam incredibili furore, & immanitate
despiciunt. Fastidium igitur, & arrogantia mi-
seros homines in tanta mala præcipitabit. 25
Dominus igitur vehementer inflammatus il-
los omnibus pœnis excruciat, & bellum ad
eorum excisionem concitabit: omnia circum-
quatq; ferro, & flamma commiscebit, & tamen
nec ijs tantis ærumnis, atque supplicijs tracti, &
lacerati sensum recipere voluerunt, vt intelli-
gerent vim sceleris execrandam, propter quam
in tantam vim calamitatis inciderant. Et cum
ira Domini acriter in eos exarsisset, grauissi-
mumq; illis vulnus infixisset, nec sic tamen vo-
luerunt

23 Quis
est in vo-
bis qui
audiat
hoc? 24

25 Et ef-
fudit su-
per eos in
dignatio
nem furo-
ris sui.

luerunt hæc animis secum reputare: vt vitæ cõ-
filiio commutato Domini clementiam implora-
rent, ab eoq; sanitatem reciperent, à quo vulne-
rati fuerant.

1 TV verò, plebs sancta, quæ fidem datam mi-
nimè violasti, & patris tui Iacobi viri sanctissi-
mi vestigijs institisti, gaude isto tanto bono,
pietateq; perfruere. Nam, cum tantis ærumnis
homines perfidi vexati fuerint, tu diuino præ-
sidio circũseptâ triumphabis. Sic enim te sum-
mus ille Dominus, qui suam in te speciẽ inclu-
sit, animumq; tuum noua quadam forma de-
corauit, alloquitur. His, inquam, verbis te op-
timus ille Parens, qui spiritu suo te genuit, &
informauit, in spem gloriæ cœlestis, & immor-
talis impellit: Ne timeas, inquit, ego enim te à
seruitute, & interitu liberaui, & quod est egre-
gij familiaritatis indicium, nominatim appel-
laui, singulariq; beneuolentia complexus sum.
Quando igitur à me tantum egregiæ volunta-
tis pignus habes, fac, vt ex animo tuo timorem
omnem depellas, excelsosq; animo sis, & semper
inuito. 2 Nihil enim erit, quod tibi nocere 2
possit. Cum pedibus mare trãsmiseris, tibi præ-
sens adero: nec flumina quidẽ altissima te præ-
sidio meo cinctam obruere poterunt. Si per me-
dios ignes inceseris, nõ te calor infestus aduret,
neque flammarum ardore conflagrabis. 3 Ego 3
namq; sum præpotens ille Deus, cuius est pote-
stas immensa, & fides sempiterna, in quo om-
nem spem vitæ tuæ collocasti. Ego sum illud
sanctissimum, atque firmissimum Israëlis præ-
sidium, qui nunquam eos, qui sese ad me con-
tulerunt, salutemq; suam mihi crediderũ, ope
mea

CAP.
XLIII.

Cũ tran-
sieris a-
quas te-
cum ero.

mea destitui. Ego denique sum is, qui tibi salutem attuli, nec patiar eam rursus affligi. Pro te Aegyptios, Aethiopes, et Arabes oppressi, omnes deniq; orbis terrarum nationes, quæ te persequuntur, ad tuæ gloriæ materiam teletraui, easquæ tandem exitio dedidi, atq; perfeci, vt non modò tibi nihil hostes nocere possent; sed ex omnibus eorum perditis conatibus magnus tibi decoris, & gloriæ cumulus accederet. Sic enim omnes res humanas administro, vt omnia tandem ad eorum, quos elegi vtilitatem, & amplitudinem referantur. Eorum igitur oppugnatione, quasi piaculo quodam, omni criminis contagione liberaberis, ex eorum interitu & exitio cresces, & illis vastitate consumptis, tu meo numine liberata triumphum ducēs. 4 Postquam enim in eo summum studium posuisti, vt mihi; qui nō in corporis habitū, sed in animi cultum respicio, placeres, neque religionis adumbrata specie, sed ornamentis veræ fidei mentē excoluisti, in magna apud me pretio fuisti, ex quo ingētis gloriæ magnitudinem fuisse consecuta. Nam te egregiè caram habui, amplissimisq; muneribus auxi, summisq; ornamentis affeci. Sic igitur pro tuæ salutis incolunitate, & decoris amplitudine, reliquos homines, atque nationes vniuersas exitio destinabo; perficiamquæ, vt quo te vehemētius oppugauerint, eò tu clariùs illustreris, & illi grauiùs excrucientur, omniaq; tandem ad salutis, atque dignitatis tuæ summā reuocentur. 5 neq; cūm cernis eos, qui te propinquitate sanguinis attingunt, et eadem stirpe procreati sunt, propter perfidiam expulsos, & eiectos, & à regionis tuæ finibus

Ex quo honorabilis facta es in oculis meis.

Dabo homines pro te.

finibus exterminatos, ea res tibi mœstitiam afferat, grauioremq; metum incutiat. Tecū enim sum, vt te numero propè infinito multiplicē. Nec enim cognatio tua sanguinis, & feminis propagatione, sed fidei sanctitate, & religione continetur. Nec semen tuum est ad naturā corporis tui, sed ad spiritus mei fecunditatem referendum. A solis igitur ortu multiplicem tibi sobolem adducam, & ab occasu tibi filios congregabo. 6 Ab Aquilone genus tuum repetam, & austro, ne illius libertatem impediatur, imperabo. Omnes imperio meo obedire compellam, & efficiam, vt mihi, ex vltimis terris filios meos adducant, & omnia tandem sic disciplinæ cœlesti pateant, vt in omnibus orbis terrarum finibus innumerabiles filij verbi mei fatu generētur. 7 Ne opinione labaris, in eum quæ errorem inducaris, vt existimes clementiæ meæ magnitudinem esse Iudææ finibus circumscriptam, & telluris olim parentibus tuis assignatā terminis inclusam, eosquæ solos filios meos esse, qui secundum humani seminis rationem ab illis sanctis hominibus orti sunt. Non ita est: sed omnis qui se nomini meo mancipauerit, qui vitæ studium ad gloriam meam contulerit, ex quocumque genere hominum ilegit, in quacumque ora, atque parte terrarum consistat, erit in sobole mea numerandus, & ea de causa in sanctorum patrum stirpe censendus. Nec enim is fuit eam fidem, & pietatem ex humano studio, & industria, sed ex mea gratia, & benignitate consecutus. Ego igitur illum, qui simili fide numen colit, denudè creauit: ego illum informauit: ego denique illum spiritus meū

Ab oriente adducam semen tuum.

6

Et omnē qui inuocat nomen meum.

8 mei muneribus expoliui. 8 Vt autē clarissimè cerni possit, hoc admirandum opus nō esse naturā, aut studio, sed numine meo perfectū, in-
Educ fo- ras popu- lum cæcū. gens vbiq̄ miraculum edam. Si enim produ- xeris populum cæcum mentisq̄ue luminibus orbatum, qui nunquam cœli lucem conspexerit, sed teterrimis ignorantix tenebris immer- sus sit, & amentia præceps in exitum rapiatur, vbi primū illi disciplinæ meæ lumen affulserit, aspectum subitō recipiet, vt sceleris sui deformitatē videat, & diuinæ formæ speciem, & pulcritudinē contempletur, atque ita repentē à pestifero cupiditatis studio ad pietatis cultum traducatur. Similiter furdi, qui aures clausas habebant, ne possēt vnquā ad eas vox cœlestis disciplinæ peruenire, auditum recuperabunt, incensōque & inflammato studio sapientiam perdiscent, & incredibili alacritate iussis diuinis obedient. Quō autem maior est vis animi, quā corporis, eō magis declarat numinis mei præsentiam, salutare remedium subitō animi morbis allatum, quā corpori oppresso, & afflicto sanitas restituta. Cū igitur animaduersum fuerit, homines cecos, vera, recta, et simplicitia contueri, & Domini magnificentiam puris animis contemplari; cū exploratum cunctis fuerit, eos, qui doctrina mitigari, et molliri nō poterant, & naturæ voces aspernabantur, & disciplinarum monita repudiabant, repentē auribus cœlestem disciplinam haurire, præceptaq̄ salutifera complecti; cū denique perspicuum fuerit homines flagitijs omnibus coopertos, infinitisq̄ue sceleribus alligatos, repentē studio iustitiæ, atque pietatis inflammari, omniūq̄ue

maxi-

maximarum virtutum muneribus illustrari, nemo qui mētis fuerit compos dubitabit, quin opus illud omnium maximum ad solū Deum reuocandum, & genus illud hominum ad diuinam stirpem, & sobolem referendum sit. Nihil est enim, quod clariūs Dei nomen illustret, & cœlestem nobilitatem indicet, quā verē iustitiæ decus, & ornamentum. Ergo, cū tanta hominum multitudo fuerit subitō è flagitiorum tenebris in iustitiæ lumen vindicata, nomē Domini erit noua tunc, & insolita prædicatione celebratum, & Iudæorum cœtus, qui sanctorū patrum, à quibus originem traxit, fidem & religionem imitatus fuerit, gaudebit gentis suæ numerum tantis accessionib. amplificari. His quidem operibus Dominus vim nominis sui aperte significat. 9 Nunc reliquum est, vt videamus quibus signis numina à gentibus singulari cœremonia culta diuinitatem suam ostendāt: quomodo suis cultoribus in precibus, & votis occurrant: quibus prædictionibus eorum rebus cauerint: qua fide prædicta compleuerint: quid deniq̄, quō melior esset eorum status atq̄ conditio, in res communes attulerint. Conueniant gentes vniuersæ: conferant inter se omnes nationes rationem, qua deorum suorum causam tueantur. Doceant, num ab aliquo eorū à principio tanti beneficij, atq̄ muneris amplitudo prænunciata fuerit. Ipsiq̄ dij prodeant in medium: testes adducant: causam dicant: vanitatis à se suspicionem depellant: vt hominum sententijs absolui possint. Faciant deniq̄ vt homines, qui circumsteterint, audiāt eorum causam iurē defendi, atq̄ fateantur illos diuinitate præ-

9 Quis in
 vobis an-
 nūciabit

oc. iftud:

ditos esse. Num est aliquis inter homines, qui eorum sacris obligati sunt, qui possit aliquod opus afferre, quo testificetur, eos esse Deos, & humanis rebus gratia, & ope consulere? Non certè. ¹⁰ At vos vniuersi, qui meum numé sanctè colitis, & feruus meus, quem elegi, vt vos illius oratione de rebus futuris præmonerem, mihi diuinitatis clarissimum testimonium dare potestis. Idèd namque id multò antè denunciaui, vt numen meum exploratum, & cognitum haberetis, mihi què soli crederetis, & intelligeretis deniq; nec ante me Deum vllum informari potuisse, nec post me futurum fuisse; cùm ego ab omni semper æternitate, omnipotens, immensus, & infinitus extiterim, & omnibus ¹¹ sæculis sim in eodem statu permanens. ¹¹ Ego sum, ego sum Dominus, nec est qui salutem dare possit præter me. Vt enim solus omnia finxi, & informaui, ita solus omnia conseruare ¹² possum. ¹² Quod quidem non semel experti fuistis. Vestram namq; fidem prædictione verissima confirmaui, ostendique futurum, vt vos ab interitu vindicarem, salutem què vestram constituerem. Deinde, cùm matirum fuit, fidem meam liberaui: vobis què salutem contuli. Hæc quidem vt apud vos testata essent, curauim, vidistis què nullum Deum alienigenam his meis, vel prædictionibus, vel operibus se admiscuisset; vt ea de causa suspicari possitis, mihi cum illo officium communicatum, & munera inter nos ad vnius operis perfectionem partita, atque distributa fuisse. Vos, vos, inquit Dominus, testes estis, quàm multis in locis subsidio vobis occurrerim, numè què meum in salute vestra tuenda

enda declarauerim, diuinitatem què meam admirandis operibus testificatus sim. ¹³ A principio semper vnus, & idem mihi què similis in omni æternitate permaneo, nullaq; mutationè vllis vnquam sæculis habiturus sum. Cùm in scelera vindico, nemo poterit nocentes à meis manibus eripere, & ad constituto supplicio liberare: cùm rursus opus ad salutem cõferendam designo, nemo poterit me, vel à magnitudine benignitatis auocare, vel opus meum vllis viribus, & machinis impedire. ¹⁴ Hæc præterea dominus, in quo est firmissimum Israël præsidium positum, adiecit, vt fortius fidem sanciret, suorum què animos salutis spe firmissima confirmaret, ostenderet què omnia, què molitur, & efficit ad suorum salutem, atque dignitatem cõferri. Vt vos ex hostium impotenti dominatu liberarem, Medos, atque Persas, vt arma contra Babylonem caperent, incitauim, perfecique vt per fractis vestibus, & repagulis reuulsis, vrbe foedissima cæde vastarent, & Chaldæorum arrogantiã, & gloriæ naualis insolentiam omnino comprimerent. ¹⁵ Me igitur vnum inuenimini, me vnum reueremini, me vnum amore prosequimini. Solus enim sum summus ille Dominus, in quo est omne vestræ salutis præsidium collocandum. Ego namque Israël formauim, numeribus què diuinis ornaui, & instruxim. Ego vester Rex sum, cuius maiestatem vereri, cuius imperium sequi, cuius legibus vitam instruere, debetis. ¹⁶ Tum etiam hæc addidit. Vetera beneficia mente recolite, vt ad certam spem futurorum ardētius rapiamini. Ego sum ille summus Deus, qui vobis in mari iter

aperui, & in medijs fluctibus viam muniti, quæ
 17 pedibus profundi pelagi gurgitè transmiffis:
 17 qui currus, & equites exercitumq; robustiffi-
 mum eduxi, quem numine meo profternerem,
 atque vestri cauffa fluctibus marinis obruerè.
 Ea ruina simul omnes opprefsi iacuerunt, vt e-
 rigi nunquam possent. Instar incensi ligni fic
 extincti sunt, vt nunquam vel tenuiffimam vi-
 18 tæ scintillam conciperent. 18 Sed hæc nimis an-
 tiqua in obliuionem tandem adducite. Non
 quod vllum Dei beneficium fit ex memoria fide-
 19 lis hominis euellendum: sed quod præteritū
 fit amplitudine & magnificentia futuri doni,
 atque muneris obscurandum. Vt enim vmbra
 corpori concedit: vt lucernæ lumen in splen-
 dorem solis incurrens euanescit: sic intelligite
 memoriam antiqui beneficij (quo tanquam i-
 magine fuit adumbrata, & expressa diuinæ gra-
 tiæ, atque muneris amplitudo) esse futuri bene-
 ficij veritate, & constantia deponendam: & il-
 lud legis lumen splendore diuini spiritus ob-
 19 ruendum. 19 Animos igitur erigite: in cælum a-
 ciem mentis intendite: multoq; maiora vo-
 bis, & ampliora proponite. Iam enim opus no-
 uum, & inauditum molior, quod breuè erit o-
 mnibus opibus diuinis, atq; sempiternis floren-
 tissimum. An non vel huius tantè operis mira-
 culum animos vestros ad meam potentiam, &
 benignitatem multò clariùs intelligendam cõ-
 mouebit? Nam rursus in terra vasta, & inculta,
 in qua nunquã fuit humanitatis, & pietatis ve-
 stigium impressum, viam latam, & illustrem a-
 peria, & in regione arida, atq; solibus perusta,
 fontes subito prorumpent: flumina labentur
 quæ

Nec me-
 mineri-
 tis priorū

Ponã in
 deserto
 suam.

quæ sitim restinguant, totamq; telluris illius
 faciem, herbarum, atque arborum amœnitate
 vestiant. Perennes enim spiritus mei aquas in
 animos olim ab omni cultura derelictos, & ne-
 fariæ cupiditatis ardoribus inflammatos indu-
 cam, quæ facile sitim expleant, & virtutum o-
 mnium cultum, & amœnissimam decoris, &
 honestatis viriditatem eliciant. 20 Homines o-
 20 Et glo-
 lim immanitate cupiditatis efferati, qui omnes *rificabit*
 animi conatus ad aliorum perniciem compa- *me bestia*
 rabant, qui humanam societatem minimè co- *agri.*
 lebant, & lucem, atque celebritatem fugiebant;
 vt qui tanquam serpentes, vt veneno multos
 mortales interimerent, latitabant, humanos
 sensus recipient, suumq; studium ad cultum
 nominis mei subito conuertent, benignitatem-
 quæ meam summis laudibus extollent: cum vi-
 derint aquas gratiæ meæ in loco deserto, & in-
 culto profluere, & fluuios cœlestium donorū,
 & munerum, in arida, & exusta regione dima-
 nare, vt populi mei, quem mihi fide conciliaui,
 sitim expleant, & omnium diuinorum bono-
 rum copiã cumulent. Et cum nec opes vllæ, nec
 honores, & imperia, nec exquisitissimæ volu-
 ptates possint vllò modo immensam, & infini-
 tam hominum cupiditatem satiare; immò quò
 magis affluunt, eò magis cupiditatem irritent,
 ita vt cum eorum affluentia crescat simul ino-
 pia, & indigentia: qui tamen spiritum meum
 hauserint, ita erunt omnium bonorum copiã,
 & vbertate completi, vt nihil ampliùs in vita
 desiderent. Erunt enim veris opibus egregiè cu-
 mulati, & honoribus summis amplificati, &
 voluptatibus sempiternis affluentes: ita vt ni-

hil relinqui possit, cuius incensa cupiditas eorum animos excruciet. ²¹ Hunc populum singulari quadam ratione creauit, & informauit, in cuiusque mente similitudinem mee virtutis impressi, ita, vt sit nouum quoddam opus, noua species, atque figura excellenti opere perfecta, manibusque meis singulari artificio perpolita, cuius omne studium in gratiam meam perpetua laudatione celebrandam conferatur. In tanto vero, & tam obstupendo munere, & beneficio, quid tandem est, quod genus humanum in medium afferre possit, quo me sibi obligatum asserat, humanisque meritis hæc tanta bona tributa confirmet? Num gentes feræ, & indomitæ, omnibusque turpitudinum notis iniustæ poterant vita impia, & scelerata meum sibi numen astringere, vt tantum eis beneficium conferrem? Ne ipsæ quidem gentes tantum sibi assumere audebunt, vt meritis suis numen astrictum putent. Vt de illis igitur fileamus, nū Hebræum genus quæ tanta sedulitate omne vite studium in sacris peragendis, & in religione multifariam colenda consumpsit, potuit illis sacrificijs, illis cæremonijs, illa magnificentissimi templi sanctitate tantum de meo numine promereri? Minimè profecto. Nec enim humanis studijs opes diuinæ debentur: nec terrenis muneribus cœlestia comparantur. Quid autem præterea est, quod homo in ipsis sacris terrenis insolescat, cum ipse sceleri sit affinis, & scelus ipsum, quod Deum alienat, naturæque sua benignitatem illius à cura humanæ salutis auerit, sacris illis expiari non possit? ²² Ne igitur erres Israel, ne in fraudem inducaris Iacob, Nec enim preces tuæ me flexerunt:

CAP. XLIII. LIBER QVARTVS. 136
 sunt: neque labore tuo in expianda religione consumpto placatus sum. ²³ Non mihi pecudè ad sacrificium obtulisti, nec hostijs, & victimis tuis mihi debitos honores detulisti. Non ego tibi muneris onus imposui: nec à te thuris suffimenta vehementer expetiui. ²⁴ Neque, cum argento odores mihi emerès, eorum fragrantia delectatus sum, nec sacrificiorum tuorum adipe delinitus. Quem enim fructum mihi eiusmodi sacra offerre potuerunt? Quid in illis extitit, quod me per se posset ad gratiam inflectere: Et tamen cum illis operam dabas, iram in te meam prouocabas. In animo enim tuo scelus inhærebat, cuius delendi gratia serui formam indui, doloresque immensos excepi. Tu igitur me per flagitia tua seruire compulisti: tu iniquitatibus tuis mihi grauissimos labores attulisti. Si igitur te diligenter excusseris, & omnes animi tui latebras exploraueris, nihil in te infidere conspicias, quod me tibi propitium reddat: multa verò, quæ in te numen meum incendant. ²⁵ Comprime igitur spiritus: arrogantiam sedam: insutum scelus agnosce: animumque tuum, quantum potes, abijce: neque in te tantum audaciæ crimen admittas, vt causam salutis tuæ meritis tuis assignes. Ego sum, ego, *Ego sum, ego sum,* inquã, sum, qui propria benignitate, & clemētia prouocatus rebellionis tuæ scelus profligauit, peccataque tua sempiterna obliuione conuulsi. Si nunc igitur castus, si integer es, si pietatem, & iustitiam colis, id totum est mihi in acceptis referendum. ²⁶ si secus opinaris, velim mihi suggeras, si fortè fuit aliquid à me prætermisissimum. Agè iam si libet iudicio disceptemus, vt
 T 4 si iuris

fi iuris æquitati niteris, litem obtineas. Narratur, quid habeas, ob quod merito singulari possis partem aliquam iustitiæ ad merita tua

27 reuocare? 27 Num singularem naturæ præstantiam, & acumen ingenij cū præstantissima virtutis indole coniunctum? At ille primus humani generis parens, cū omnibus naturæ præsidij, & ornamentis redundaret, tamen turpissimè lapsus est, & detestabile in se scelus admisit.

Pater tuus prius peccauit.

Num legis piaculis, & institutis credis te iustitiæ puritatem retinere? At illi summi legis interpretes, qui tantum reliquis omnibus religionis studio præstabant, à me nefariè descuerunt.

28 Viri igitur sanctitatis opinione præcëlentes sceleris à me conuicti sunt, & populum Israël is vniuersum, cui primum lex data est, exitio deuoui, & cœtum illū Iacobi stirpe propagatum execratione deuinctum, exitio, & vastitate consumpsi.

Non igitur in natura, nec in lege sunt tibi constituenda vitæ præsidia, sed omnia tandem sunt tibi ad meam benignitatem referenda.

1 CAP. XLIII. I A V D I nunc igitur Iacob, qui te voluntati meæ penitus addixisti, vt mihi perpetuò seruires. Audi Israel, cuius ego fidem elegi, iustitiæq;

2 summis ornamentis decorauit. 2 Hæc dicit Dominus, qui te finxit, & informauit, atque iam ab vtero matris tuæ ad amplissima munera seruauit, præsentique auxilio protexit. Ne metus vllus animum tuum frangat, quādo seruus meus es, & iustitiam sanctè colis. Nec enim fieri potest, vt serui mei, quos in fidem meam recepi, alicuius iniuria violenti, & qui iustitiæ muneribus exculsi sunt, à me supplicio dedantur.

Nolite me serue meus Iacob.

tur. Ne te vel nefaria cupiditatis immanitas, vel naturæ imbecillitas ita cōturbet, vt casum, atque ruinam pertimescas. Ego enim te, si in fide permanseris, ope mea confirmabo, vt facile possis contra omnes cupiditatis impetus statum animi tueri, & honestatis ornamenta retinere, & iustitiæ opibus diuinis affluere. 3 Aquas enim in sitientem tellurem demittam, & flumina in aridam terram deriuabo. Fac igitur, vt cū hoc vnum expetas, hoc vnum ardentissimè sitias, hoc assiduis precibus efflagites, vt animum tuum iustitiæ cupiditate flagrantem expleam, sitimquæ tuam gratiæ copia, & vbertate restinguam: spiritum enim meum, non super te tantum, sed super omnes filios tuos, hoc est, in omnes, qui fidem tuam imitati fuerint, sequè exemplo pietatis tuæ conformauerint, effundam. 4 Crescent, quasi plantæ in terra her- 4 bida, & amœna consistat, & tāquam salices, quæ perennium aquarum deductionibus alluuntur. 5 Erit igitur in terris, ad quas cœlestis disciplina peruaserit, mira studiorum commutatio & repentina vitæ conuersio: ita vt alienigenæ, & simulacrorum cultui dediti, qui fuerant erroribus innumerabilibus obcæcati, & flagitiorum omnium maculis infecti, subitò in lucem respiciant, & vitæ sanctimoniam colant, & ad Israël is cœtum aggregentur. Hic enim se Domini seruum appellabit: ille se Iacobi fidem sequi profitebitur: alius literarum monumenta Domino consecrabit: & Israël is cognomen assumet. 6 Hæc dicit prætereà summus Dominus, 6 qui regio imperio Israël em continet, atq; moderatur: qui populū suum à seruitute redimit: quem

quem vnum Imperatorem cœlestes exercitus summo studio, & alacritate sequuntur. Ego sum rerum omnium fons, & principiū, à quo cunctæ naturæ proflexerunt: ego sum finis rerum omnium, in quem infita cupiditate referuntur. Ego igitur solus omnia sempiterna vi, imperio, numine, potestate complector: nec præter me vllus esse potest, in quem Dei nomen conueniat. 7 Quis enim inter illos, quibus gentes diuinitatē tribuunt, mei similis est? Quis opera familia designauit, rebusq; mirabilibus vim sui numinis indicauit? Prodeat in medium: virtutis suæ documētum det, mecumq; factorum similitudine, & imitatione contēdat: vocet ea, quæ nondum sunt: ipsius vocis potentia nouas formas, atque naturas efficiat: & vt magis probet ea, quæ creanda sunt numine suo, in lucem proferēda, & primūm futura prænunciet: modum, & ordinem, & conuenientiam, qua naturam omnem obligauit, si potest, imitetur, atque à mundi primordio humanę naturæ à me conditæ, & constitutæ rationem repetens, eam potentia, & artificio consequatur, & ijs, à quibus colitur, quæ sunt euentura præmonstret. Quod si nec vlla vi, nec ratione, nec rerum prænotione possunt diuinitatis suæ significationē dare, certē constat, eos esse dementissimos, qui ab illis pacem exposcūt, eorumq; numina, quę nulla sunt, nec esse possunt, suppliciter, atque demissè venerantur. 8 Ergo cum aliqua tempestas in res communes inuaserit, perculli formidine trepidabunt: bonisq; omnibus euerfi prosternentur, seroq; intelligēt, se omnes spes suas in vanitate repositas habuisse. Vos autem qui numi-

*Nolite
timere.*

numinis mei fiducia vitam colitis, quorum o-
pes meo præsidio fulciuntur, cum aliquis rerū
motus, atque perturbatio in rebus humanis ex-
titerit, ne metuatis, nec animis cōcidatis. Quid
enim est, quod vos conturbet? An non illa vo-
bis multo antè prouisa, atque mediata sunt?
Nunquid non sunt à me vobis antè prædicta,
ne incurfu repentino vestras mentes de statu
dimoueant? Num parūm intelligitis, me vobis
in rebus asperis, subsidio adfuturū? Vos enim
mihi testes estis, nullum aliud esse calamitatis,
& miserię perfrugium, nullum aliud firmum
vitæ præsidium, non aliam esse salutis, atque
dignitatis arcē, quàm illam, quæ meo numine
cōtinetur. Vt enim nemo alius rerū opifex esse
potest: ita nemo alius potest suorum salutis, &
incolumitati consulere. Et tamen tantus furor
hominum mentes oppressit, vt hanc arcem tu-
tissimam, atq; munitissimam deserant, aliæque
sibi præsidia comparent, & numina sibi falsa,
& inania confingant. 9 Profecto omnes, qui si-
mulacra formant, atque figurant, quæ deinde
venerentur, sunt erroris, inanitatis, & amentię
plenissimi. Quæ enim maior amentia cogitari
potest, quàm id ardentè expetere, ex quo nul-
lum in vita fructum consequi possis? Cuius qui
dem rei ipsi, qui signa colunt, testes esse pos-
sunt. Exploratē enim cognoscunt, ea neque vi-
dere, nec intelligere, tantūm abest, vt valeant
cultoribus opitulari. Ideo cum eos calamitas
oppresserit, præter sceleris cruciatum, amen-
tiæ sempiternam ignominiam, & turpitudinē
subibunt, atq; sustinebūt. 10 Quis enim poterit
pro dignitate tanti furoris immanitatē verbis
expri-

*9 Plasta
omnes 1-
doli nil
sunt.*

10

exprimere? Num Deum homo formabit? aut propitium sibi numen, cuius subsidio nitatur, effinger? maioremque vim in opere à se facto, quam in se, qui illud effecit ponendum arbitratitur? Et tamen summa pertinacia in amentia perseverat, & imaginem summo studio conflatur, cuius religione iuvari minimè possit. Iuvari inquam? Immo ex ea sibi pestem, & exitum comparabit; insignemque dedecoris ignominiam accipiet.

11 Omnes enim qui tanti sceleris participes fuerint, & fabros etiam, qui minimè viderint se homines esse, fierique non posse, vt Deum ars humana formet, amentia suae pudebit, extremaque ignominia deformabuntur, cum fuerint experti, nullum sibi praesidium illam religionem impuram, in quam omnia studia vitae contulerant, attulisse. Conueniant vniuersi, atque animum colligant, scelusque suum reputent, & ad caeli aspectum contremiscant, summiq; Dei sanctissimum numen exhorreat, & in recordatione suscepti facinoris erubescant.

12 Faber forcipe ferrum versat in prunis, malleoque contundit, excuditque tandem figuram, in eaque perficienda omnes suas vires, animiq; neruos intendit: fame, siti, laboreque nimio fessus, tanto tamen studio in opus incumbit, vt ne aquam quidem gustet, ne quicquam de contentione remittat.

13 Ecce tibi alius, qui signa ex lignis dolat, regulam applicat, atque rubrica formam designat: dolabram deinde, atque scalprum adhibet, & circinum circumducit, lignumque in hominis habitum, formamque figurat: hominis illi cultum affingit, vt in aedi-

14 bus collocet. 14 Neque solum opus quo Deus è ligno

ligno fingitur, est humano artificio factum; verum etiã ipsa materia humana industria comparatur. Homines enim se accingunt in densa sylua, vt cedrum praecedant, & ilicem, & tiliam, & quercum, & eiusmodi arbores caesas conuehant: quin ipsi saepenumero cedros conserunt, quae pluuijs irrigatae in iustam altitudinem affurgunt. 15 Tum vbi materiam illam variam, atque multiplicem dissectant, domumque subuehant, ex ipsis pyram extruunt, ignemque subiiciunt, vt frigus depellant: & partem etiam in furnum innuttunt, vt panes coquant: postremo ex eodem ligno Deum sculpunt, ad cuius se pedes abijciunt: eumque corporis habitu nimis abiecto, atque demisso venerantur.

16 O detestabilem amentiam, deploRANDAMque animorum caecitatem: Tantumne furorem hominum metes inuasisse, vt Deo vero nefarie derelicto, è reliquijs materiae vilissimae, in quodidianos vsus vitae conferunt deos sibi faciãt, atque pro salute, & incolumitate sua ligna veneretur? Couehit homo ligna: partem in focum conijcit: parte carnes coquendas sedulo curat: comedit deinde, atque saturatur, & igne concalescit: & ait, mihi bellè est, depuli frigus, & concalui, lucemque ex lignis aspexi.

17 Tum ipsorum lignorum reliquias ita dolat, vt ex illis deum efficiat. Illum igitur quem manibus suis ex inutili ligno perpoliuit adoret: ad illius pedes sternitur: ab illo pacem exposcit, & inquit, serua me obsecro: nam Deus meus es tu. 18 Non sentiunt, nec intelligunt: sensibus orbati sunt: oculi eorum quasi tectorio inducto penitus obstructi sunt: mens eorum obductis tenebris obscurata est: ita vt neque videant, ne-

que mente recogitent, quàm scelestū in se faci-
 39 nus admiserint. 19 Nec enim se consulunt, nec
 vllam animaduersionem adhibent, nec saltem
 hęc secum aliquando loquūtur; Ex parte ignē
 feci: panem in prunis coxi: carnes etiam eodem
 igni assas comedi: ex ligni verō reliquijs tetrū,
 & detestādum opus designaui, vt coram ligno,
 20 quasi corā Deo, procumberem. 20 Hęc cince sce-
 lera? Hęc cince portenta? Tam detestabilis amen-
 tia vexabit animū flagitijs excæcatum, vt corā
 ligno cineris socio, atque aded germano (illius
 enim iam maxima pars cōsumpta flammis, &
 in cinerē redacta est) se abijciat: & simulacrum ē
 leuissima materia factum in tantam fraudem
 impellat hominem mentis, atque rationis par-
 ticipem, vt lignum impia, & execranda super-
 stitione veneretur? Et ab illo auxiliū postulat,
 qui nullā opem potest supplicibus suis adfer-
 re, nec vitam ab interitu vindicare? Et tamē in
 scelere pertinacissimē perseuerant, nec illā sal-
 tem cogitationem suscipiūt, vt dubitent inter-
 dum, num ea religio, qua se obstrinxerunt, sit
 inanisissima, & mendacij fraudisq; plenissima.
 21 Hęc tecum animo meditare: hęc memoria
 repete Iacob: recogita quantum beneficium ac-
 ceperis Israel: quādo hoc affectus es, vt diris-
 simæ religionis portenta relinqueres: nec inani-
 sissimis simulacris, sed mihi supplicares, tequē
 ab immanissimo scelere ad numinis mei cultū
 traduceres. Nunc igitur seruus meus es, vt sit
 tibi diligentissimē præcauedum, ne quidquam
 contra volūtatem meam moliaris, & serui no-
 men, quod quidem est plenissimum decoris, &
 dignitatis amittas. Nec enim si fidē retinueris,
 22 tui ynquam obliuiscar. 22 Vide enim quātum

in te beneficium cōtulerim, cū te omniū ma-
 lorū maximo, quod beneuolētiam in te meam,
 & amoris mutui vinculum dirimebat, libera-
 uerim. Nam perfidiam, atq; rebellionem tuam, *deleui Et*
 quasi densam, & atrā nebulā, discufsi, & omnia *nubē ini-*
 peccata tua, quasi nubē, spiritu meo dissipauī. *quitates*
 In me igitur tantū respice: facito quē, vt omnia *tuas.*
 studia tua ad me traducātur, quando solus te à
 sempiterno exitio liberaui. 23 Quib' laudibus, 23
 quibus canticis, quibus acclamationibus poterit
 tantum munus, atq; beneficium hominum
 generi vniuerso collatū celebrari? Cælū lætissimo *Laudate*
 clamore circumsonet. Dominus enim ipse *calig. no-*
 per se salutem sempiternā constituit, opusq; o- *niā mis-*
 mnium maximū, quod omnes in se potestatis, *ricordā*
 atq; benignitatis, & sapientiæ numeros conti- *fecit Do-*
 net admirabili ratione perfecit. Terræ etiā vni- *minus.*
 uersę profunditas ingētes voces lætitiæ exultās
 emittat. Montes etiā maximos clamores edāt,
 saltus, atq; nemora, & arbores cunctæ gaudio
 cōplete tripudiant, omnis deniq; natura popu-
 lo Dei de diuina clemētia gratuletur. Redemit
 enim Dominus Iacobi progeniē, non tā genere,
 quā fide à reliquis nationibus segregatā, popu-
 lum quē suum summis muneribus honestauit.
 24 Audi plebs sanctissima, quæ te in Dñi fidem 24
 contulisti, & intellige, vt pleniore quodā gau-
 dio cumuleris, quātæ cūræ summo Deo sis. Sic
 enim ait Dñs, q te ē peccati dominatu, & à tyrā-
 nide mortis eripuit, qui te in vtero matris tuæ
 finxit, atq; ad tātum bonū maturo tēpore per-
 fruendū reseruauit. Ego sum ille summus Dñs *Ego Do-*
 per quem omnia effecta sunt. Solus enim cœ- *minus fa-*
 los extendi, terræq; faciem meo tantū numine *ciens om-*
nia.

subnixus explicui, & in omnes partes dilataui. Mihi igitur soli immolandū, & supplicandum est, mei quē solius nomen est in omni æternitate laudibus efferendum. Nec est enim aliud numen præter me, nec sapientia vlla, quæ nomine sapientiæ digna sit, si à meo spiritu seiungatur.

- 25 Ego namq; irrita facio signa eorum, qui præstigijs mentibus illudunt. Ego sum qui diuinos inanitatis, & amentix conuincō: qui sapientes retrorsum præcipites impello, eorumquē prudentiam stultissimam plenissimamque incondideratissimā temeritatis ostendo: 26 qui, quæcunque seruus meus numine instructus meo prædixit, verissimo rerum euentu confirmo, & cōsiliū eorum, quos ad homines erudiendos legauī, perficio: qui numine, & imperio meo facio, vt Ierosolyma, postquam ei fuerit exitiū, atque vastitas illata, rursus ciuium frequentia, & multitudine celebretur, & Iudææ ciuitates, armis hostium dirutæ, rursus ædificentur: qui collapsa, atque vastata in pristinum splendore restituo: 27 qui profundo mari, vt exarescat præcipio: qui fluminū alueos, vt exliccentur, meisque tutum transitum præbeant imperio cogo: 28 qui Cyrum excito, vt populum regat, & illū liberando voluntati meæ pareat, & quod iam pridem designaui, perficiat: qui nutu meo multos mortales impello, vt Ierosolymam instarent, & templum rursus ædificent.

1 HÆC deinde dicit dominus Regi suo Cyro, quē honoribus summis augebit, omnibusq; regijs opibus, atque muneribus instruet, & ad summum extollet. Illum, inquit, robore confirmabo, vt ante se gentes belli vi percussas sternat,

nat, regumq; vires infringat, atq; debilitet: aditum illi in vrbes patefaciam: nec quisquam illum aditu prohibere poterit. 2 Ego tibi præibo, meoque præsidio omnes viarum asperitates facili contentione superabis, & sine vlla offensione recta via à me antè munita, ad hostium vrbem peruenies. Portas æneas effringam: vectes ferreos excindā: omnia deniq; claustra reuellā: vt nihil tibi sit impedimento, quò minus in hostium fortunas inuadas, illorumq; opes diripias. 3 Obstrusam, & reconditam gazam multis ætatibus hominum auaritia coaceruatam locisq; tenebricosis inclusam, tibi tradam: vt noveris me Deum verū esse, qui tibi præsens adeo, teq; benignitate singulari complectar. 4 Hec autem omnia ornamenta in te cōgeram, vt populus meus ope tua liberetur. Omnia siquidē quæ molior, & efficio ad eorum, quos elegi, salutem & incolumitatem, & amplitudinem cōferuntur. In hoc igitur te, antequam mei notitiam caperes, excitauī, multisq; rebus gestis, & summi honoris insignibus illustrarem reddidi. 5 In me vnum intueret: meo præsidio nitere. Solus enim Deus sum: nec præter meum numen aliud est, in quo sit vitæ præsidium reponendum. Ego te, antequam me cognoscas, inuictō robore sapiam, animiq; singulari alacritate cōfirmabo: 6 vt ab ortu solis ad occasum, apud omnes mortales hoc insigni mei nutminis, atq; potestatis immensa documento testatum sit, me solum Deum esse: & homines, qui commentitia numina venerantur, & colant, in summa inanitate versari. 7 Ego lucem excito: ego tenebras offundo: ego pacem, & tranquillitatem fa-

Ego domi-
nis fa-
ciens om-
nia hac.

cio: Ego rursus bellum, & belli calamitates im-
porto. Nullum est enim vitæ cōmodum, quod
à me non manet: nullum rursus incōmodum,
quod voluntate mea, & consilio meo non homi-
nibus inferatur. Ego Dominus, ad cuius volun-
tatem hæc omnia administrantur: vt vel benefi-
cij mortales alliciã: vel propositis minis ab-
sterream: vel pios homines præmijs amplissi-
mis ornem: vel impios extremo exitio, atque
clade conficiam.

Hæc quidem Isaias sub Dei ipsius persona de futura
libertate, quæ erat Cyri operâ restituenda, differuit. Hoc
autem in loco, quod quidem non solum illi, sed omnibus
sanctis hominibus vsu veniebat: vt in medio cursu ora-
tionis, maximè autem cum de rerū diuinarum vmbrijs,
& imaginibus sermonem faciebãt. subito ad cogitatio-
nem sempiternæ libertatis inflammato studio raperen-
tur; exclamat, & ad alterius libertatis cupiditatē, quæ
quidem non à Cyro, sed à Christo danda erat, exarde-
scit. Nec enim vir diuinus signa, sed veritatē signis ex-
pressam requirit: neq; libertatem Cyri imperio partã,
quæ breui erat amittenda, sed Christi beneficio consti-
tutam, quæ nullis sæculis erit labefactanda, flagitat: nec
Cyri denique regnũ, quod tandem erat euertendum,
sed Christi regnum sempiternum per illud designatum
admiratur. De illo igitur cogitans, illius cupiditate fla-
grans illiusq; subito ad admiratione defixus, cælum, atque
terram inclamat inquit:

8 O cælum, iam salutarem illum rorem su-
pernè demitte: ò nubes, illum iustitiæ imbrē in
terras effundite. Iam tandem virgo sanctissima
diuini spiritus inflatu concipiat, fructumque
tandem

Rorate
cæli desu-
per.

tandem edat, per quem est hostis sempiterni ty-
rannis extinguenda: & salus sempiterna diuinis
bonis egregiè cumulata hominum generi con-
ferenda. Non Cyri opes expeto: non magno-
pere Babylonem extinctam cupio: non valdè
restitui meum genus in terrenas sedes, à quibus
demigrabunt, exopto: Illud me Christi deside-
rium incendit, illam regis sempiterni victoriã
deposco; cupiditate illius regni, illius libertatis
quam iustitiæ munus amplissimum afferet, fo-
lito vehementiùs inflammor. Hæc omnia, in-
quit Dominus, numine meo, atque benignita-
te perficiam. Nunc quidem libertatem hanc,
quæ illam est adumbratura, constituam, & ea
de causa Cyrum ad Babylonis exitium euoca-
bo: tũ demũ, cùm maturum fuerit, regem illũ,
quem ardentè expetis, excitabo, vt mortis, at-
que peccati tyrannidem deleat; iustitiæq; fru-
ctum in terris efferat.

Sed hic potuisset aliquis, vt est hominũ genus audax,
& temerarium, impium sermonem inducere: Si Deus
tanti facit eos, quos semel in fidẽ recipit, cur illos an-
tea vexari, tantisq; simul ærumnis affigi permisit? Nõ
potuit hostium conatus impedire? Nõ impetum à ciui-
tate sibi consecrata repellere? Non postremò exercitiũ
hostilem incendio excitato consumere? in quo quidem
melius fidẽ præstitisset, rectiusq; gloria sua consulisset.
Nã aperte cerneretur, quanta fide eos defenderet, qui
sefe ad cultum illius contulerunt, & simul numinis sui
vim, atq; potestatem memorabilibus operibus indica-
ret. At, inquit, Dominus tandè eos ab exilio reuocabit:
sed multo certè cōmodius fuisset, eos nunquã exiliũ cau-
sa solũ vertisse, quàm post rã multos labores exhaustos

& longissimi auxilij diuturnam vexationem in patriam dirutam, & incensam reuerti. Deinde, cur non citius opem suis attulit? cur tam multos è populo suo in seruitute mori sustinuit? Cur illud beneficium, quod tam sæpe futurum ostendit, non tandem exhibet, vt hominum genus errore liberet, gloriæq; suæ prospiciat, neq; tam multos mortales interire patiatur? Hæc, & his similia conuicia iactant homines profligati, atq; perditæ, quibus in se Dei sanctissimum numen concitat, & irâ illius acriter incendunt. In eos igitur Isaias inuehitur, eorūq; impudentiâ eiusmodi oratiõe infectatur:

Va qui cõtradicit factori suo.

O effrenatam temeritatem: ò detestabilem, & execrandam audaciam: ò diram conuicij indignissimi petulantia. Homuncione illū naturæ conditorem, à quo creatus est, impudentissima oratione laceffet: audebitq; iudicio cū illo cœli rectore contendere, cuius ratione, & æquitate omnes naturæ partes fultæ sustententur, & admirabili sapientia gubernantur. Quid enim est homo, nisi fictile quoddã vas, fragile & caducū, atq; subito conterendū? Hæccine scelera? vt lutum figuli artē vituperet? & in artifice rationē requirat: & eū ipsum, à quo formatū est, accuset? Si vas fictile loqui posset, & his verbis figulū increparet: cur me ad hunc modū figurasti? cur non mihi aliã speciẽ venustiorẽ affinxisti? Opus tuū est rude, & impolitū, nec vllã artificij solertiã declarat. Hæc si vas fictile diceret, nõne portenta loqueretur? At quãtū curiosus, & imprudētis se gerūt, qui ne cū vase quidẽ luteo, si ad summū mundi opificẽ respicias, cõferendi sunt: & tamen ab illo operis rationē reposcunt, & summę benignitati flagitiū immanitatis affingunt!

singunt? ¹⁰ Quid? nunquid filij molestè ferūt, se fuisse in lucẽ susceptos? nõ de patre, q̄ eos genuerit, aut de matre, q̄ fuerit enixa conqueruntur? Quæ igitur tanta impietas est, quæ tã proiecta audacia, & impudentia, vt audeant homines à Deo formati, tantisq; beneficijs affecti in optimum illū parentē inuehi, in quo est Israëlis præsidium cõstitutū? ¹¹ Vos scilicet, inquit ille, me de officio meo commonebitis, & quid in posterum de filijs meis statuendū sit, interrogabitis, & quod mihi sit munus obeundū, oratione præscribetis? ¹² Ego quidem terrã fundauit, & hominū genus, quod eã coleret creauit, manibusq; meis cœlū explicauit, astraq; omnia meo imperio cõdita & cõstituta sunt: nec meorū res, qui se mihi dederunt, vnquã neglexi. ¹³ Cū igitur maturum, & magis ad eorū salutē & dignitatē accommodatum fuit, tum illū excitauit, qui eos in libertatem vocaret, & muneribus atq; ornamentis afficeret. Vt igitur nunc Cyrum accire constitui, qui populum meum debitis pœnis expiatum, & iam ad officium calamitatis eruditum in patriam restituet: sic tandem vniciū illū generis humani liberatorem excitabo, vniuersisq; muneribus exornabo, omnesq; vias illius curabõ, vt absque vlla offensione gradiatur. Is ciuitatem meam ædificabit, & exules, & extorres, qui in fide mea manserunt in libertatem restituet, idq; nec pretio, nec meritis vllis adductus, sed in fide benignitate prouocatus efficiet. ¹⁴ Sic autem Dominus Cyrum, aut, vt re-

Hæc dicit Dominus sanctus Israel el plasbes eius.

¹²

¹³

Ipse adificabit ciuitatem nomine meo.

¹⁴

bore quæ sita deferetur: tibi merces Aethiopū,
& Arabum comparabuntur: ad te summi prin-
cipes studium suum libenter applicabunt: tibi
seruient: te festabuntur: legumque tuarum vin-
culis alligati vestigia tua persequentur: ex om-
nibus denique nationibus, vndique confluent
viri pietate præcellentes, qui sese genibus
tuis aduoluant: qui tibi supplicent: qui numen
tuum venerentur. Sic autem ad te supplices
adibunt, hisque verbis à te opem, atque præsi-
dium efflagitabunt. Profectò in te verum numen
inhabitat: nec est alius Deus, præter eum,
qui te secum vinculo indissolubili colligauit.
15 Profectò in te diuinitas inclusa latet, hu-
manaque in te natura sempiternum Dei numè
occulat. Tu es ille verus Deus, penes quem Is-
raëlis salus consistit. 16 Florentes, atque beati,
summisque decoris ornamentis honestati erunt
omnes, qui fidem erga illum conseruauerint:
Illi verò, qui simulacra faciunt, quæ supersti-
tiosè colant, erubescant, vniuersique turpitu-
dinum maculis inurantur, ignominiæque sem-
17 piterna deformentur. 17 At Israel, qui verè hoc
nomen vsurpat, id est, qui fidem sanctè præstat,
regisque sempiterni vestigijs insistit, Domini be-
nignitate saluus, & ornatus erit. Nec erit illud
beneficium exiguo vitæ curriculo circumscriptum:
sed in omni æternitate vigebit. Is enim salutem à
Domino sempiternam consequetur, nullisque vnquam
sæculis erit ei aliqua labe dedecoris aspersa.
18 Sic enim ait Dominus, qui cœlestem naturam
condidit, terramque à se creatam stabiliiuit,
non temerè, nec sine causa, tanta opera in terra
creanda posui: sed eam, vt habitare-

18 Hæc dicit
Dominus
creans
caelos.

Tantum in
te est De-
us.

bitaretur extruxi. Nec est numè aliud, quod illi
stabilitatem det, atque fixam in illius sede
contineat. 19 Iam verò legem, quam sanxi, non
in tenebris sanxi: neque disciplinam meam ce-
latam esse volui: sed publicè, atque palam tradi-
didi, multisque prodigijs illius sanctitatem
declaraui, eamque sacrosanctis monumentis ad
sempiternam memoriam consignauit. Quid igitur?
num existimatis me sine respectu ad aliquem
meorum fructuum tantum studium in lege
posteritati Israëlitis promulganda consump-
sisse? si hoc in animum inducitis, temerè suspi-
camini. Non enim est meum, aliquid sine causa
moliri. Ergo si naturam condidi, si legem dedi,
si viros sanctos instruxi, si illos ad populum cæ-
lestibus disciplinis imbuendum misi, certè cõ-
stat, me hæc omnia eorum causa suscepisse,
qui sese ad meam fidem, atque patrocinium
contulere. Secus enim minimè illos admoni-
issem, vt mentem meam inquirerent, vitam-
que suam mea voluntate, atque disciplina con-
formarent. Non, inquam, temerè Iacobi ge-
nus admonui, vt me sequeretur, opemque
meam assidue flagitaret. Ego enim Dominus
meam adfructum, qui iustitiam doceo, & rectam
disciplinam trado. Non igitur iustitia mea patitur,
vt hominibus mihi addictis illudam, nec ratio
requitatis, vt eos à recto tramite salutis aberrare
finam. 20 Congregamini, & venite, propius.
que vniuersi simul accedite, qui reliqui à com-
muni calamitate facti estis, gentiumque ma-
nus effugistis. Ipsi certè nostis, quam sine
mente sint, qui lignum extollunt, & ex eo fa-
ctum simulacrum dedicant, & illud, quod

19 Nō in
abscondi-
to locu-
tus sum

Non dixi
semini
Iacob
Iustitiam
meam
querite
me.

Nesci-
runt quile
nūc signu
sculptura

omni sensu caret, nec potest opem ullam affer-
 21 re, tanquã Deum pro salute deprecantur. 21 Vos
 autem, qui deorum inanitũ sectam sequimini,
 causam eorum suscipite: factũ aliquod præcla-
 rum eorũ proferte, in mediumq; adducite. Om-
 nes inter se consultẽt, quãnam ratione religio-
 num suarum sanctitates probabili saltem ra-
 tione tueantur. Ecquis vnquam ex illis simile
 opus designauit, vt hominum generi tam ad-
 mirabili ratione confuleret? vt multò antè fir-
 missimam spem salutis, atque dignitatis osten-
 deret? vt in posterum euentura multis antè sæ-
 culis annunciaret? nemo profusus est, qui sui nu-
 minis significationem dare possit. Ego enim so-
 lus Deus sum, nec præter me alius est, in quem
 hoc sanctissimum, & augustissimum nomen
 conueniat. Nec enim alius est iustitię fons: non
 alia veritatis, & æquitatis origo: non alius sa-
 lutis auctor, & incolumitatis, atque sempiter-
 22 nã dignitatis architectus. 22 Vos igitur appel-
 lo, nationes vltimę, vos admoneo, & obtestor,
 vt istam mentiamini, & scelus, quo alligati estis,
 detestemini. In me vnũ respicite, & salutem re-
 pentè consequemini. Nec enim est alius verus
 23 Deus, qui vobis opẽ afferre possit. 23 Hoc qui-
 dem opera illius vnici liberatoris efficiam, vt
 simulacris abiectis, orbis terrarum mei solius
 numen extimelcat. Nam per me ipsum iuro,
 meamque fidem, quã nunquam infirmari po-
 terit, astringo, atque verbo meo, quod nunquã
 irritum fiet, futurum confirmo, vt in omnibus
 mundi partibus honor mihi deferatur, neque
 solũ gentes metuant, atque venerentur. Solũ
 enim Dominum testem inuocabunt, fidemq;e
 suam

In me-
 metipso
 iurans.

suam nomine illius sanctissimo confirmabũt,
 flexisque genibus numini illius supplicabunt,
 intelligentq; tandem, inquit Dominus, mihi
 soli confidendũ esse, meumq; numẽ metuen-
 dum. 24 Solum enim sum iustitia, atq; fide sem- 24
 piterna, potestateq; immensa præditus: ita, vt
 neque fidei negligentia possim vnquam à meo-
 rum præsidio deduci: neque virium imbecilli-
 tate prohiberi, quò minus, & pietatem remun-
 nerem, & de impietate supplicium sumam. His
 quidem verbis Dominus apertè futuram gen-
 tium conuersionem prænunciat, qua à simula-
 crorum inanissimo cultu ad pietatis studium
 traducti salutem assequentur. Ad illum enim
 vndiq; hominum concursus fiet, inflãmatisq;e
 animis ad illum multi mortales adibũt, & pu-
 debit oēs sceleris, & impietatis, qui religionem
 illius oppugnabãt. 25 Oēs verò, qui ad Israël- 25
 cognitionem pertinent: hoc est, qui eadem fide
 consenserint, seq; verè, & ex animo ad Dei stu-
 dium adiunxerint, & illi supplicauerint; iusti-
 tiam obtinebunt, illiusq; muneribus amplissi-
 mis ornabuntur.

*HÆC quidem de libertate illa, quæ Christi nu-
 mine, atque præsidio parta fuit, quam libertas ea, quã
 attulit Cyrus olim, designauit, dicta sunt. Deinde lon-
 go rursus intervallo repetit Babylonis ruinam, & oc-
 casum, quo fuit adumbrata tyrãnidis illius ruina, quæ
 Satanã, & omnes illius satellites oppressit. Rursus igitur
 in calamitate perditæ, & profregatæ ciuitatis insultat,
 & deos, quibus innitebatur, qui nullam opem suis
 afferre potuerunt, irridet. Inquit enim:*

1 B E L, quem singulari cæremonia Babylonĩ CA P.

colebat, concidit: Nebo similiter stratus est: omnesque ciuitatis illius diuinentorum tergis impositi sunt. Nec enim fuit in illis vis aliqua ad hostium impetum reprimendum: sed potius auri, & argenti materia ad cupiditatem irritandam. Victi igitur, capti, atque direpti fuistis, pondereque vestro iumenta grauius oppressistis, vsque eò dum nimia defatigatione frangerentur. Non igitur tantum cultores suos; verum etiam iumenta onere intolerando depresserunt. Atqui Dei officium est, suos onere leuare, non pondere eos, à quibus vehitur affligere: libertatem dare: non seruitutis societatem inire: in sede sua stabilem permanere: non

² in longinquas terras prædam asportari. ² Considerunt, & strati sunt illi dii tanta religione culti: nec potuerunt eos, à quibus vnice colebantur, è magnitudine calamitatis eripere: aut saltem iumenta, quibus portabantur, ne succumberent oneri, sustentare. Omnis eorum vis, quod magis est onus, quam numen existimandum, cum iumentis, quibus portabatur, ab hostibus in seruitutem adducta fuit. Omne siquidem aurum, & argentum, è quibus dii facti fuerant, hostes, vt in vsus suos conuerterent, auide detraxerunt. ³ Huius cæcitatæ exemplum à vobis detestamini, qui à Iacob originem ducitis, similemque sceleris exitum perhorrescite omnes, in quibus fidei, quam coluit Israel, reliquæ residet, ne vnquam in tam scelestum facinus incidatis. Me vnum audite: mihi confidite: meis iussis obtemperate. Non enim ego vobis oneri fui: immò vos iam inde ab eo tempore, quo vos mater aluo continebat, portauit,

Et nō potuerunt saluare portante.

Audite me domus Iacob.

vestræ-

vestræque vitæ tutelam, quasi quoddam graue pondus humeris impositum studio, cura, vigilantiaque mea sustinui, multaque peccata vestra clementia mea pertuli. ⁴ Nec hoc studium mihi omittendum puto. Idem enim sum, eademque benignitate vos ad extremam vsque ætatem amplectar, atque sempiterna clementia fovebo. Ego, qui vos feci, & effinxi, vos feram: *Ego feci, Ego vos meis humeris impositos sustinebo: ego feram.* Ego vos ab omni mole impendentis calamitatis eripiam. Cauete igitur ne me neglecto ad aliud numen, quod vos tueri non possit, ingrati, & impiè confugiatis. ⁵ Nec in illam fraudem inducamini, vt existimetis, meo numini honores institui, qui ad simulacrum aliquod deferuntur, quasi illo sit species, & figura meæ virtutis, atque diuinitatis expressa. Ad quod enim *Cui assimilastis me?* exemplum, quædò, signum quod speciem meam referat, effingetis? Ex cuius forma, imaginem, quæ mihi sit similis exprimetis? ⁶ At videte hominum furorem, & insaniam, qui tanto studio properant similitudinem Dei, cuius nunquam speciem contemplati sunt, humanis artibus, imitari, & ad diuinam naturam hominum imbecillitatem transferre. Aurum sine modo conferunt: argentum similiter appendunt: magna mercede artificem conducunt: quamuis sint auarissimi, nullis tamen sumptibus parcunt: & pecuniam, cuius parandæ causa labores immensos excipiunt, in tantum scelestus libenter infumunt, vt Deum hominis manibus, & artificio factum videant, ad cuius se *Portans illum in huiusmodi* pedes abijciant: quem supplices, & demissi venerentur. ⁷ Illum tollunt humeris suis: illum *baui-*

baiulant: in basiſq; ſuo collocant: qui deinde in loco conſiſtit, ne ſa quòdquam vllò pacto commoueat. Nec enim id ſalè aſſequitur, vt, quod minimis etiam animantibus conſeſſum eſt, ad motum, operis hominum non indigeat. Cùm clamoribus opem illius quiſquam implorat, minimè reſpondet: cùm ab eo auxilium in calamitate poſtulat, omnes preces irritæ ſiunt.

8 Hæc memoriæ tradite, & ex alieno furore, & amentia quid ſit in vita fugiendum prouidete, animoſq; veſtros fidei robore confirmate. Vos verò, ad quos tanti ſcleris contagio peruenit, qui ſimili mētis errore, & prauitate infecti fuiſtis, aliquando reſiſcite, 9 & ex antiquitatis memoria, atque ad eò ab ipſius mundi primordio, quæ ſunt meo numine designata, & conſtituta, mente recolite, rationeſq; percipite, me ſolum Deum verum eſſe, nec aliud numen exiſtere quod ſimilitudinem meam aliqua ex parte repræſentet. 10 Is enim ſum ego, qui euentura præmonſtro, & antequam ſiant, multò antè denuncio: qui facio, vt conſilium meum confirmetur, & certo exitu concludatur: qui denique omnia, quæcunq; volo, perficio: 11 qui cùm præſtituta dies aduenerit, virum impigrum, & ad res gerendas animoſum, & acrem, à regione Solis orientis, à diſiunctiſſimis terris euocabo, qui incredibili celeritate ad diripiendas Babylonis fortunas inuolabit. Hic enim vir meo cõfilio ad ſummas opes perueniet. Nemo dubitare poterit omnem viri illius cauſam, meo conſilio, voluntate, num ine tranſigendã. Ego. n. id futurum prædixi, q; aut prædixi, ad exitum deducã. Ego designaui, quod aut designaui, per-

ctum,

ctum, numerisq; omnibus abſolutum reddam. 12 Audite me, viri rebelles, & contumaces, qui à ſtudio iuſtitia, & æquitatis abhorretis: neque tantis opibus diuinis admoniti, me fide, & pietate colendum exiſtimatis. 13 Videte, num Deus aliquis ex ijs, quorum impura religione, voſ ipſos obſtrinxisti, ſimilia opera conſilio decernat, oratione prænunciet, fide molietur, potestate confirmet. Primum enim, vt fore prædixeram, hoſtibus iudicio meo per Cyrum euerſis populum meum iuſtitia compotem efficiam, & in ſedes patrias ſaluam, & incolumem reducam. Non tamen hanc ſolùm libertatem, atque ſalutem; ſed aliam multò magis clarã, & illuſtrem omnibus votis ardentius expetendam alaturus ſum. Nam peccati tyrannidem delebo, & omnes qui ſeſe ad nomen meũ adiunxerint, iuſtitia opibus ornabo. Iam enim tempus appropinquat, quo non adumbrata iuſtitia, quæ legis umbris, & imaginibus continetur, ſed ſolida, & expreſſa, ornamentisq; diuinis exulta, quæ mea gratia, & benignitate conceditur, & in perfecta virtutum, & officiorum omnium functione cõſiſtit, effloret, è qua vera libertas, atque ſempiterna ſalus orietur. Tunc enim omnibus, qui purè religionem meam, & fidem conſeruauerint, & pietatis imitatione ſe ad Iſraëlis nomen aggregauerint, ſalutem, & gloriã dabo, & in cœleſti ciuitate conſtituam.

Hæc vbi de fidei fructu prædixit, rurſus in Babylonem inuehitur, vt demonſtret, quanta peſtis inferri ſoleat ijs, qui non religione, ſed peſſimis artibus fidei ſanctitati contrarijs vitam muniendam putant. Sic igitur inquit:

1 CAP. 1 O ciuitas, quæ hætenus tanquam virgo in-
 XLVII. corrupta vim à nemine passa es, in cuius opes,
 atque fortunas nullus ante hunc diem hostis
 inuasit, imperij tui interitum deplora. Solio e-
 nim tuo detrusa humi puluere conserpta, desi-
 debis. Humi fede, misera, & calamitosa. Iam e-
 nim sella tibi non est, in qua populis tibi subdi-
 tis ius dicas. Iam enim fortunæ tuæ corruerunt: iam est imperium illud, quod tibi spiri-
 tus afferebat, excisum: iam omnis superbix, &
 immanitatis tuæ materia subtracta est. Posthac
 igitur nemo te, vt dominam morasam, intue-
 bitur, & quasi sceminam delitijs omnibus af-
 fluentem appellabit. 2 Honoris insignia tibi de-
 trahe: imperij ornamenta depone: ancillarem
 vestem miserix conuenientem indue, & ad ser-
 uilia munia obeunda compulsa plagis accinge-
 re: molam corrippe: frumentum mole: cultum
 capilli, quem tanta arte componebas, omitte:
 nudis pedibus, detectisquæ suris obuia flumina
 trans mitte. Nullos enim currus, nullos equos
 habebis, quibus infideas. 3 Omnis igitur turpi-
 tudo tua, quam olim ornamenta imperij tege-
 bant, omne flagitiorum dedecus, & ignominia,
 quam opes immanes operiebant, detractis or-
 namentis, & euerfis opibus, erit in oculis om-
 nium mortalium posita. Acerrimum de te, in-
 quit Dominus, supplicium sumam, nec vllis
 humanis præcib. aut votis ad lenitatem inflectar,
 debitasque tandem mihi sceleris, & immanitatis
 penas exolues. Hæc quidè tibi Dominus mina-
 tur. Tu igitur quæ nostris ærumnis insultabas:
 quæ summi Dei numen præ tuo imperio, atque
 libidine contemnebas, hanc grauissimam cladem
 acci-

Nō est so-
 lia filia
 Chaldaeo-
 rum.

3 Reuela-
 bitur ig-
 nomina
 sua.

accipies: 4 At nos qui Dei clementia nitimur, in 4
 libertatem vindicabimur. Vindex enim noster,
 vitæque nostræ defensor, atque salutis, & digni-
 tatis auctor, non Belus, nec similia numinum
 inanum portenta sunt: sed summus ille Domi-
 nus, cui cœlestes exercitus parent, cuius sanctis-
 simum nomen est immortalibus laudibus in
 omni æternitate prædicandum: qui nunquam
 salutem Israël veri neglexit. 5 Tu verò, tantum
 abfuit, vt in hoc summo Domino spem habe-
 res, vt potius per summum scelus numen illius
 oppugnares. Nunc igitur sceleris tui pœnas lue-
 tacitæque sede: nec iam, vt faciebas olim, cum
 florebas imperio, voces extollas, vt terrorem
 subiectis incutias. Quin ipsa horrebis, atque ti-
 mebis, nimio quæ pauore concussa trepidabis.
 Abde te in tenebras Chaldæorū Resp. latebras
 omnes circumspece, ingentemquæ animi tui
 percussis, & abiecti consternationem demonstra:
 non enim posthac regum domina vocaberis:
 immò dominatu grauissimo premeris. Vt igitur
 tunc opibus, & imperio insolenter elata, &
 inflata cunctos mortales despiciebas, & omni-
 bus terrorem iniiciebas: ita nunc libertate spo-
 liata potētis Domini aspectum extimesces. 6 Nec 6
 enim solū, inquit Dominus, maiestatem meam ar-
 rogantia tua violasti: sed & crudelis, & imma-
 nis extitisti. Populi quidè mei sceleribus offen-
 sus illū affluxi: & nationem: quam præcipua, at-
 que singulari diligētia, quasi hereditariam pos-
 sessionem colueram, quæ fuerat olim præsidio
 meo sacrosancta, religionis præsidio nudauit, eaque
 tuæ potestati permisi. Tu uero officium erat ita
 victoriā moderari, vt te humanæ imbecillitatis
 non

Redemptor
 noster,
 Deus.

Sede te-
 cens.

Iratus sū
 super po-
 pulum
 meum.

non esse prorsus immemorem rebus ostenderes. Quod si fecisses, aliquam certè humanitatem victis tribuendam existimasses. At tu omnem prorsus humanitatem exuisti: nec misericordiam vllam hominibus, qui sub mea tutela fuerant, tribuisti: quinetiam senes, qui tibi iam vsui esse non poterat, oneribus grauissimis oppressisti: nec, vt ætas illa, quæ clementia, & lenitate subleuanda fuerat, aliquantulum à cõmuni clade respiraret, concessisti. 7 Existimasti enim te perpetuò rerum potiturum, nec tecum, quid tibi in posterũ acciderè possit, animo reputasti. 8 Nunc igitur audi voluptaria, quæ nulum in vita malum formidas, quæ sic tecum loqueris, quasi fieri non possit, vt tibi sit vllum in vita malum subeundum. Sic enim ais: ego quidem sola sum, quæ opibus, atq; potentia omnibus gentibus antecello: nec est in orbe terrarum ciuitas, quæ quidem mecum collata sit in aliquo numero reponenda. Fieri autem non potest, vt has opes egregiè fundatas, & firmis pæsidijs stabilitas amittam. Nunquam enim ero vidua, nec liberis orbara. Nec enim regis potentissimo consortio carebo: nec ciuium frequentia spoliabor. 9 Hæc quidem duo mala, quæ minimè verebare, vna die in te incurfabũt. Nam regis cõsortio nudaberis: & ciuium multitudine spoliaberis: & cumulata clade vehementer opprimeris. Hæc tibi pestem veneficiorum, & incantamentorum tuorum nefaria disciplina importabit. 10 Maleficijs enim tuis confidas: nec in Deo vnicò salutis humanæ pæsidio, sed in scelere tuo spem omnem vitæ reponebas, & cum tanta scelera susciperes, existimabas, ea

Non sede
bo Vidua

quæ in tenebris moliebare, minimè à Deo videri. Hem sapientia, qua tumebas: hem prudentia, quæ tibi animos faciebat: hoc fuit illud acumen, quod in insolenter ostentabas, quod te à Deo, in cuius cognitione sapientia summa consistit, penitus auertit, & in exitium præcipitè exturbauit. Dum igitur tibi sapientiam arrogabas, tum vel maximè furore, & amentia flagrabas. In tanta igitur ignoratione versabaris, vt tecum statueres, te solam esse, in quam gentes omnes intueri deberent: nec esse præterea quicquam in terris in aliquo loco numerandum. 11 Eris igitur improuisò, ea magnitudine cladis, atq; tetræ caliginis oppressa, è qua nunquam emerges, vt lucem respicias: ea subitò in te calamitas irruet, cuius vim effugere nequaquam poteris: illa tempestate iactaberis, quam antea nunquam mente, atq; ratione prospexeras. 12 Consiste nunc, si potes: maleficarum artium præsidia compara: magicas disciplinas, in quibus studio ætatem à pueritia contriuiisti, summo studio reuoca: & vide num possis ex illis aliquam tibi opem in tantis malis polliceri. Experire, quæsdò, num tibi ex illis aliquod miseræ summæ perfugium, aut firmæ vitæ pæsidium consequare. 13 Tu quidem, dum nõ quod rectum, & honestum videbatur, sed quod tibi libitum erat, suscepisti, omniaq; vitæ consilia non ad naturæ legem, sed ad tuam libidinem contulisti, summo quodam labore defatigatus, omnemq; operam in illis artibus, quas moribus tuis aptas esse cognoueras, consumpsisti. Nunc igitur videamus, quem ex illis fructum percipias. Excita nunc illas vniuersas, ad auxiliũ

12 Sta cõ
incanta-
toribus
tuis.

liumq; tuum euoca, & vide, num tibi salutem dare possint, teq; è tantis malis, quæ te vndiq; circumuallant, eripere. Cõparent se vt tibi ferant auxiliũ, qui syderum cursus speculantur, & men-
 14 struas corporũ cœlestium conuersiones obseruant, certaq; astrorum cum rebus humanis affectione diligenter notata, & animaduersa, se scientiam tenere profitentur, quã futura prædicant, & recentes euentus ad cœlestes causas referant.

Facti sũt sicut stipes subito incendio deflagrarent. Si ipsi vitam suam è flammis defendere non potuerunt, quomodo te miseram è malis, quæ te circumstant, eripient? Nec enim ignis, quo homines malefici conficiuntur, is est, qui frigus depellat, qui corpus modico tepore confoueat, cuius gratia ad focum assideas, vt cum voluptate concalescas: sed qui ad illum etiam appropinquantes flammis late depopuletur. 15 Cũ igitur illi poenas dabunt, tu, qui illos consulebas, eodem supplicio cruciaberis. Hæc est laboris tui merces: hoc præmium erit tibi pro studijs maleficarum artium, in quibus vitam cõtriuisti, persolutum. Qui verò tecum commercium habebant, & à primis annis fuerant societatis fœdere colligati, te repente deserent. Quilibet eorum, quò sese fuga proripiat, & terras etiam incognitas metu peragret, animaduertet, nec deniq; relinquetur, qui tibi subsidio sit.

I CAP. XLVIII. I HÆC audite, qui estis Iacobi stirpe generati, qui clarum nomen Israëlitis hæreditario iure partũ retinetis, qui à Iuda viro inter omnes fratres

fratres suos excellentè, quasi à purissimo fonte, profluxistis, qui summi Dei sacris alligati, sanctissimaq; religione constricti, per nomen illius iuratis, memoriamq; illius crebris sermonibus vsurpatis; cùm tamen studio atq; voluntate fidem, & iustitiam, quam oratione profite-
 2 Nec nomen, neq; generis claritas, neq; sacrorum religio à scelere impietatis auocat. 2 Nec nomen quidem ipsum sanctæ ciuitatis, quam
 3 Iam tandè vos redite, & Babylonis casum, & ruinam pertimescite. Nec enim potestis scelus vestrum aliqua inscitiz excusatione defendere, cùm tam multis signis numen, atq; potentiam meam cõprobari cernatis. Quæ enim iam pridem extiterunt, à me præmonstrata fuerant. Ego verbis meis futura denunciaui, & quæ designaueram apertissimè testificatus sum, & cùm mihi visum fuit, ea subito perfeci, & ita, vt prædixerã, euenere. 4 Noui enim vos esse duros, rebelles, & contumaces, nec fide mitigari, nec religione molliri ad meum imperium accipiendum. Ceruices enim vestræ ferreæ, frontes vestræ æneæ sunt, ita vt nec iugum villo pacto subeatis, nec vos pudeat scelus, & impuritatis, cùm proiecta quadam audacia, & impudentia voluntati

*2 Decimus
 tate. n.
 sancta & vo
 cass sunt.*

*Prior enim
 tum an-
 nũcians.*

5 meo perpetuò repugnetis. 5 Ideò igitur vobis, quæ euentura fuerant antè prædixi, & consiliũ meæ mētis aperui, ne quisquam, quod esset numine meo gestum, ad sceleris sui defensionem reuocaret, atq; diceret, non sine caussa simulæra mea religiosè colui, quandoquidem eorum ope, & imperio victoriam insignem, bonorũq; multorum affluentiam consecutus sum. 6 Hæc quidem audiistis, exituq; tandem verissimo omnia probata esse conspexistis. Quid igitur est impedimēto, quò minùs tantis, tamq; admirandis rebus admoniti vini nominis mei consideretis, meq; solũ Deum verum esse cernatis? Non igitur hæc tandem omnia, quæ potestis memoria repetere denunciabitis? Nò tandem aliquãdo nomen meum prædicatione celebrabitis? Nec fidem excitabitis, vt minimè vel de impiorum hominum strage, & interitu, vel de præmijs, quæ sunt pijs ostensa, dubitetis? 7 Alia nãque noua abstrusa quidem, atq; recondita præmonstro, quæ quidem minimè intelligere potuistis. Nondum facta fuerant, cùm ea ventura prædixi. Cùm mihi placuit, in lucem prodierunt: nec ante illum diem extiterunt: nec de illis ad vos quidquam delatum fuit, ne quisquã id sibi exploratum, & cognitum fuisse contentat. 8 Quinetiam, cùm te præmoneo, vt exituũ caueas, & impendentem calamitatem deuites, ostendoq; futurum, si in scelere perseveres, vt omnibus simul bonis euertaris, & Chaldæorũ dominatu premaris: neq; mihi auscultas: neque quid dicam attendis: neq; aures mihi præbes: sed orationem meam contumaciter aspernaris. E quidem noui mentis tuæ effrenatæ proteruiã, qua

6 Quæ au
distis de
omnia.

qua perpetuò meum detractas imperium, legumq; mearum vincula perfringis, omniaq; diuina iura perrumpis. Siquidem iam inde ab vtero matris tuæ rebellionis, atq; perfidie scelus in te concepisti: ita vt meritò fuerit tibi populi proterui, & contumacis nomen impositum. 9 Quocirca par erat, vt à te debitas pro tanta in scelere pertinacia pœnas expeterem: sed propter decus, & gloriam nominis mei, ne videar inimicis, qui non mentis tuæ prauitatem penitus inspexerunt, eos qui sunt in tutela mea deferere, seueritatem meam differo: & ne laudis meæ splendor indigno conuicio maculetur, iram meam contineo: ne confestim te extremo exitio, & vastitate conficiam. 10 Sed iam te pœnis debitis insequar, & supplicijs excruciaro: & quasi igne conflabo: in quo tãdem modum adhibebo: ne dum te quasi argentum igne vehementius excitato expurgare conor, totũ te prope modum absumam. At postquam fueris multis vexatus incommodis, rerumq; inopia, & egestate, quasi quodam camino, conflatus, & in puritatem restitutus, tum te rursus eligam, in quem beneficia mea conferam. 11 Non obstructus vllis hominum meritis, non officijs tuis obligatus, te gratia, & ope mea protegam: sed vt nomen meum à calumnia defendam, & in te quantæ sint clementiæ meæ opes, ostendam, atque benignitatis meæ magnitudinem declarè. Propter me, propter me, inquam, te in libertatem vindicabo, salutemq; tuam constituam, ne nomen meum hominum maledictis conscindatur. Quomodo enim patiar, vt si nò insignè, & illustrem operam in populo meo liberando

Scio, quæ præuariancabero.

Propter me, propter me, faciam.

præstitero, gloria mihi debita ad numina falsa transferatur? Ne igitur vel fidem violare videar, si gentem mihi commissam deseruero, vel gloriam meam negligere, si quisquã sese in huius operis societatem offerre voluerit, non obscure populo meo fauebo: sed claris & admirandis operibus, quibus faciliã præsentia mea declaretur, illius saluti, atq; libertati prospiciam.

12 am. 12 Audi me, Iacob, & Israel, quem ad salutẽ voco, verboq; meo iustitiæ compotem efficio; quæ dicam tota mente complectere. In me vnũ respice: me vnũ venerare: in me solo vnũcum

Ego ipse, præsidium vitę constitũe. Ego namq; solus sum rerum omnium principium, à quo cuncta fluxerunt: ego finis, in quem omnia referuntur. 13

Manibus meis terram fundauit: dexterãq; mea cœlum dimensa est: ego naturam vniuersam, cùm nondum esset, euocauit: omniãque repente formas suas affecta constititerunt, vt mihi obedirent, imperioquẽ meo, atque nutu mouerentur. 14 Congregamini, gentes vniuersæ, & audite, vt deorum causam, si lubet, suscipiatis. Nũ potestis dicere, hæc, quę futura prænuncio, deorum vestrorum numine, & potentia gubernanda? Minimẽ gentium. Quis enim ex illis ea prænunciauit? Quis hæc omnia suo consilio designata, atque constituta demonstrauit? Summus Dominus, qui omnia potestate infinita complectitur, est is, qui Cyrum ornauit, & instruxit, & ad summum gradum honoris euexit, non illi quos errore mentis obæcati veneramini. Cyrus igitur Domini benignitate confirmatus in Babylonia Domini voluntati parebit: imperiumque illius exequetur: vt Iudæos

Dominus dilexit eũ & faciet voluntã.

in

in libertatem asserat, & vi virtuteq; Chaldæorum opes excindat. 15 Ego, inquit Dominus, ego me virum hunc misurum dixi: ego, cùm cõmodum fuit, euocauit, & induxi, & vt quacunque faceret iter, omnia illi felicia, & fausta contingerent effeci. 16 Adeste animis, & quæ dico diligenter attendite, meãq; diuinitatis argumentum certissimum, vel ex hoc opere, quod numine meo perfectum cernitis, accipite. Primũ enim non obscure hoc ita futurum præmonui: sed publicẽ, atque palãm id testatus sum. Deinde cùm ad rem ipsã, quæ fuerat antè prædicta, ventum est; multis admirandis rebus numinis mei præsentiam indicaui. Nec hic tantũ hominum perditorum furorem, & amentiam conuincam: sed multò clariũs, & magnificentius potestatis meæ documentum dabo, cùm nefariam, & impuram ciuitatem, quę perniciosis legibus, & flagitiosis moribus, & tyrannico cupiditatis imperio constituta est, & impiorum multitudine continetur, euerto, & tyranni truculentissimi regnum superbiam, & impietate fundatum numine meo deleuero, & omnibus, qui fide incensi ad me confugerint, libertatem attulero, & denique non diuinarum diuitiarum, & facultatum imagines, sed sempiternam libertatem, atque cœlestes opes munificẽ, & largẽ concessero. Ad hoc enim

Nunc Dominus secundum humanæ naturæ rationem spiritus illius muneribus diuinis instruxit, & caritatis ardentissimę facibus inflammauit. 17 His quidem verbis, O Israel, te Dominus, qui te ab exilio redimit, & à seruitute liberat, benignẽ,

tem suã in Babylonia.

15

16 *Accedite ad me, & audite hoc.*

Nunc Dominus secundum humanæ naturæ rationem spiritus illius muneribus diuinis instruxit, & caritatis ardentissimę facibus inflammauit.

17

& clementer alloquitur: vt te erudiat, animū-
 quē tuum confirmet, atque plurimū à via sa-
 lūtis aberrantem, in viam reducat. Ego, inquit,
 sum Deus tuus, qui te finxi, & informauī, in
 quo est tibi omnis beatę vitę ratio collocanda.
 Nec solū parens, atq; conditor naturę sum, ve-
 rū etiam doctor, atq; magister, qui te per spi-
 ritum meum de officio tuo commoneo, viam-
 quē monstro, qua, si velis sine errore, & sine of-
 fensione ad immortalitatem peruenias, huius-
 q; vitę cursum cū laude, & amplissimo fructu
 cōficias. Nec enim tibi quęstiones inutiles pro-
 pono, neq; vana, & inania, quę magis sint in iac-
 tatione, & leuitate, quā in fructu vitę posita,
 trado: sed vtilia & salutaria, quę vitā omnē cō-
 tinent, doceo, neq; via, per quam te duco, est an-
 fractib. incisa, lubrica, & infesta, sed recta & ex-
 pedita, magnaq; bonorum omnium copia, & v-
 bertate completa. 18 Quā velle in studium
 legis incubuisses, operāq; dedisses, vt pręcepta
 mea diligenter obseruares. Profectō pax tua cū
 bonorum omnium affluentia fluminis instar
 redundaret, & iustitia tua quasi fluctus maris
 19 exurgeret. 19 Tunc certē facilimum tibi fuisset
 promissum consequi, quo principem tui gene-
 ris, atq; nōminis ad spem sobolis innumerabi-
 lis excitauī. Fuisset enim soboles tua cum are-
 na maris, & cum illius lapillis multitudine cō-
 paranda. Nulla deinde vis potuisset filiorum
 tuorum nomina excindere, nec à cōspectu tuo
 genus à te propagatum exterminare. Effet enim
 tūc genus illud sanctum, diuinōq; fidei semine
 susceptum, quod nunquam vllis temporibus,
 20 possit aboleri. 20 Remoue te à peccati cōsortio:
 cupi-

18 *Vitam
attendis
jes mada
in mea.*

20 *Egre.*

cupiditatis indomitę tyrannidem fuge: quan-
 tūm potes accēlora, vt Babylonis fines euadas, *dimini
de Baby-
lone.*
 & cōtento studio, cursūq; Ierosolymam petas,
 vt ē peccati tenebris emerfus in iustitię lucem
 cum admirabili iucūditate respicias. Iam enim
 vocis potestatem in patriam reuertēdi faciam,
 cum hostilem ciuitatem, quę te impotenti do-
 minatu premit, excidero. hoc tamen multō ma-
 gnificentis pręstabo, cū diaboli tyrannide
 deleta à ceruicibus vestris iugum peccati depu-
 lero, immaneq; imperium mortis extinxero.
 Exite protinus Babylone, fugatq; similem ce-
 litatem suscipite: vt vos à Chaldęorum conta-
 gione secernatis. Clamores lætitię summęquē
 voluptatis indices attollite: Quantum benefi-
 cium acceperitis annunciate: magnitudinem di-
 uini muneris significate: perficite deniq; vt in
 extremas oras tam nouę, & inauditę clemē-
 tię fama peruadat. Dicite, quā admirabi-
 li ratione Dominus populum sum ē durissima
 seruitute redemerit, & ē tenebris ereptum in lu-
 cem, atque libertatem reuocauerit. 21 Cū per 21
 aridam, solisq; ardoribus exustam regionem
 ducti essent, nūquam eos sitis afflixit. Antiqua
 namq; miracula instaurata rursus atq; renoua-
 ta fuerunt. Nam ē rupe vis aquarum repentē di-
 manauit; percussaq; à Deo silice, latices subito
 proflexerunt, qui gentis pię sitim restingue-
 rent. Nunquam enim indigentia vlla eos vexare
 potest, qui sunt ad illum perennem fontem
 adiuncti, ē quo omnia bona emānāt, & fluunt,
 salutarisq; spiritu cupiditatem suorum explet,
 summoq; gaudio, atq; iucunditate perfundit.
 Qui igitur peccata, quibus fuerant adiudicati,

*In Socem
exultatio
nis anni
cias.*

& additi deserunt, & sceleris immanitatem, quam diu perpessi fuerant, detestantur, seq̄e summo studio ad pietatis, atque iustitiæ cultū conferunt, honorum omnium copia cumulati triumphant: 2. cū illi interim, qui in flagitio permanent, & peccatorum vinculis impediti detinētur, scelerum suorum pœnis agitentur, & huc, & illuc turbulenta animorum tempestate iactentur, & assiduo conscientia cruciatu miserrimè torqueantur. Nec enim, inquit Dominus, impijs concessum est, in aliqua iucundæ pacis tranquillitate versari.

Non est
pax impijs,
dicit dominus

Hactenus quidem Isaias sub Babylonis euerfione, & Iudaorum libertate, demonis extinctam tyrannidem, & generis humani operâ Christi constitutam libertatem prædixit: amplissimaq̄ beneficia, quibus erāt afficiendi, qui sese à cupiditate liberati, totos ad legis diuinæ studium contulissent, aperuit: nunc verò multò clariùs Babylonis imagine remota de peccati euerfione, atque iustitiæ amplitudine differit, ipsumque Deū filium rerum omnium conditorem humaniq̄ generis liberatorem sub humano habitu, atque forma latentem inducit, gentes alienigenas his verbis ad studium pietatis euocantem.

I CAP.
XLIX.

1. **A**VDITE me, gentes vniuersæ, quæ terras extremas, multis perturbationū fluctibus cinctas incolitis: vos vltimi populi, qui regionea situ disiunctissimas habitatis, orationem meam percipite. Ad vos enim non modò fama meæ virtutis emanabit; verùm etiam verborū meorum vehementia penetrabit: vt quod familiares, atque domestici audire noluerunt, vos auribus, & animis accipiatis, vique meæ oratio-

orationis incensi ad immortalem gloriam aspi retis. Nec ea vos fallat opinio, vt hominis orationem, & sententiam audire putetis. Deus enim, qui menti meæ insidet, est is, qui vos omnes alloquitur: qui ad libertatē vocat: qui vobis certissimam spem cœlestis hæreditatis ostēdit. Nunquam enim me numen illius deseruit, ex quo primū tempore me secum in meæ matris vtero colligauit, nomenque mihi clarissimum, quod muneris & officij memoriam perpetuò representet, imposuit. 2. Is igitur ea me differendi facultate, & vehementia quadā orationis instruxit, vt nō aures tantū dicēdo per mulcerem; sed intinos hominum sensus penetrarem, & quasi acuto gladio animos vulnerarem, & impios acrimonia verbi conficerē. Neque tamen, cū multos mortales grauitate orationis offendā, mihi quisquā nocere potest, cū dominus ipse me manu sua protegat, inuictaq; virtute communiat. Neq; solum oratione cominūs pugnam capesso, verū etiam emittens tela conijcio, q̄ in animos adhærescant. Hanc enim vim à Domino consecutus sum, vt esse instar sagittæ extersæ, atque politæ, ita vt è longissimo interuallo vox mea cōtentione spiritu emissa multos sauciret, nemoq; mihi quantumuis grauitè offensus perniciem inferret. Præsidio namque suo me quasi pharetra cōtexit, & ab hostium incurfione liberauit. 3. His autem verbis me ad munus mihi delegatū alacriter exequēdum adhortatus est. Seruus, inquit, meus es Israel, quē ego ministrū gloriæ meæ cōstitui. Quem enim proprius seruum appellare possum, quàm eum, qui nunquam cupiditati paruit;

dominus
ab eterno
vocauit
me.

* f. animis.
Posuit
me sicut
sagittam

paruit: sed omnes curas, & cogitationes, omniaque vitæ consilia, & studia, ad voluntatem meam direxit: neque dum mihi seruiret, vllum vel laborem vel cruciatum recusauit? Quem verius Israelem nominare licet, quam eum, qui cum Deo congressus est, magnitudineque virtutis, sanctitatis, religionis, assiduisque precibus, quasi lacertorum viribus illum quodammodo expugnauit, dum eum generi humano placauit, & à debita seueritate in gratiam, & benignitatem traduxit. Hæc quidem Dominus 4 ad me. 4. Ego verò cum gentis meæ perfidiam, & in scelere pertinaciam animaduerto, discrucior. Video namque me frustra in illa erudenda defatigatum esse, sineque fructu villo studii cõsumpsisse. Hoc tamè vt or solatio, quòd nihil fuerit à me, quod ad gentis huius salutem pertinèret, omissum. Deum, quem nihil potest latere, iudicem habeo, cui causam meam probabo. Scit enim ille, me, vt gloriæ suæ seruirem, omnes conatus meos ad hunc populum monendum, & instruendum comparasse, magnumque in eo opere moliendo laborem suscepisse. Non igitur per me stetit, quòd minùs ad illius cognitionem perueniret. 5 Dominus autem, cum me videret afflictari, eo quòd minime perfecissem id, quod mihi delegatum fuerat (ideo namque me in vtero matris finxit, sibi que seruum addixit, vt Iacobi genus ad eum reducerem: quod quidem beneficium, gens hæc nimis ingratiè repudiauit) cum igitur videret Dominus me hac de causa dolore grauissimo distineri, & gentis impuræ labem, & temporis iacturam lametari, à necessitate repete meum ani-

mum

num huiusmodi verbis auocauit. 6 Non est, cur ad eò dolenter patiaris Iacobi progeniem, nunc quidem minime esse per te stabilitam, Israelisque vastitatem ad studium pietatis ab impuritate, qua detinebatur, haudquaquam esse conuersam. Cumulatissimè namque hoc vnus mirabilis gentium omnium multitudo compensabit. Non solùm enim te vt Iudæos ad me reuocares misi: sed multò etiam magis, vt gentibus vniuersis lucem præferres, & in oras etiã terrarum extremas lumè salutis numine meo constitutæ diffunderes. 7 Tum illud addidit idem Dominus, in quo fidelis nationis salus, atque dignitas tota consistit, hisque verbis illum, cuius vita fuit propter iustitiæ studium nefarijs gentibus inuisa, qui serui formam induit, & dominorum contumelias iustitiæ causa sustinuit, affatus est. Omnia maledicta, quæ in te conijciuntur, omnes contumeliæ, quæ tibi ab improbissimis imponuntur, in decus, & gloriam tuam redudabunt. In te. n. Reges intie hùtur: corà te principes assurgēt: oēs mortales te supplices adorabūt, propter Dominum qui tâta fide promissum beneficiū, & munus exoluit, teque elegit, in quo sempiternū sibi domiciliū collocaret, operaque tua ad se gētes vniuersas alliceret. 8 Ait deinde cum tempus gratiæ, atque benignitati meæ præstitutum aduenit, contumèd preces tuas exaudiui, & cum primùm matutum fuit, vt salutem darem, & vniuersis hominibus benignè consulerem, meritis, & religione tua humano generi placatus sum, teque præsentis auxilio contra oēs impetus hostium

con-

In Sacru
laborans.

5 Hæc di-
cit Domi-
nus for-
mans me
ex vtero
seruū si-
bi.

Dedite
in lucem
gentium.

Reges Gra-
debunt.

confirmavi. Cuius quidem operæ tibi præstite,
 me minimè vnquam pœnitebit: immò te sem-
 per custodiam, amplissimumq; tibi munus de-
 legabo: nempe vt populum fidei sacris expia-
 tum, mihi fœdere sempiterno deuincias, euer-
 samq; terram recrees, atque reficias, & homi-
 nes è cœlesti hæreditate pulsos, in hæreditatis
 possessionem mittas, & vastata, atque deserta
 loca, cultorum multitudine, & frequentia re-
 pares: 9 vincetos è vinculis eximas: tenebris in-
 clusos in lucem vindices: & omnes deniq;, qui-
 bus fidei lumen affulserit, bonis omnibus ex-
 pleas. Viæ, per quas iter in cœlestem patriam
 suscipient, illis lata pabula profundent. Col-
 les editi, & excelsi abudè illis omnia proferet:
 ita vt nihil deesse illis possit, qui sese ad fidem
 tuam applicauerint. 10 Neque enim esurient:
 neque sitient: neque eos æstus vllus aduret: ne-
 que illis erit vnquam ardor solis infestus. Qui
 enim eos clementer amplexus, misericordiæq;
 sua profecutus est, eorum iter diriget, atq; per
 loca fontibus vndique prorumpentibus irri-
 gua, rerumq; omnium vbertate cõpleta de-
 11 ducet. 11 Omnium bonorum diuorum copia
 cumulati gradientur, & quamvis ab hosti-
 bus insidiæ comparentur, & eorum copijs op-
 pugnentur, illi tamen auxilio meo constipati
 facilimè, atque cum summa animorum iucun-
 ditate cursum conficient. Ipse namque omnes
 rerum asperitates molliam, & per magnas et-
 iam viæ difficultates viam aperiam, qua faci-
 le eò, quò peruenire cupiunt, euadant. Per om-
 nes enim colles rectam viam muniam, et rupes
 asperas complanabo, & conualles, atq; depref-
 sa loca

sa loca cõplebo. 12 Ex omnib; itaq; terrarũ par-
 tib; & extremis etiã orbis nationibus, homines
 ad me inflàmatis animis concurrent. Hi quidè
 ab austro veniēt: alij rursus à Septentrione cõtè-
 to studio profuēt: nec minor interea numerus
 ab Oriente, & à Sinarũ plaga, vt gratiã meam
 consequãtur, accelerabit. Nullus erit locus, ad
 què non tantæ felicitatis splendor, & claritas
 incredibili celeritate perueniat: ita vt etiam in
 omnib; extremis terrarũ angulis multos mor-
 tales cupiditate immortalitatis inflàmēt. 13 O
 diuinę clementię, & benignitatis immensitatè,
 ò infinitam gaudiorum materiã, ò sempiternæ
 lætitiæ fontem, & causam cantibus, atque tri-
 pudijs, omniq; penitus insitæ iucũditatis signi-
 ficatione celebrandam, ò diuinum, & immor-
 tale, quod nunquã aliquis optare auderet, ho-
 minum generi collatum beneficium, dignissi-
 mum certè, in cuius commemoratione nõ mo-
 dò terra gaudio exultet; verùm etiam cœlum
 voce maxima gratuletur. O cœlũ lætis clamo-
 ribus terræ gratulare. Tu terra lætitia exulta:
 montes voces iactent: diuisaq; prædicatione
 personent: omnis denique natura festos dies
 agitet, novosq; Deo honores instituat: eo
 quòd populum suum fide illius numini con-
 secratum consolatus sit. Homines humiles, &
 abiectos, qui sibi nihil arrogabant, immò pro-
 priam inopiam, & imbecillitatem agnoscen-
 tes, ad illum supplices accedebant, erexit, & ab
 hostium immanitate liberatos, in summo ho-
 noris gradu locauit. 14 Quis hanc Dei clemen-
 tiam animo concipiens non audeat sibi cun-
 cta de gratia diuina polliceri? Et tamen erit
 quif;

10 Nõ e-
 surient.

Ecce istè
 de longè
 venient.

14

quisquam, qui demittat animū? qui spem abijciat? qui fidem infringi, & debilitari patiat? Sionisquē mentes eiusmodi cogitationes peruagabūt? Ait enim, dereliquit me Dominus, meique penitus oblitus est. 15 Num, inquit Dominus, mulier obliuioni tradet infan-
 15 Num, inquit Dominus, mulier obliuioni tradet infantē, quem aluo continuit, & cum doloribus summis enixa est? An non sanguinis sensus obfistit huic immanitati, atque natura vniuersa reclamitat? Vt id tamen fieri possit, quod quidem erit monstri, atque prodigij simile: ego tamen tui, quem spiritu meo generavi, & ad effigiem, & similitudinem meæ mentis expressi, nullis vnquam sæculis obliuiscar. 16 In manibus mei, habeo nomen tuum scriptum, & incisum, ita vt nulla tui vnquam me capere possit obliuio. Quin sic ratio meorum operum instituta est, vt omnia ad tuam salutem dirigantur. Muri quibus circumdata es, atque munimenta tua in conspectu meo posita sunt, vt ea reficiam, atque defendam. 17 Filij tui, qui pro te arma sumpturi sunt, summo studio, & alacritate ad te venient: qui autem te euertere conantur, & contra religionē conatus nefarios comparant, interne cinumquē bellum contra pietatem, statumquē tuum fide fundatum suscipiunt, à te demigrabunt. 18 Tolle oculos, aciemquē mentis intende, & in omnes partes circumspice. Cernis quanta hominum multitudine ad te summa inter se pietatis conspiratione consentiens aggregetur? quàm inflammato studio ad pietatem excitetur, & ad spem cœlestis hæreditatis meo spiritu cōcitata rapiatur? Oēs hi, quāuis exteri sint, minimequē te sanguinis

15 Num. quid obliuiscer potest mulier in Janiis?

18 Leuā in circuitu oculos tuos.

nis communionē, atque propinquitatē contingant, non alienos existimabis. Tibi enim agnatione cœlesti coniuncti sunt: tui ciues, tui filij sunt: eandem fidem colunt: eundem generis parentem habēt: eodem sunt inter se vinculo sanctissimæ necessitudinis alligati: Omnes igitur veniunt, vt tecum in vnum corpus coalescant: vt ciuium numero multis accessionibus amplificato, maiores in dies opes, & amplitudinem consequaris. Per vitæ meæ æternitatē iuro, fore, vt tanquam sponsa omnibus decoris, & elegantia ornamentis exulta horum omnium virtutibus exorneris: atquē tanquam monilia tibi magnitudinē splendoris, & honestatis, quæ in illis eminebit appēdas. 19 Nunc quidē euerfa, vastata, & diruta es. Iacet enim fides: remissū est pietatis studiū: serpit peccādi cōsuetudo, moresquē hominū corrupti, atquē deprauati sunt, vsquē adē vt paucissimi ciues numerandi sint, apud quos pietatis, atquē sanctitatis studia vigeant: At tunc tanta ciuiū multitudo ardore diuini spiritus ad te vndiq; cōmeabit, vt in locorum angustias cōpellenda sis. Hostes enim tui, qui te populabantur, & omni crudelitate lacerabant, & conficiebant, à finibus tuis exterminabuntur. 20 Extinētis igitur bellis, hostibusquē pulsīs, & eiectis, crescet filiorū tuorū numerus, & ciuiū innumerali multitudine frequētaberis. Veniet enim tempus illud, cū audias quælibet ex filijs, qui in orbitate summa nati, nequē secundum rationem humani generis, & seminis, sed secundum fidē, verbiquē diuini propagationem generati sunt, alium alij dicentem: angustus est mihi locus: cede quæso paululum, vt federe possim. Nec vrbs

20 Ex. Gino ego dicit Dominus.

vna, neque iudæa vniuersa, neque vna orbis
 21 terrarum pars tantam multitudinem capiet. 21
 Hæc igitur animo tecum agitabis: Quæ tantâ
Et dices vis fuit, quæ tanta verbi fæcunditas, quæ tam
in corde multos mihi filios procrearet, hominesq; mor-
tales studio immortalitatis incenderet? Num
 id possum vllò modo naturæ meæ, vel indu-
 striæ, vel ardenti studio legis adscribere? Non
 certè. Sum enim orba, & infæcundâ, virique
 confortio destituta. Nec enim vnquam potui,
 quamuis essem astricta lege, regiæquæ modera-
 tioni, & imperio copulata, filios parere, hoc
 est, ciues pietatis studiosos, & verissimæ hone-
 statis appetentes in lucem edere. Nec enim Rei-
 pub. status, nec regis imperium, nec legis disci-
 plina tantum valuit, vt vel vnâ gentem angu-
 stissimis orbis terminis inclusam, in officio
 contineret, & à teneris annis imbutam in san-
 ctitate legis enutritet. Quis igitur modò cùm
 ad naturæ infæcunditatem viduitas accesserit,
 cùm exul, & extorris, & eiecta sim ego, tantam
 mihi sobolem enutritiuit? Cùm vniuersum pro-
 pè genus humanum esset erroribus innumera-
 bilibus implicitum, & infinitis sceleribus alli-
 gatum, cùm ego solâ in orbe terrarum relicta
 fuisssem, in qua pietatis semen, atque tenues
 admodùm fidei reliquiæ residerent, vbi tan-
 dem erant isti filij mei, qui tam subito in rebus
 perditis, atque deploratis extiterunt? Non na-
 turæ præstantia, non pietas mea, non meri-
 tum, non religio hanc diuinam sobolem, vel
 alio concipere, vel in lucè edere, vel alere, atq;
 sustentare potuit. Alia profectò maior vis est:
 alia disciplina clarior; aliud meritù virtutis ex-
 cellen-

cellentius. 22 Ecce, inquit summus, & præpo-
 tens Dominus, iam tibi rationè exponam, qua
 tanto filiorum numero multiplicanda sis. Gen-
 tibus manum meam porrigam, spiritusq; meo
 multos ad me mortales alliciam, signumq; tol-
 lam, ad quod omnes cõueniant, & quod sequa-
 tur ij, qui mihi sacramenta dicturi sunt. No-
 ua igitur, & illis inaudita disciplina sanctitatis
 incitasti, & signo proposito, quod meam erga
 genus humanù benignitatem exprimat, vehe-
 mentius inflammati, subito commutabuntur
 animis, abiectaq; & contempta cupiditatis in-
 domitæ turpitudine, diuinam quandam form-
 mam induent, & tecum fidei similitudine con-
 iungentur. Omnia erunt illis peruia; nihilq; tã-
 dem illos impediēt, quò minus se ad te appli-
 cent, teq; parentem agnoscant. Nam ipsæ illè gẽ-
 tes, quæ te concerpēbant, quæ pietatem toris vi-
 ribus impugnabant, quæ diuinis institutis, &
 legibus aduersabantur, quæ erant multis impe-
 dimento, quò minus se ad te aggregarent, inso-
 litæ virtutis admiratione perculiæ, filios tuos
 ad te adducent, eosq; gremio, atq; sinu fouebūt.
 filiasq; tuas suis humeris ad te portabunt. Illis
 enim libentissimè ministrabunt, quorù opera
 cernent, se quotidie è tenebris emersos, in lucè
 diuinam atq; sempiternâ respicere. 23 Reges o-
 2 pibus suis te nutriēt, & qui se excellentius in
 pietatis studio gerēt, aliosq; disciplina institu-
 endos, & regendos suscipient, gratissima te vo-
 luntate prosequentur, vultu in terram demisso
 ad te venerabundi, atque supplices accedent,
 fidei tuæ consensionem, & fidentiam vere-
 buntur, propositasq; à te minas extimescent,

22 Hæc dicit
 dominus
 Deus
 ecce leua-
 ui ad gem-
 tes manū
 meam.

experiundoq; discēs, me esse Dominum, cuius solius ope nitendū sit, & cuius præsidio maxime gloriandum. Nec enim quisquā ex illis, qui mihi confidunt, omnēq; vitæ præsidium, in me collocatum habent, desertus à me, atq; destitutus ignominiam subibit.

24 Num potest præda è manibus viri fortissimi, atq; victoris, qui non dolis, & infidijs, sed vi, virtute, iustoq; prælio bellū profligauit, extorqueri? Nā si dolis vicisset, esset aliqua spes iniecta, spoliatis, ea, quæ negligentia amiserant, rursus viribus, & diligentia recuperandi: Cū verò fuerint aperto Marte deuicti, & in seruitutē adducti, quænam reliqua spes illis libertatis esse poterit? aut quo tandem modo confident, se rebus iam perditis victoris à se impetum repressuros; cū id ne viribus qui-

25 dem integris vllō modo potuerint? 25 Verū sic Dominus ait. Vt à viro fortissimo bellorumq; omnium victore capti, alicuius ope liberētur, vt præda iusto bello parta per vim de manib. strenui ducis eripiat: at nunquā prædam meā mihi quisquā eripiet, nec victoriæ iustæ spolia detrahet. Nā neq; vllis viribus poterit virtus mea frangi, nec sapientia mea vllis hostiū fraudib. eludi. Equidem in eos, qui te sceleris falsò damnarunt, animaduertam, filiosq; tuos ex eorum crudelitate ereptos, saluos, & incolumes con-

26 seruabo. 26 Illi verò, per quos afflicta fuisi, seditionibus in testinīs pœnas mihi dabunt, & alij alios inrita crudelitate lacerabunt, multoq; sanguine suorū furenter exhausto, tanquā musto ebrijs sensus amittent, atq; in mutuam cædē in sui status extremā perniciē erumpēt. Cū fuerint hostes tui, iudicij mei seueritate cōsumpti, intelli-

Eos vero
quis sudi-
cauerint
te, ego su-
dicabo.

intelligent tandē oēs mortales, me verū Deū esse, qui salutis tuę curā suscipio, firmissimoq; præsidio, Iacobi progeniē mihi fide copulatā, meaq; benignitate redemptā, tue or, atq; defendo. His quidē verbis Dominus eos alloquitur, qui fide atq; pietate Iudaici nominis splendorē, patriæq; dignitatis honestatem retinuerunt, gentibusq; cœlestem disciplinam tradiderūt, Christiūq; nomen sanctissimē venerati sunt.

NVNC in ipsam impiorum Iudæorū sce- CAP. L.
leratam Rempub. asperis verbis inuehitur. 1 V-
nit, inquit, ne vobis in mentem, cogitare, quæ
tanta fuerit illa offensio, quæ me matri vestræ *Quis est*
repudium renunciare compulerit? An existi- *iste liber-*
matis me leui causa offensionis interposita, cū *repudiq;*
illa Repub. è qua estis progeniti, quæ meū
matrimonium tenebat, diuortium fecisse? Hoc cer-
tè dici non potest, me leuibus causis inductum
illam repudiasse. An illud dicitis, me necessitate
coaetum, vt creditoribus meis satisfacerem, eā
venalem proposuisse, vt quasi redacta pecunia
fidei meæ consulerem? Scilicet gentibus exteris
obstrictus eram, earumq; meritis obligatus, &
idcirco necesse fuit, vt Iudæorum gentem euer-
terem, eorumq; ruinā gentes alias erigerem, &
in dignitate collocarem? Quid? adeone me ino-
pem existimatis, vt, nisi auctione proscripta su-
spicemini non posse me ijsipis gentibus be-
nignè facere? Non est, nō est illud profectò. Nec
enim vllum meum commodum, nec vlla me-
diocris offensio, nec vlla inopia, potuit meam
clementiam, meam æquitatem, meam poten-
tiam à studio solitæ benignitatis abducere. Sed
nefarium scelus vestrum, o viri perditissimi, di-

rumque facinus, in sitaque ad imperium meum perpetuo detrectanda contumacia, rebellio- nisque minimè ferenda flagitia vos euerterunt, & vendiderunt, vestraque ciuitas, atque patria communis, propter dirum, & immane scelus perfidia, quod in se impudenter admisit, à me repudiata est. 2 Non enim usitato more, neque solita ratione peccauit. Parum enim illi fuit, Moysen non audire, quod ipsum capitale cri- men, erat extremo supplicio vindicandum: no- satis habuit Prophetas contemnere, quod erat inexcipiabile scelus habendum: sed me, meip- sum, inquam, non solum ministros meos, con- tempfit, abiicit, pro nihilo putauit. Veni enim, meque illis presentem exhibui, numenque me- um operibus admirabilibus indicaui: nemo tamen ex illis mihi praesto fuit. Vocavi illos ad salutem, ad pietatem, & officium assiduis vo- cibus cohortatus sum: nullus tamen oratio- nem meam ad aures admisit, seseque ad impe- rium accipiendum comparauit. Quam enim, quædò aliam causam vestrae calamitatis esse su- spicamini? Num, meam manum contractam esse dicetis, benignitatemque meam interclu- sam, studiumque illud clementiae, quo duce- bar olim, aliqua rem cumulandi cupiditate, atque malignitate restinctum? At neque fons meae benignitatis exhauriri, nec clementia cir- cumscribi potest, neque voluntas ab homi- num cura reuocari. Num existimatis vires meas vetustate consenuisse, nec iam in me ro- bur illud pristinum remanere, quo Patres ve- stros à circumstantibus malis eripui? Sed vis mea, roburque meum, non potest vetustate

Veni, &
non erat
Vir.

confici,

confici, aut ægritudine debilitari. Idem sum: ead- em potentia, eodemque numine cuncta moder- or: eademque seueritate rursus hostium stragem faciam: & omnibus, qui in me spem habuerint, eadem benignitate prospiciam. Iam enim mare à me vultu increpitem exarescet, & fluuij exu- sti siccitate in aridam, & incultam terram subitò conuertentur, & pisces in sicco destituti, & siti cruciati morientur. Omnes hostes nominis mei, iudicio meo peruertam: atque perficiam, vt qui copijs affluere videbantur, opibusque immanibus elati, tenues pauperum fortunas despiciebant, sint cum magna meorum gloria inopinata calamitate perculsi, extremaque re- rum inopia, & egestate, & vastitate confecti. Cùm homines fideles pedibus mare transmiserint, impij fluctibus obruentur: cùm bonorum cop- pia redundauerint, illi siti consumentur, & in medio felicitatis humanae cursu bonorum fru- ctu destituti peribunt. Nec enim mare, nec tel- lus, nec flumina illis vllum fructum in rebus aduersis, & afflictis afferent, qui in me scelerati, & in meos crudeles extiterunt. 3. Nec caelum quidem illis iucundae lucis aliquam partem concedet. Vniuersum namque caelum tenebris obducam, atque quasi lugubrem vestem astris obtendam, ne lumine suo impiorum hominũ oculos collustrare queant. Non igitur abest à me fides ad eos, qui sese mihi dederunt, tuen- dos: neque potentia ad hostes eorum euerten- dos: sed improbitas vestra facit, vt non modò sitis à me deserendi, sed etiam tanquam hostes supplicij omnibus excrucianti. Quo enim ma- ius beneficiũ illud extitit, quod impiè repudia-

Ecce in-
crepatione
mea
desertũ
faciam
mare.

stis, & in illius auctorem teterrimi fuistis, eò scelus vestrum grauius est, & atrocioe supplicio vindicandum. Veni siquidem ipse, vt eos erudirem: illi vei ò me contumelijs omnibus cõsciderunt. 4 Dominus secundum humanæ naturæ, quam mecum inexplicabili ratione coniunxi, rationem, me eruditissimo genere eloquentiæ facultateq; iucundissimæ orationis instruxit, vt nullam doceri & erudiendi opportunitatem prætermittam, rationemq; teneam, qua homines disciplinæ cœlestis penturia, quasi grauisima quadam siti, cõfectos, erigam, atque sustentem, verbisq; meis sitim, qua miserabiliter afflictabantur, extinguam. Nec doctrina hæc, quam trado, mea est: nec enim ego quidquam à me promo, quod non sit mihi à Patre traditum: in illius voluntatem respicio: illius mentem consulo: illius disciplinam haurio: illi me vsque ad eò obedientem præbeo, vt nullum supplicium obedientiæ causa, subire reformidem. Dominus ipse me perpetuò, tanquam magister, de rebus à me administrandis erudit, & ad summum, atque singulare obedientiæ specimen singulis diebus diluculo instruit, vt nullum in vita officium, atq; munus, quantumuis specie præclarum sit, quod illius volûtati præuertam, sed omnia quæ mihi agenda sunt, ad consilium, & imperium illius accommodem.

5 Dominus enim, qui mentem meam incolit, animum meum promptum, atque paratum ad assignatum mihi munus alacriter exequendû exhibuit. Vt esset igitur id, quod imperat, quantumuis asperum, & graue, perperuq; difficile, nunquam tamen imperium recusauit: nec labo-

rem

rem vllum fugi: 6 vtrò atque libenter corpus meum obtuli: quod hostes importuni vulneribus inflictis deformarent: genasq; meas, & barbas conuellerent: faciemq; meam, vt palmis cõtunderent, & ore execrando consputarent. 7 Et tamè his hominum perditorum conatibus cõttra meam dignitatem comparatis, cum præsentis Dei præsidio munitus essem, nunquam fuit in me vllum dedecus impressum. Immo omnes illorum contumeliæ clariùs nomen meum reddiderunt, documentoq; fui mortalibus, gloriã esse in ignominia iustitiæ causa sustinenda, atque perferenda, constitutam. Ea igitur de causa me ad conuicia, atque contumelias iniucto animo subeundas confirmaui, faciesq; mea, instar filicis, ad toleranda conuicia, & plagas obduruit: nec tamen erubui. Nec enim fui à Deo meo derelictus: nec decus meum fuit obtritum: imò multis gloriæ ornamentis excellentiùs illustratum. 8 Præterò mihi Dominus est, qui me sententia sua iustum pronunciat. Quis igitur tam impudens est, vt mihi litem intendat, reumq; me peragere conetur? In ius simul eamus: iudicio disceptemus: accusationem instituat, qui volet: vt videat, num me possit crimine aliquo condemnare. Quis, inquam, tam proiecta audacia est, vt me accusare audeat? Accedat: iam periculum creet: in eoq; neruos contendat, vt me criminis alicuius, aut saltem peccati leuissimi cõuincat. 9 Dominus est cognitor iuris mei, ipse quæ, mihi sanctitatis, atq; iustitiæ testimoniû dat, subsidioq; semper occurrit, vt me à profligatorum hominum calumnia defendat. Quis igitur tanto scelere, & amètia flagrat, vt me cõ-

Quis contumelias
mibi?

4. Domi-
nus de-
dit mihi
linguam
eruditã.

Dominus
Deus ap-
ruit mi-
hi aurẽ.

tra Domini voluntatem, contra sapientissimi rectoris auctoritatem, contra veritatis sempiternæ testimonium, contra rectissimi iudicis sententiam condemnet: & ei quem ex operibus diuinis potuit intelligere esse diuinę cuiusdam probitatis, atq; virtutis exemplū, iniusti, & malefici hominis nomen imponat? Certè oēs eos, qui tam celestem facinus cōmissere, conscientia cruciatu exedet: & tanquam blatta vestem,

10 *Qui ex* sic animum eorum rodendo conficiet. *10* *Quod*
Sobis 11 si aliquis est in vobis, qui Deum metuat, & ser-
mens Do ui illius sanctissimi orationem exaudiat, iustis-
quinnim? que illius obtemperet, erit certè à communi calamitate, quæ reliquis omnibus impendet, ope diuina liberatus. Quamuis enim versetur in tenebris, neque diuinam lucem respiciat, vbi primum se in Domini fidem contulerit, repente diuina quadam luce collucebit, & ius cœlestis hereditatis Patris sanctis promissæ consequetur. Vos verò, qui nomen tantum Israël obtingetis, quid verò nomē ipsum valeat, ignoratis, sempiterni supplicij hereditatē adibitis. *11* Et enim non ego vobis exitio fui, non interitum vestrum concupiui, non pestem vobis voluntate mea comparauī: sed vos scelere, & amentia vobis ipsis ignem excitastis, qui vos flammis sempiternis exurat. Nec enim solū vos angor cōscientiæ, sed ignis incēdiū torquebit. Sponte namq; vestra, salutē oblatā neglexistis: & in pestē ante oculos positā furenter irruistis. Abite iā igitur in sempiternam pestē flammis scintillantibus accincti: in ignem vestrum emissis scintillis omnia circumquaq; populantē, quem ipsi vobis incēdistis, penetraet: vt perfidiæ pœnas meritas exoluat.

*Ambula-
 se in lu-
 mine 19-
 20a Vestr*

exoluatis. Hoc enim supplicium est iampridē à me sceleri vestro, quādo ita voluistis, constitutū, itaq; summo dolore cruciati iacebitis.

1 Vos autem qui longē ab horum hominum *I CAP. LI.* morib. abhorretis, vt flagitia sub imagine sanctitatis asimulatæ minimē contegatis: sed verā iustitiæ studio flagratis, & in Dei ipsius cultum incitami, domesticū virtutis exēplum vobis ad imitandum positū asidue retrahate: & in generis vestri principem intuemini. Si vultis, inquam, in sancta posteritate censerī, atq; glorię, quam ille consecutus est, participes fieri, in illam fidei constantiam, atque virtutis munitissimā rupem, vnde fuistis, quasi lapides ad ædificium meæ domus, excisi, respicite, matrisque vestræ, quæ vos enixa est, inclytū in fide robur, atque virtutis egregiæ firmitatem mente recolite. *2* Abrahamum qui vos genuit, vobis ad exemplum religionis proponite. Sarræ, quæ vos peperit, virtutes imitamini. *2* Vnus ille generis vestri princeps, in quo singulare fidei specimen elucebat, à me vocatus, & in meam amicitiam receptus, muneribusque diuinis, & ornamentis affectus, & innumerabili sobole auctus, & amplificatus est. Quod autem illum delegi, quod illi benedixi, quod sobolem illius innumerabilem fore præmonstrauī, id non est generi, quod mea causa contempfit, sed fidei, quam coluit, attribuendum. Qui igitur voluerit se filium illius existimari, promissamque generi illius hereditatem cernere, fidē illius imitetur: illius vestigijs ingrediatur: & sic tandē Dei gratiā similiter obtinebit. *3* Re- *3*
 spiciet, n. Domin⁹ Abrahami progeniem: & Sio-
 nis.

*Attendi-
 te ad pe-
 tram ex-
 de excise
 estis.*

*Exponet
defectū
eius quā
fidelis
1105.*

nis montis ruinam consolabitur. Euerfa namque & diruta mœnia reficiet, & solitudinē rursus hominum multitudine frequētabit, tellurem vastatam, atque derelictam, cultam & nitidam reddet, tantaque plantarum omnium amœnitate florentem, vt sit cum horto Domini, voluptatis, atque deliciarum causa confiro, comparanda. Instaurabitur enim religio: omnes virtutes excitabuntur, diuināque subsidia, sempiternāque dedecoris ornamenta cœlestem Ierosolymā in summa dignitate continebunt. Sic igitur eueniet, vt vbi fuerat olim propter horridam, & inculam solitudinem mœror, & luctus, existat repente voluptas, atque lætitia: omniāque gaudio cumulentur, & carminibus & cantibus in Domini laudem compositis, cum summa animorum iucunditate circumsonent. 4 Animū aduertite omnes, qui pertinetis ad populum meum, & quæ dicam, diligenter attendite, vt intelligatis, quantum beneficium sim hominum generi collaturus. A me namque lex promulgabitur, rectissimāque vitæ ratio sancietur: quæ gentes tenebris immerfas, cœlesti splendore collustret: & animos assidua perturbationum tempestate iactatos, in pace, & tranquillitate constituat. Nec enim erit in lapidibus incisa, sed in hominum præcordijs scripta. Tenebit igitur facillimè cupiditates: libidinis impotentiam coercet: peccati vires elidet: vt animi gratia mea fanati, spirituque stabiliti, cum voluptate, & animorū alacritate in 5 legis sempiternæ studium incumbant. 5 Iam enim tempus appropinquat, quo iustitiæ meæ splendor orietur, & salus mea, quæ iustitiam ipsam

ipsam consequitur, omnibus hominibus, qui illam amplexati fuerint afferatur. Non, in quā, iustitiam legis institutis, & sacris adumbratā, qua dum corpus lufratur, minimè tamen animi sordes eluuntur, neque salutem humanis opibus partam; æui breuis spatia definitam, sed ope mea in sempiternum tempus constitutam. Et hanc quidem non vni tantū genti præcipuè, sed omnibus nationib. quæ sese in fidē meam contulerint, allaturus sum. Numen enim, atque potentia mea gentis sceleris & erroris pristini conuincet, spiritusque meus hominū mentes impellet, vt de scelere suo confessi, mihi obnoxij reddantur: & ab impuritate ad pietatem iudicio meo redarguti conuertantur. In me deinde gentes intuebuntur, earumque spes in mea clementia tantum innititur, omneque vitæ præsidium in meo numine collocabunt. 6 Hęc quidem munera, quæ spiritus mei benignitate continentur sola expetēda, consecranda, summoque studio amplectenda sunt. Sola enim sunt ampla, diuina, immortalia: reliqua omnia quamuis speciem illustrem habeant, & firmissime fundata, & stabilita videantur, sunt fluxa, caduca, senio, atque vetustate consumēda. Tolle oculos vestros in cœlum, vt astrorum fulgorem, & cœlestis naturæ pulcritudinem aspiciatis: aspectum rursus in terræ soliditatem conuertite, vt illius stabilitatem oculis notetis. Nam cœlum ipsum tādē instar funi dissipabitur, & terra sicut attritum vestimentum vetustate consumetur: & omnes terræ cultores & habitatores similiter interibunt: At salus, quam sum daturus, sempiterna permanebit:

*Brachia
mea popu-
los iudica-
bunt.*

*Me insu-
la expe-
ctabunt.*

*Leuate
in cœlum
oculos vo-
stros.*

& iustitia mea nunquam violabitur. Vnde col-
ligitur, opes eorum, qui sese ad nomen meum
adiunxerint, nullis viribus excindi, nulla ve-
tustate consenescere, nulla calamitate peruerti
posse, cum sint immortales, atque diuinæ, nec
in ipsius mundi totius strage, & interitu labe-
factandæ. Nec enim fieri potest, vt beneficium
sempiternum Dei verbo firmatum intereat, aut
fides à Deo data cõcidat. Consideret porrò fi-
des illius, si eorum opes, quos spiritu suo tuen-
dos suscepit, extingui pateretur, beneficiũque
illius omnium maximum funditus interiret,
si mors, & interitus in hominũ fidelium opes
inuaderet. Ex quo sequitur, eos, qui fidem san-
ctæ colunt, iustitiæque diuinis opibus exculti
sunt, esse diuinitatis participes. Soli namque
sunt immortales, soli florentes, atque beati, so-
li postremò à peste, & exitio securi, diuinaque
gloria cumulati in omni æternitate permane-
bunt. Vt enim corpus extinguatur, atq; ad cer-
tum tempus sepultum afferuetur, animus tamen
nunquam à vita deferetur: immò tunc
solito vehementius exultabit, cum liber ab om-
ni terrena concretione sese in cœlum contu-
lerit. ⁷ Audite igitur, ô viri, qui iustitiam san-
ctæ colitis, qui legem meam animis inscriptam
tenetis, vestræ dignitatis memores humana
negligite: terrenas opes despiciate: omnia quæ
cernitis oculis, infra vos posita, iudicate. Non
vos probra ab hominibus obiecta perturbent:
nec vlla vos conuicia à mentis statu deiciant.
Quamuis in studio iustitiæ sit vobis ignomi-
nia perditorum hominum opera subeunda, om-
niumque mortaliũ conuicia sustinenda, hæc
omnia

⁷ Audite
me qui
scitis su-
um.

omnia forti, & inuicto animo tolerate, impe-
tusque cæcos furoris humani contemnite. S il-
los enim tanquam tinea vestem senecta conficiet,
illorumque animos scelerũ consciẽtia, quasi
quidam vermis paulatim exedet. At opes iusti-
tiæ meæ in animos vestros congestæ nullis vn-
quam seculis interibunt: & salus, quam vobis
afferam, in sempiternum tempus sacrosancta,
& inuiolata permanebit. *Hæc quidem Dominus
ad fidelium animos confirmandos, effatus est. Isaias ve-
rò cupiditate tanti muneris inflammatus, atque mora
totius impatiens inlclamat, Dominumque precatur, vt
celeritatem incitet, nec dilatione numen illius despiciat,* ⁹ *Cõsur-
atque contemni sinat.* ⁹ Excita, inquit, & exere bra-
ge, cõsur-
chium tuum, nomen Domini, roburque illud ge indue.
inuietum, quo sæpe hostium copias euerdisti, re forti-
& afflixisti assidue: ne diutius recondita iaceat, re forti-
acies potentia, atque iudicij tui, qua sempiter-
nos hostes nominis tui vulnerabas: & eos, qui
tuam spem fidenter implorabant, ex eorum
faucibus eripiebas. Nunquid non es ille tu, qui
tyranni superbissimi ferociam, teterrimique
serpentis inhumanitatem extinxisti? ¹⁰ Nũquid ¹⁰
non es tu ille, qui in profundo maris gurgite
viã aperuisti, qua homines clemẽtia tua è serui-
tute redẽpti per medios fluctus tuti pedib. trans-
fretarẽt? Idẽ, inquit Dominus. Nec enim quid-
atras de potentia mea decerpere potuit: nec vl-
la fraus hominum studium meæ fidei, atq; be-
nignitatis extinguere. ¹¹ Ergo quemadmo-
dum olim mare populo in Dei fidem recepto
peruim fuit, nec vlla aquarum moles potuit Domino
cursum illius impedire: sic breui perficiã, vt reuertens
oẽs qui beneficio meo redẽpti ad sempiternam

⁹ Cõsur-
atque contemni sinat.
⁹ Excita, inquit, & exere bra-
ge, cõsur-
chium tuum, nomen Domini, roburque illud ge indue.
inuietum, quo sæpe hostium copias euerdisti, re forti-
& afflixisti assidue: ne diutius recondita iaceat, re forti-
acies potentia, atque iudicij tui, qua sempiter-
nos hostes nominis tui vulnerabas: & eos, qui
tuam spem fidenter implorabant, ex eorum
faucibus eripiebas. Nunquid non es ille tu, qui
tyranni superbissimi ferociam, teterrimique
serpentis inhumanitatem extinxisti? ¹⁰ Nũquid ¹⁰
non es tu ille, qui in profundo maris gurgite
viã aperuisti, qua homines clemẽtia tua è serui-
tute redẽpti per medios fluctus tuti pedib. trans-
fretarẽt? Idẽ, inquit Dominus. Nec enim quid-
atras de potentia mea decerpere potuit: nec vl-
la fraus hominum studium meæ fidei, atq; be-
nignitatis extinguere. ¹¹ Ergo quemadmo-
dum olim mare populo in Dei fidem recepto
peruim fuit, nec vlla aquarum moles potuit Domino
cursum illius impedire: sic breui perficiã, vt reuertens
oẽs qui beneficio meo redẽpti ad sempiternam

¹¹ Et nũd
qui redẽ-
pti sũt à
Domino

lætitiā vocati fuerint, omnia impedimenta disijciant, & per omnia obstantia tuti, atque liberi gradientur, neque quidquam sit tantis rerum asperitatibus implicatum, aut tantis moribus impeditū, quod cursū piæ nationis impediatur. Itaq; ab exilio, in quod scelere impulsī fuerant, ad patrias iustitię sedes remigrabunt, cūm vocibus gratulationis, & lætitię significātib; in templum venient, eorumq; mentes erunt sempiterno gaudio cumulataę, & summa quadam voluptate, atque spiritus suavitate complete, omnisq; mœstitia, & gemitus ab eorum finibus emigrabit. Nec enim potest anxietas cum iustitia societatem inire, nec vlla lugubris lamentatio cum fructu pietatis habitare. Quod igitur huius vitę statu erit cumulatę perfectum, cūm extincta, atque deleta morte, nullum mœroris vestigiū relinquatur, nec durioris casus acerbitas, quę mortalem conditionem natura consequitur, illum immortalem, atque diuinum piorum hominum statum attinget; iam magna ex parte piorū cœtus, postquam illum ab iniquitate liberauero, in se cōpletum sentiet. Nec enim illum angor excruciat: nec sollicitudo conturbabit: nec luctus, aut tristior vlla cura cōficiet. ¹² Ego enim, ego sum, qui cūctam ex animis vestris molestiam depello: qui vos in omni casu consolor: qui intima quadam iucunditate mentes vestras in omni etiam rerum asperitate permulceo, animosq; vestros inuicta virtute, atque securitate confirmo. Quid enim metues, ¹³ homo, quem mecum fide, & amore coniunxi? Num times ne te quisquam de statu tuo cōuellat, aut pestem tibi

Fugiet dolor, & gemitus. 12

tibi & interitum machinetur? An ignoras conditionem tuam, quantaq; sit tuę dignitatis amplitudo, quantumq; virtutis, atque roboris firmamentum, parūm sapiēter attendis? Fide namque, inflammatoq; pietatis studio eum es statum assecutus, quem nulla vis labefactare, nullę fraudes inquinare, nulla tempestas euertere possit. Etenim es diuinę naturę cōsors, immortalique dignitate pręditus. Quomodo igitur tu cū Dei filius sis, ab homine metuas? Cū immortalitatis munere fruaris, à mortali extimescas? Illi enim morientur, & quamuis cultu, atque nitore splendeant, magnasq; opes habere videantur: tamen instar herbę protinus exarescent: ita vt nec vestigiū illorum extet. Quid? adeone eris tui ipsius immemor, vt ab hominibus, quibus nihil est in vira fragilius, malum formides? ¹³ Et interim Domini tui obliuisceris, qui te formauit, qui tui status conseruandi causa cœlestem naturam explicauit, & terram, quę tibi fructus multiplices effunderet, extruxit? Num Dominum tibi auxiliō affuturum minimē confidebas? Aut opes illius parūm validas existimabas? Quid igitur venit tibi in mentem, humanas atque mortales opes timere, & perpetuū tyrannum illum, qui tibi vastitatem inferre cogitabat, horrere, & ad cōspectum illius trepidare? Vbi nunc est furor ille tyranni, qui cuncta vastitati parabat? compressa est illius immanitas, impetus fracti, tyrannus tribulatus? ¹⁴

Quis tu es? et meas ab homine mortalit?

¹³

Vbi nunc est furor tribulatus?

¹⁴ Liberator enim tuus, quem, vt tibi opem in rebus propē perditis, afferret, nisi, nullā moram faciet: neq; vlla segnitie impiedietur, quō

minùs tibi festinanter accurrat. Accelerabit enim, & summa quadam alacritate contendet, vt carcerē aperiat, & vinctos emittat, eisq; vitā det, omniumq; bonorū copiā largiatur. Neq; enim poterit is, aut speluncis Erebi cōtineri, aut mortis vinculis impediri, aut frumenti inopia conflictari. Ergo cū tartari claustra reuellerit, suos neq; diutiùs tenebris includi, neq; dominationis mortis opprimi, neq; egestate vllavexari patietur: sed omnes è vinculis eximet, vt in summa libertate & vitæ iucunditate maximorum bonorum affluentia xuo sempiterno perfruantur. 15 Ego namque sum summus ille dominus, cuius tanta est potentia, & tã præfens erga meos in omni calamitate benignitas, vt illorum gratia mare discindam. Tumescēt quidem fluctus, atq; fremitus ingentes eident: non tamen poterunt, quamdiu fuerint imperio meo coerciti, diffundi rursus, & in cursum suum impetu solito concitari. In quo quidem satis ostēdo, mortis imperū meo numine reprimendum esse, ne in eos, qui in mea tutela latent, inuadat. Hæc quidem fixa, atq; rata fore, credenda sunt. Stabili namq; & sempiterno Imperatoris summi decreto constituta sunt, cuius nomen, & naturæ æternitatem, & fidei inuiolabilis sanctitatem in omni temporis æternitate designat. *His deinde verbis Christum affatur.* 16 Ego te, ò libertatis humanæ vindex, populūq; mei custos, atq; defensor opibus diuinis confirmabo, vt faciliè tantum munus absoluas atq; perficias. Ego namq; te compotem diuinæ potentia, & virtutis effeci, vt verbis meis, quorum tibi facultatem concessi, cūcta, quæ tibi cordi essent, expedires. Nec

cūm

cūm opera admiranda molitus fueris, vlla tibi fraus, & inuidia nocebit. Te namq; dexterā meā protegam, numineq; meo fulciam, vt quod in mundi principio designasti, nunc multò claritùs, & magnificentius præstes. Nouum enim orbem creabis, cœlumq; maiore quodam fulgore collucens explicabis, terramq; aliam sede firmiore stabilitam fundabis. Nouum enim genus hominum nature nouitate requirit, aliudq; cœlum flagitat, alium splendorem clarioris Solis exoptat. Remp. enim cœlestem in terris conferes: nouas leges, & instituta cōdes: nouasq; formas in mentibus humanis inculpes: easq; diuina luce collustrabis: fideliumq; hominum nationem, populum tuum appellabis. Tibi enim seruietia te spem beatæ vitæ constituet: tuq; præfido nitetur: tu verò illis semper aderis: nec vilis vnquam temporibus populū tibi amore coniunctū ope tua destitues, à tyrannideq; mortis discipi sustinebis. 17 Excitare, 17 excitare de somno tuo, Ierusalem: surge iam, *Eleuare, Eleuare, & ebrietatem istam, quæ te tetra sopore con-* *leuare cō-* *piuit, exhalat, vt pristinam mentem recipias. surge Te-* *rusalorum.* Poculum enim demanu domini plenum iracundia, & indignationis hausisti, vinique meracissimi, quod tibi mentem, & sensus eripuit, fæces etiam ebibisti: furore, & amentia, multarumq; ærumnarum grauitate, perfidiæ poenas luiti. 18 Nec enim erat interim aliquis ex filijs tuis, quos peperisti, & educaisti, cūm ebria esses, & à via salutis aberrares, atque languida, & confecta letifero vino passim concideres, qui te in viam reduceret, gressusq; tuos manu sua stabiliret. 19 Duo mala simul in te

Aa 2 incut-

Incurrerunt, dira telluris vastitas, & fœda hominum excisio. E quibus quis tandem vestrum effugiet: fames intulit vastitatem: districtus in te gladius excisionem. Qua tandem te ratione
 20 consolabor? 20 filij tui pestifero bello confecti sunt: & in ipso platearum ingressu procubuerunt: atque, tanquam feræ venatorum laqueis ad cædem irretitæ, iacent. Ira namque Domini multis cladibus cumulata, iudicijq; illius seueritas amplificata illos oppressit. 21 Nunc igitur
 21 misera, quæ tantis malis exagitata fuisti, quæ non vino, sed scelerum pœnis ebria sensum amifisti, audi iam hoc à Domino, vt illius verbi potentia reuiuifcas. 22. Sic enim dicit Dominus tuus, & Deus tuus, cuius, & potentiam reuereri, & benignitatem amare debes: cùm primum ad fidem redieris. Dominus, qui perpetuum populi sui patrociniû suscepit, à te mala omnia propulsabit. Iam enim, inquit, detraxi de
 22 manibus poculum illud, quod te somno grauissimo confopitam, & stupiditate mentis oppressam in calamitate detinebat, nec posthac fœces meæ seueritatis, & indignationis exhauries. 23 Iram namque meam in eos conuertam, qui te affligunt: funestumq; illis poculum porrigam, qui tibi nimis instabât, vt totum ebiberes: qui te pedibus proculcant, & proterunt, & per corpus tuum contemptim, quasi per forû, gradiuntur.

CAP. LII.

H AEC quidem Dominus: At Isaias cõsideratione tam felicitis libertatis exclamat, & populo Dei de salute tributa maxima voce granulatur.

1 Exurge, inquit, exurge sancta plebs, quæ te à flagitijs, & impietate ad fidei sanctitatem transu-

transulisti, virtutisq; & roboris tui cultum recipe, ornamentisq; gloriæ tuæ, ô cælestis ciuitas, exornare: & nomine diuinitus partæ libertatis exulta. Iam enim non seruius cupiditati, neque libidini, nec impurus, & contaminatus hostis per te incedet, tibiq; tributa flagitij, dedecoris & turpitudinis imperabit. 2 Excita te de pul-^{2 Excite.} uere: confurge iam, & in solio tuo confiste, Iero-^{re te pul.} solyma, expedi te è vinculis quibus collum tuum astrictû antea tenebatur, ô Multitudo, quæ ad Sionem pertines, & captiua fuisti. Iam enim cupiditas in te regnum minimè possidebit, neq; te peccati prauitas inquinabit, neque tyranni sempiterni vis vlla peruertet. 3 Sic enim Domi-³ nus eos, qui fidem illius proficretur, alloquitur: Vos quidem libertatem vestram absque vllò precio venalem habuistis, vos ipsos sine emolumento, & fructu immanitati cupiditatis, atq; peccati penitus addixistis, & sine vlla hostium iactura ab illis in seruitutem abducti fuistis: nunc verò gratis etiam eritis in libertatem restituti. Nec enim meritis vestris, sed clementiâ tantum mea iugum seruitutis vobis impositum à ceruicibus vestris deicietis. 4 Adiunxit
 4 præterea Dominus. Populus quidem meus o-^{In Aegy-} lim non vi belli coactus, sed voluntate sua in ^{prum de-} Aegyptum migravit, vt ibi peregrinaretur. ^{scēdit po-} Non igitur ius vllum habebant in eum Aegy-^{pulus me-} ptij, & tamen illum, quasi belli iure captû, mul-^{us in prin-} tis incommodis violèter oppressere. Hoc qui-^{cipio.} dem fuit primum exilium, quod populum meum grauius afflixit: è quo tamen fuit in sedes patrias clementia mea reuocatus. Alterum verò multò grauius fuit illud, in quod Regum

Assyriorum vi, atque potentia fuit absque vlla graui causa compulsus. Nec enim populus hic in eorum fines inuaserat, neque eorum rebus aliquod damnum intulerat, vt ea gratia esset bello vastandus: sed præceps dominandi, omnestq; regiones armis occupandi libido Assyrios instigauit, vt hominibus, à quibus offensus non fuerant, arma inferrent, & causas dictu speciosas nefariæ cupiditati prætenderent: sic autem eos bello profligarunt, vt nullum ne in eo quidam bello incommodum ab illis acciperent. 5 Nunc verò, quod ius necessitudinis est mihi cū hac ciuitate, in qua etiā populus meus post illas ruinas sine vlla graui causa fuit, vt dirissimam seruitutem toleraret hostium immunitate compulsus? Quid igitur geram hoc in loco, in quo populus meus dominatu graui premitur: & ab impotentissimis dominis contumelijs omnibus laceratur: Dissimulabo ne? meamq; potentiam, & benignitatem continebo? Et cū tam admirandis rebus hunc populum ab Aegyptiorū dominatu redemerim, nunc quando per summam iniuriā sine causā Babylonem captiuus adductus est, eū diutiūs in durissima seruitute versari patiar? Non equidem, ait Dominus. Nec enim ferendum est, vt nomen meū diutiūs quotidiano conuitio maculetur. Nam dum gentem hanc propter illius scelus vexari, & affligi permitto, multi dictitant; aut me fidē non seruare, cūm populum, quem tuendum suscepi, in calamitate desero: aut vires non habere, quibus hostium opibus obstitam. 6 Nunc iam experiundo discet populus meus, quanta fide, & quanta potentia gloriæ nominis mei cōsulam,

5 *Enunc
quid mihi
est hic?*

6 *Propter
hoc sciet
populus*

sulam, & quā insigni benignitate populo meo prospiciam, cūm eos etiam ex hoc exilio in libertatem vindicauero, in patria squē sedes reduxero, intelligetq; tandem, eum esse me, qui olim gentem meam præsentī ope tererim, qui nunquam eos, qui se se mihi deditere, neglexerim, qui illis, cūm primum inclamarent, occurrerim, qui salutem primūm verbis ostenderim, & fidem, quam dedi, præstiterim, & me ipsum præsentem eorum rebus aduersis obtulerim. Ergo, cūm nominis mei maiestatem, præsentissimi numinis fidem, & auxilium, mente perspexerint, minimē profectō dubitabunt, me illis semper affuturum, vt eos, non solum ab Aegyptiorum, aut Assyriorum, aut Chaldæorum dominatu liberem: sed, quod est longē maius, à libidinis immanitate, à peccati tyrannide, ab hostis sempiterni truculentia, à mortis denique faucibus ereptos in sempiterna salute, atque libertate constituam. Nam si eos hominum impotenti dominatu diutiūs conflictari minimē passus sum: quomodo tandem eos hostis immanis, atque sempiterni vinculis astringi, mortisque tyrannide premi sustinebo?

Hac quidem oratione Dominus, eam præcipuē libertatem pollicetur, quæ in iustitiæ fructu consistit: Isaias verò felices eos prædicat, qui erant huius tantæ libertatis, & felicitatis nuncios terris omnibus allaturi. In tantū muneris igitur amplitudinem respiciens, & ministrorum etiam virtutem, & alacritatem admiratus, in hæc verba prorumpit:

7 Quam amplū, & excelsum studiū est eorū 7

*Qua pul-
cri sunt
pedes an-
nuncian-
tis. &
pradi-
cantis pa-
cem.* hominum, qui cum virtutis gloria præcellant, in locis in altum propositis, & editis felicitate diuino munere, & beneficio concessam mortalibus cunctis annunciant? Hoc enim erit illis assignatum munus, vt bona diuina proponant hominibus, vt salutem allatam publicè testificentur, vt tyrannidè excisam esse demonstrent: vt regnum Dei in terris florentissimum, bonorumq; omnium copiâ cumulatam prædicent: vt dicant Sioni; gaudio exulta, plebs sancta. Nâ Deus tuus iam regnum suum in terra cõstituit.

8 Rectores tui in specula manent, ne quid incidat improvisò, quod tibi perniciè afferre possit, suntq; de statu tuo valdè solliciti. Clamores edunt maximos: magnitudine lætitiæ, atq; voluptatis elati simul inclamant, & voces in cœlum tollunt, & incredibiliter exultant. Nec enim iam vmbri legis admoniti, neque obscuris imaginibus eruditi de restitutione ab exilio atque libertate loquuntur. Ipsi namque oculis conspexerunt libertatis iucundissimæ fructum, iustitiæ claritatem, & pulcritudinem, diuinque gratiæ magnificentiam, quâ plebs Domini, quæ propter admissum perfidiæ scelus à iustitiæ finibus exulabat, propter fidem, quâ vnicū illum liberatorem generis humani complexa fuit, est in patriam iustitiæ hæreditatem restituta.

9 O Ierosolymæ vastitates, mœniaq; ruinis strata, in lætos clamores erumpite, & voces in laudem Domini, quâta maxima vi potestis, intendite. Nam respexit Dominus ciuitatem suam, eamq; ab exilio reuocauit, & omnia, quæ fuerant collapsa, refecit, & ordinem Reip. perturbatum cum maximo bonorum omnium cumulo,

cumulo, & egregiæ dignitatis amplificatione restituit. 10 Nec enim vni tantum populo, nec vni tantum nationi, sed vniuerso generi humano, vim numinis, atque potentiæ suæ, in qua sola est omne suorum prælidium collocatum, aperuit, benignitatisq; suæ magnitudinem in omnium gentium conspectu proposuit. Omnes enim orę terrarum extremæ, & omnes vltimæ nationes salutem à Domino singulari ratione tributam conspexerunt; & ex illa fructum salutis, & immortalitatis, & gloriæ perceperunt.

11 O beati viri, qui tanti boni participes extistis, qui sacris sanctissimis initiati fuistis, qui sacra domini procuranda suscepistis, vestræ vobis dignitatis in mentem veniat, vt & gaudio triumphetis; & simul etiam, ne tantæ opes de manibus elabantur cum cura, & sollicitudine metuatis. Prouidete, ne vos vlla contagio impuritatis inficiat, aut consuetudo hominum, cū quibus in exilio vixistis, aliquo flagitio decus vestrum contamine. Abscedite, abscedite: consuetudinem improborum hominū detestamini: è medio impuræ, atq; nefariæ gentis egredimini: summam in relinquendis iniustitiæ finibus celeritate suscipite, vt in patriam amisam citius remigretis, rem pollutam, & inquinatam nolite contingere, qui Domini vasa circumferetis, vt rem diuinam ritè cõficiatis. Nec enim fas est, sacerdotij sanctitatem sordibus flagitij maculari: nec aliquid impurum in Domini templo constitui, neque denique puritatis instrumenta impuritatis labe profana fieri. Mētis igitur puritatem diuinam gratia partam solliciti retinete, & animi castitatem in omni vita

*Recedite.
recedite.*

12 summo studio conseruate. 12 Nec enim potestis dicere, difficilimum vobis esse, in tantis vitæ difficultatibus, quantæ sunt illis subeundæ, qui à peccato, apud quod exulabant, ad iustitiam traducuntur, sanctimoniam tueri. Facillimum namque id vobis erit, dummodo vobis ipsis deesse nolitis. Nec enim vos hostes à tergo, vt olim, cùm ab Aegypto educti fuistis, insequentur: nec infestis armis oppressi tumultuabimini, & effusa fuga trepidabitis. Nam Dominus vos antecedit, ne quisquam à fronte possit in copias vestras impetum facere. Idem etiam agmen coget, ne à tergo in vos hostis incurset. Præsidio igitur illius confirmati facillimè prouidebitis, ne qua labes impunitatis vobis aspergatur. 13 Nec interim, inquit Dominus, à seruo meo, qui non modò vestræ libertatis vindex, & custos, verùm etiam Dux, & Imperator vester est, oculos deiciatis. Illum sequimini, illius exemplo vitam conformate: ad illius nomen vos animis incensis adiungite: diuina siquidem sapientia sibi commissum munus administrabit, & in loco excelso, & edito, in latissimoq; dignitatis, & imperij fastigio collocabitur, & in summa atq; sempiterna gloria florebit. 14 Atq; principio quidè multi mortales in supplicia, quib⁹ est tanquã iniustus, atq; maleficus, excruciadus, intuentes obstupescunt. Quanto autem stupore, ô Christe, multorum animos magnitudine acerbissimi cruciatus oppressisti, tantam offensionem specie dedecoris illius, & ignominia multis mortalibus attulisti. Nullus enim homo fuit vnquam, cuius vel species esset tanta plagarum foeditate contusa, vel nomen tantis conui-

Præcedit enim vos dominus

CAP. LII. LIBER QVARTVS. 196
conuictijs, & ignominia deformatum. 15 Sic autem illis tormentis, & cruciatibus, illis contumelijs, & opprobrijs, illa denique, crucis offensione multas nationes expiabit, & scelerum notas penitus iniustas, puritate sanctitatis, atque religionis absterget. Sic enim erat salutis humanæ rationi consentaneum, vt ignominia crucis veram, atque sempiternam gloriam constitueret: & mortis acerbitas viam ad immortalitatem aperiret. Itaq; nõ sanguine victimarum, sed proprio sanguine, vt nouum foedus sanciat, multas gentes asperget: humanasq; mentes omni scelere solutas, sibi fide constringet. Nec solum hominum multitudo, sed summi etiam Reges, & Principes stupore percussi coram eo silebunt: & magnitudinem caritatis, quæ illum adegit, vt pro generis humani salute grauissimam ignominiam subiret, & mortem, & cruciatum expeteret, vehementer admirati numè illius venerabuntur. Nam ad gentes vniuersas, quæ nullis sacrarum literarum disciplinis instructæ fuerant: neque quidquam de Christo ad illustrandas terras mittendo acceptant, illius fama peruadet, & extere gentes, apud quas ne fando quidem auditum fuerat, genus humanum fore Christi operâ liberandum, morteq; illius, sempiternæ mortis imperium delendum, disciplinam illius accipient: totasque se ad studium illius applicabunt.

LIBER

LIBER QVINTVS.

PROOEMIUM.



VM diuina Christi virtus multa miracula in terris ediderit, haud facile dixerim, fueritne opus aliquod illius ea fide, quam fecit in terris, admirabilius. Nam si humana metis angustias ratione consideres, cum ea nihil sibi persuadere possit, nisi quod sensibus obiectum sit, aut euidenti, & perspicua ratione conclusum; nullo modo poterunt adduci plerique mortales, vt credant, id quod non solum cum sensibus pugnat; verum etiam omnibus humana rationis argumentis aduersatur. Omnes enim homines duce natura flagrant beata vita cupiditate. Beatam porro vitam malorum omnium depulsione, & bonorum complexione desiniunt. Bona autem ea plerique numerant, qua communis hominum vita sitienter appetit, nempe diuitias, voluptates, honores, imperia, vires, & pulchritudinem, & reliqua eiusmodi, qua vel in corpore sita sunt, vel ad illius commodum, & oblectationem maxima ex parte conferuntur. Quid igitur difficilius, quam persuadere hominibus, omnem beata vita rationem corporis appetitu metientibus, vt voluptates aspernentur, vt commoda vita despiciant, vtopes, & imperia contemnant, vt dedecus, & ignominiam sustineant, vt denique, cum opus ita fuerit, crucem sponte subeant, vt eam sequantur, a quo fuit beata vita ratio crucis ignominia praclarissime constituta? Quoddum te ad eos erudiendos, qui sapientia student, applicueris

euertis, te prorsus amentem iudicabunt, cum ea sane fidenter asseras, qua neque sensibus, neque ratione probare potes: in eoque labores, vt homines sapientiae studio incensos stultitia tua, vt inquit illi, participes efficias. Quid enim, inquit ille, qui sapiens sibi videtur, amentius illa fide, qua sibi persuadet homines, praecellentissimum illud beatissime mentis numen ita se abieciisse, vt non solum humanam formam indueret, sed etiam doloribus summis excruciar, & in crucem denique tolli cum dedecore, & ignominia suslineret? Non disputo, an fieri possit tanta natura diuina cum humana infinitis ab illa gradibus distante coniunctio, vt summus ille Deus, qui naturam viuensam numine suo coercet, & continet, homo repente fiat, humanis miseris, & arummis obnoxius. Sed vt id demus, quod in hominis sani rationem non cadit, illud quero, qua tandem causa fuit, cur Deus suae maiestatis oblitus homo fieri vellet, et omnes acerbitates, quibus humana vita premitur, experiri? Num vt hominum vita, atque dignitati consuleret? Quorum inquis hominum? Sapientiumne? At illi paucissimi sunt, & ij qui sunt, in nullo malo versari possunt. Insipientiam igitur, inquis. Ergo vt insipientium dignitati seruiret, a dignitate discessit, & vt homines cruciatu dignissimos a debita peste seduceret, se crudelissima morte maculari pulcrum esse iudicauit? At id nec Deo decorum fuit, nec aequitati illius consentaneum. Praeterea, si tanta cupiditas Deum tenebat generis humani liberandi, num in tantas angustias fuit numen illius compulsum, vt non aliam rationem inire posset salutis humanae constituendae, quam eam, qua miseria extrema perfunctione, summi que

dedecus

dedecoris offensione continetur? frustra igitur homines minimè mali eam curam suscipiunt, vt nos, qui ratione ducimur, vnamq; naturam, optimam viuendi magistram sequimur, impellant ad credendum ea, quæ ratio omnino respuit, vniuersaque natura repudiât. Hæc quidem Philosophus. Iam vero Iudei, qui disciplina legis instituti potuerunt intelligere, nõ in corporis voluptate, sed in animi grauitate, & constantia beatè viuendi rationem collocandam, neq; popularis offensionis ignominiam esse pertimescendam ijs, qui ad immortale decus aspirant, & qui sanctarum literarum studio excitari facillimè poterant, ad spem salutis, Christi meritis, atque religione recipienda, tantam salutis suæ rationem multo acrius, & infensus, quàm reliquæ nationes, oppugnât. Humi namq; strati sunt: res terrenas admirantur: mentem ab oculorum consuetudine auocare nõ possunt: nihil intueri queunt, q̃ nõ ad corporis naturam referatur: omniaq; promissa diuina, vitæ commodis, & terrena felicitate metiuntur. Itaque Regem expectant opibus, & imperio florentem: maxima imperia, summa belli cõtentione dolentem, suis non modò libertatem, sed immanes diuitias liberaliter, & munificè largientem, & omnes, qui se cum illo coniunxerint, omnibus dignitatis ornamentis egregiè cumulantem. quo tandem igitur modo credent eundem regem illum esse, quem inopia consiliatum, & omni crudelitate laceratum, et cruci denique suffixum aspiciunt? Cum igitur omnes homines, siue idiota illi fuerint, siue artium disciplinis exculti, siue religionis antiquæ sacris initiati, siue à Iudæorum sacris abhorrentes, natura quodam corruptæ, atque vi-

uata

riata sensu, & odio penitus infito Christi disciplinam fuerint persecuti, qua tandè humana ratio effici potuisset, vt homines eam disciplinam acciperent, quam & sensus exhorret, & ratio nullo modo consequitur? Nam sensus natura lenocinijs, & blandimentis alliciuntur, & rō non nisi argumento argutè cõcluso conuincitur: At Christi disciplina, & crucem ostentat, quæ sensus maximè detestatur, & res ab humana cognitione remotissimas rationi proponit, quas humana rō nullo modo prorsus admittit. Sed quò magis humana natura fidei huius sanctitati repugnat, eò magis est vis fidei ipsius admiranda, quando sic oēs sensus oppressit, & rationem sub imperiũ Christi subiunxit, vt nulla pars animi extra cæcellos à fide circumdatos egrediatur. Sic igitur sit, vt qui fide illustratus est, nullo modo sensib. nec humana ratione, sed fide vitam moderandam existimet. Quis n. fuit ita sensib. addictus, vt nõ intelligeret, interdum q̃ fallax esset illorum iudiciũ? Quis vnq; sic id quod argumentis efficitur, tuendũ suscepit, vt morte perferret, inolerabilq; dolore cruciari mallet, q̃ se sum, quæ habebat vi argumentorũ, & copia, confirmatũ, deponere? At omnib. q̃ verè ex animo sese ad Christi fidem contulere, sic infixũ fuit omne id q̃ Christi disciplina cõtinebat, vt cū illis actũ esse præclare admodũ iudicaret, qui p̃ Christi nomine mori & cruciamenta omnia pertulissent. Sic n. Christum p̃ oēs flammæ inuictis animis sequebatur, vt nõ modò cruciari nõ horreret, sed etiã nihil optaret ardetius, q̃ vitã in summo cruciatu p̃ gloria Christi pfundere. Et cū nullus vnq; philosophus tantũ vel subtiliter argumendo, vel amplè & copiosè differendo valeret, vt hominum vulgus

a flagi-

a flagitijs, quibus erat irretitum, ad honestatis studi-
 um traduceret, ij qui sese ad homines Christi discipli-
 nis imbuendos toto animo contulere, cum neque vlllo
 differendi artificio, nec splendida orationis ornatu, nec
 vllis deniq; opibus humanis instructi essent, tamē non
 vnum tantum genus hominum, nec vnam tantum na-
 tionem, sed incredibilem multitudinē virorū, & mu-
 lierum, & virginum, & puerorum penē infantium,
 atque aded totum orbem terrarum, sic & Christi a-
 more commouerunt, & in studium verissimā virtutis
 incitarunt; vt in omnibus terrarum regionibus faci-
 limum fuisset inuenire quamplurimos homines, non
 solum summo ingenio praditos, & artibus præclaris
 institutos; sed rudes etiam, & impolitos, qui mortem
 pro Christi nomine, atque iustitiæ hūctū contēnerent,
 & vltro, atq; libēter sese in extremū vitæ discrimē in-
 jcerēt. Ergo cū nulla ratioē, nulla disciplina, nullo præ-
 mio, & emolumento adduci possit is, qui est addictus
 libidini, vt compressa libidine virtutem vnice colat,
 quid existimandum est, cum non corporis vllum com-
 modum, sed laborem immensum proponis? cum non
 ad vllam naturæ incunditatem, sed ad crucis societate
 inuitas? cum non spem alicuius præsentis vtilitatis, sed
 illius, quam neq; sensibus vsurpare, neque ingenio con-
 sequi quisquam valet, ostendis? Si igitur id præsentis
 Dei numine perfectum minimè fuisset, quo tandem
 modo fieri potuisset, vt quisquam naturæ sensum repudi-
 daret, & hominis illius gratia, quem nunquam vidisset,
 sed tantum audisset fuisse cruce cum extremo de-
 decore, & infamia necatum, pro vitæ incunditate,
 cum res ita posceret, dolorem, pro comodis, egestatē,

pro

pro dignitate ignominiam subiret? nullo modo. Ergo, cū
 antiquitatem memoriæ repetis, & tantam vitæ con-
 uersionem in vniuerso terrarum orbe factam esse, con-
 sideras; vt, qui antea toti erant in cupiditatis impurissi-
 ma dominatu, sic se totos Christi excellentibus meritis
 excitati, studio tantæ dignitatis, quā fide cōprehensam
 animo continebant, incensi ad studiū pietatis applica-
 rent, vt nullis tyrannorū opibus, aut Sathanae machinis
 ab eo deduci potuerint; nō poteris vlllo modo dubitare,
 quin id solius Dei numine, potestate, beneficio, perfectū
 extiterit. Is enim est, is est, qui tenebras, & caliginem
 discussit, vt possint homines puris animis intueri, quan-
 tæ opes incluse lateant in Christi disciplina; quā mul-
 ta sint instrumenta dignitatis in cruce, quantā vim re-
 rum diuinarū cōtineat religionis Christianæ mysteriū.
 Explicat enim nobis immensam Dei potentia, & sapi-
 entiam cum admirabili benignitate coniunctā, opesq;
 sempiternas æquitatis, atq; clementiæ diuinæ penē in
 conspectu proponit, menteq; nostras studio ardentissi-
 mo diuinitatis inflammat. Non igitur fuit aliquid in
 Christi religione (vt perditū homines arbitratur) de glo-
 ria diuina detractum: immo, ea multo clarior Dei glo-
 riam illustrauit. Nec enim magnū, nec Dei maiesta-
 te dignum opus fuisset, quod homines intelligere po-
 tuissent: & quod minus homines ingenio consequuntur,
 quomodo Deus secum humanam naturam coniunxe-
 rit, eò magis, quanta fuerit illius potentia, atque sapi-
 entia, clarè perspicitur. Non autem à dignitate sua
 discessit, cum maximum in genus humanum beneficiū
 ita contulit, vt nullam partem suæ maiestatis imminui
 pateretur. Nec enim status diuina natura conuelli,

Bb

aut

aut labefactari aliqua ex parte potest, quamuis hominibus singulari aliqua ratione provideat. Ita enim providet, vt interim minimè se, vel à numine, & potentia, quo naturam vniuersam complectitur, vel à cœli totius imperio, atq; procuratore remoueat. Et quamuis homines essent insipientes, & flagitiosi, vt sunt omnes, qui Dei gratia sanati non sunt, in hoc multò magis emicuit illius benignitas, cum hoc tam admirando beneficio illos, & sapientes & moderatos effecit, omnibusq; virtutib. ornatisimos. Pro illis igitur, quos erat sapientia opibus ornaturus, hoc tantùm opus effecit, quo nullum extare potuit, vel amplius, & magnificentius, vel Dei bonitati conuenientius. Quid enim est magis decorum Deo, illiusq; immensa benignitati consentaneum, quàm homines, quorum gratia omnia, qua sunt oculis subiecta, condidit, & in quibus imaginem sue mentis imprefit, à sempiterna peste redimere? Quæ autem ratio melior excogitari potest humana salutis constituendæ, quàm ea, quæ Dei cognitione continetur? Quid autem magis nos potuit ad Dei cognitionem instruere, quàm immensa caritatis illius explicatio, qua Dei filius sese nobiscum ita cõiunxit, vt debitum, quo eramus obstricti, dissolueret, scelusq; nostrum sanctissimis sacris expiaret, & specimè diuinæ virtutis in terris exhiberet, quod intueremur, & sequeremur, si vellemus Deo placere, & in cœlestes illas sedes ascendere? Sed conturbat homines, virium humanarum imbecillitate, & penitus insit a prauitate diuinam vim, atq; bonitatẽ mentientes, amplitudo muneris, atq; beneficij: nec intelligunt immensa, & insinita bonitati, immensum, & insinitum beneficiũ conuenire, illudq; ipsum esse maximum

Christia-

Christiana religionis atq; veritatis argumentum, quo ipsi ad oppugnandam religionem perditis suis conatib. abutuntur. Sed quanta sit erga genus humanum diuina clementia magnitudo, hinc cerni faciliè potest. Cum enim statuisset, hoc tam obstupendo beneficio humanum genus afficere, & vidisset nihil esse difficilius, quàm persuadere hominibus, id quod nec sensibus, nec ratione consequuntur, à primordio generis humani, et promissis, & signis, & diuinorum hominum predictionibus viam ad faciendã fidem egregiè munuit, ne possent homines de tanti beneficij magnitudine dubitare, cum viderent quàm aptè fuerit id rerum exitu felicissimo comprobatum, quod multis antè seculis imaginibus adumbratum, & diuinis oraculis predictum extiterat. Deinde, quod est multò clarius, & magnificentius, mentes eorum, qui non minus hoc ingratis animis aspernantur, splendor sui spiritus illustrat, & diuina sapientia muneribus instruit, & studio quodam vite immortalis incendit. Ex quo sequitur, eos esse solos sapientes, qui fidem Christo debitam vnicè colunt, nec ab illius imperio desiciunt. Qui enim sensus sequuntur, è quibus tam multa infidia comparata sunt animis, in summa demetia versantur. Qui ingenio suo confidunt, & ratione nituntur, cum ea, si fidem secluseris, tenebris immersa sit, quod illi sibi magis sapientiam arrogant, ed maioribus furoris, & auerentia penitus agitantur. Soli igitur, qui fidem Christi sanctam habent, cum se Deo in disciplinã tradiderint, sapientes appellandi sunt. Nec enim sensibus, nec ratione, sed Dei verbo, & sententia, quæ nunquam fluctuat, imitantur. Infidet enim diuinus spiritus in animis, Christoque sanctitatis, atque

diuinitatis clarissimum testimonium dat, mentesque nostras incendit, & incitat; atque postremo facit, vt futili, & inani voluptate contempta, veris voluptatibus affluamus, & ad studium rerum diuinarum inflammatis animis adspicemus. Non igitur mirandum est, si, cum huius disciplina, quam profitemur, Deum magistrum habeamus, ita nostris animis infixum sit, quod Christus nobis tradidit, vt hoc vnum in vita teneamus, reliqua omnia deliramenta quedam, atque somnia putemus. Vt autem ad Isaiam redeamus; cum cerneret oculis vir diuinus, quantum fidei repugnet, hominum, qui terrenis rebus affixi sunt, improbitas, atque pertinacia, illudq; mysterium, quod maxime esset humanae rationi contrarium, tractandum susciperet; nempe, quomodo filius Dei sub humana specie, & probris confisus, & tormentis excruciatu, extiterit; exclamat, atque credendi difficultatem verbis exaggerat, vt clarius cerni possit fidei munus, & officium, non esse humanis viribus adscribendum, sed ad Dei numen, atque sempiternam clementiam reuocandum. Sic igitur ait:

I CAP. **1** O REM miram, & stupendam! Quis enim mortalium, qui terrena nimis intuentur, nostræ prædicationi fidem adhibebit? Quomodo enim poterit quisquam eorum tantum mente, atque ratione consequi, vt illud diuinum numen, immensamque summum Dei potentiam sub specie imbecillitatis humanæ latentem, contempletur? **2** Hic enim summus imperator cœlitum, et clementissimus humani generis conditor, atque liberator, ita se demisit, vt nullis honoris insignibus amplitudinē suę maiestatis indicaret: sed oculis

oculis hominum speciem extremę humilitatis obijceret. Sic enim, postquam fuit exortus, se coram Domino, ad cuius voluntatem, & gloriam omnes actiones dirigebat, in terris erexit, vt non multum exurgeret: sed, instar teneri cuiusdam virgulti, se in principio depressit; & quasi radix in arida terra, vim suam cohibuit; ita, vt neque trunci proceritate, aut frondium amœnitate ad se mortales alliceret, nec fibras ita late diffunderet, vt virens inde sylua pullularet. Illud igitur eximium decus, quod in cœlo, vim summi, atque sempiterni amoris incendit: illud summum pulcritudinis, & honestatis exemplum, cuius aspectu cœlestes animi satiari non possunt, ita fuit in terris ornamentis omnibus nudatum, & omni contumelia deformatum, vt nullum decus in corpore illius emineret, quod oculos meæ gentis oblectaret: nullus elegantię cultus, qui eam sui studio vehementer incederet. **3** Immo sic fuit contemptus, & abiectus, vt esset omnium mortalium despiciatissimus. Nec enim is villo modo fuit, quę dolor non attingeret; aut ægritudo minimè conturbaret. Quinetiã summos dolores, & cruciatu hausit, & ægritudinis acerbitatē maximā perpeffus est. Tantis vulneribus fuit in exitu vitæ concisus, tantisque dedecoris, & ignominie maculis affectus, vt oculos ab eo auerteremus, ne tantam indignitatem contemptissimi hominis vsurparent. Sic enim fuit à nobis despectus, vt ne hominem quidem illum duceremus, **4** cum interim ille morbos, & ægritudines nostris sceleribus debitas exciperet, & dolores, qui nobis erant subeundi, sustineret; vt cruciatu suo nos ab exitio, & cruciatu

sempiterno liberaret. At nos cūm videremus illum tam indignis supplicijs excruciatum, atq; in summa dolorum omnium acerbitate derelictum; eum non solum hominibus odiosum, & iniuriosum; verūm etiam diuino iudicio percussum; meritisque pœnis à Deo perditum, & afflictum iudicauimus: neque solum hominum sententijs; sed etiam summi illius iudicis seueritate conuictum. 5 At is propter impietatis scelus, quo nos ipsi cōstrinximus, vulneratus fuit, & propter iniquitates, quas in vita suscepimus, acerrimè contusus; vt hoc ardentissimo pietatis, & caritatis studio, quod illum impulit, vt corpore suo pœnas consceleratis hominibus irrogandas exciperet, humanum scelus expiaret, & iniquitates nostræ maculas elueret. Eramus nos quidem Dei iudicio coercendi, & cūm numen illius erga nos grauius infensum haberemus, necesse erat, vt pœnas sceleris, & improbitatis, quibus eramus digni, penderemus. At is se medium interposuit, vt omnem impetum diuinæ seueritatis exciperet, exitumque, quod omnibus nobis imminerebat, à capitibus nostris auerteret. Hoc igitur fuit illi munus impositum, vt pro nobis omnibus iustitiæ diuinæ satis faceret, & debitum, quo eramus obstricti dissolueret. Nos igitur, nos illū in crucem egimus, nos illi mortiferum vulnus infliximus, nostra illi scelera causam acerbissimi cruciatus attulerunt. Hæc enim omnia sponte sua suscepit, atque subiuit, vt nos à sempiterno cruciatus redimeret. Illa namque vulnerum deformitas, ille corporis contusi liuor, sanitatem vulneribus nostris intulit, & illius tormen-

*s' style aut
vulnera-
tus est pro
pter ini-
quitates
nostras.*

*Liore e-
ius (ana-
stus).*

tormentis è morbis mortiferis, quibus opprimebamur, emerisimus. 6 Omnes nos, quasi oues dispulsæ, vagati sumus, & à recta via defleximus. Quilibet enim à disciplina legis aberrauit, & in eam viam se dedit, in quam sua quemque cupiditas, atque præceps, & inconsiderata libido ingredi compellebat.

Fuit igitur hoc errore mentis humanum genus infinitis sceleribus alligatum. Ac dominus, cūm excellentibus meritis humana scelera cōdonare statuisset, effecit, vt is, qui nunquam legem trāsgressus est, se pro maleficis, & iniustis, qui iura omnia consculcauerant, offerret, & hac tam admirabili caritate, & religionis ardentissimæ sanctitate numen placaret. Sic igitur diuino iudicio, atque voluntate omnes hominum iniquitates, & scelera in caput illius redundarunt. 7 Quæ tamen omnia tanta virtute, atque patientia tolerauit, vt cūm sceleris alieni pœnas lueret, essetque doloribus summis afflictus, nec os quidem suum aperuerit, vt eos, à quibus crudelissimè vexabatur, aliqua verborum contumelia perfringeret. Sicut ouis ducetur ad victimam, & quasi agnus coram tonsoribus suis se mitem, atque mansuetum præbebit, & ad hominum sceleratorum conuicia penitus obmutescet. 8 Nec erit in damnatione illius iudicium v'sitato more, & disciplina constitutū, sed tanto scelere, & amentia flagrabunt homines odio sanctitatis excæcati, vt illum in publica custodia retinere, vt è vinculis causam dicat, nullo modo patiatur: sed eum indicta causa nimis festinanter ad supplicium trudent: nec, vt vllam æquitatem iuris obseruent, sed vt

*6 Omnes
nos quasi
oues erra-
uimus.*

*Sicut ouis
ad occisio-
nem ducitur.*

quamprimùm crudelitatem suam supplicio illius expleant, elaborabunt. O facinus hominum illius ætatis omnium, quæ possunt cogitari, scelestissimum! Quis enim poterit tantâ immanissimi sceleris atrocitatem, non dico violationis explicare, sed mente, atque cogitatione completi? Illi enim, qui vitam dabat, necem attulerunt, & salutis auctorem è terra sustulerunt, in eorum nervos intenderunt, vt non modò vitâ, sed nomen illius extinguerent. Propter scelus populi mei fuit ei tantum vulnus impositum. Nec enim numinis offensio ex scelere, & impietate sumpta, poterat, nisi summa quadam pietate, & hominum caritate deleri, nulliusque maior caritas esse poterat, quàm illius, qui, vt corpore suo intetas omnibus diuini iuris plagas exciperet, supplicium nullum recusauit, seque pro salute omnium deuouit. 9 Vt igitur Dominus, illius sanctitate peccatorum omnium maculas hominum generi penitus inuistas abstergeret, illum improborum hominum potestati, atque libidini permisit, vt, quasi in Deum impium aliquod facinus suscepisset, nomen illius ex hominum memoria euellere conaretur; aut, quasi per vim & fraudem hominum opes auertisset, illum omni supplicio torquerent, illaque pœna, qua perditii homines mulcandi erant, illud summum iustitiæ specimèn, quod nemini iniuriam attulit, aut vllam fraudem machinatus est, afficerent, & absolutissimum illud virtutis, & probitatis exemplum nece, & grauissimis tormentis excruciant. 10 Pro aliorum igitur sceleribus voluit Dominus sanctissimū illius corpus affligi, vitamque illius exhauriri,

Propter scelus populi mei percussit eum.

riri. Sed quid venit in mentem illi iustissimo Regi, atque moderatori, cuius mens ad iniquitatem inflecti non potest, vt iustum pro fontibus, & sceleratis ad necem traderet, & supplicia perditis hominibus irroganda imagini suæ probitatis inferre constitueret? Quia in supplicio illius non hominum tantum salutem, sed ipsius Christi gloriæ, & dignitati consulere, quæ diuinis ornamentis, & muneribus amplificabit. Si enim Christus sese piaculum pro peccatis obtulerit, vitamque suam fuerit pro salute generis humani largitus, huius admirandæ virtutis, atque pietatis fructum feret amplissimum. Nam, & genus sempiternum ex se diuini verbi fatu procreatum aspiciet, & vitam opibus, & imperio florentissimam in omnem seculorum æternitatem propagabit, & voluntas Domini, manibus illius administrata prosperos exitus consequetur.

11 Nam propter laborem, atque dolorem, inquit Dominus, quem inuicto animo perfect hic seruus meus, qui nullam vnquam in se labem impuritatis admittet, se opibus affluentem cernet, & bonorum diuinorum copia egregiè cumulatum, scientiæque sua multos mortales errore liberabit, & cognitione diuini numinis illustrabit, vt non solum ipse iustus sit, sed omnes etiam, pro quibus pœnas grauissimas perferet, à prauitate vitæ conuersos iustitiæ diuinis opibus, & ornamentis afficiat.

12 Perficiam enim, inquit Dominus, vt spolia cum multis hominibus diuidat, & manubias illis, qui sub eius imperio fortiter, & animosè dimicauerint, largiatur. Bellorum namque

Si posuerit pro peccato animam suam videbit semen longæuum.

11 Pro eo quod laborauit, anima illius videbit, & saturabitur.

omnium victor exister, & hostibus spolia detrahet, & viros, qui egregiam illi operam in bello contra pietatis hostes sempiternos intidè nauauerint, donis amplissimis, ob virtutem donabit, & hoc tantum imperium cum summa rerū omnium felicitate, & affluentia consequetur, eò quòd vitam pro diuini numinis gloria profunder: eamq; ignominiam sua sponte subibit, impuris, atque perditis hominibus adnumeratus sit, cum ipse pro multorum hominum peccatis pœnas exolueret. Tantum verò aberit, vt in eos, qui illum excretauerint, incitetur, aut contumeliarum indignitate laceffitus à suæ benignitatis constantia dimoueat, vt etiam pro scelestissimis hominibus, qui illi sunt necem, & cruciatum allaturi, supplices ad Patrem preces adhibeat, illisq; facinoris infandi veniam deprecetur.

Hæc vbi de Christi morte prædixit, illiusq; fructum summam exposuit, orationem continuò ad ecclesiã, quæ erat ex gentibus alienigenis euocanda, conuertit.

I CAP.
LIIII.

IE XVLTA, inquit, gaudio, tu, quæ in orbitate, & solitudine versabaris, nec vltos filios peperisti: quãdo tanta felicitatis amplitudine Christi precibus, & religione cumulata fuisti, illius, quæ spiritu grauida diuinam progeniem partu felicissimo in terris edidisti, letos clamores profunde, vocibusq; maximis conceptam mentem lætitiã testificare, & quantum fructum ex Christi cõiunctione perceperis, omnibus summæ lætitiæ signis ostende. Tu enim ô Resp. ex gentibus alienigenis, & à studio pietatis auerfis, congregata, quæ nupta non eras, inquit Dominus, postquã se tibi Christus fide conianxit,

*Multifly
deserta
magis
quã eius
quæ habe
bat vtrū.*

multo

multo quidem plures filios edidisti, quã Resp. Iudæorum, quæ legis matrimonium tenebat. 2. Tantus enim erit filiorum tuorū numerus, vt mediocribus finibus includi non possit. Dilata igitur locū, in quo sunt tibi tabernacula, ad eos omnes excipiendos, atque nutriendos collocanda, tabernaculorum vela in omnes partes intende, operamq; da, ne quisquam locorum angustijs excludatur. Neque tibi laxitatis tantum; verum etiam securitatis, & firmitatis cura sit. Funes, quibus vela, ne circumflata ventis diffuant, cohibenda, atq; deuincienda sunt, fac vt sint quàm longissimi: eos clauis ingentibus in firmissimo solo defixis arctè cõstringe, ne possint tentoria labefactari. 3. Multitudo namque sobolis tuæ in omnes partes erumpet, & cunctas nationes disciplinã, & imperio continebit, & loca ab hostibus sempiternis euersa flagitiorumq; omnium colluione vastata recuperabit, in illisq; rursus sedes, & domicilia opulentissima collocabit. Omnia quidem pristinum virtutis, atque iustitiæ splendorẽ multis accessibus amplificatum recipient. 4. Ne timeas, nec enim eris vnquã ab ope mea derelicta, vt ea gratia debeas ignominia notis inuri, atq; verecudari. Neq; te recordatio scelerū, quæ olim in te admisisti, cõturbet, neq; turpitude, qua fuisti cõtaminata, fiduciã tuã confringat. Eris, n. gratia mea ita ab omni turpitudinis, & flagitij cõtatione liberata, vt nullū in te vestigiū dedecoris appareat. Nō tibi veniat in mentem adolefcētiæ turpiter actæ: siquidẽ omnes illius maculæ sunt penitus eludæ. Neq; viduitatis tuæ recordaberis, quando oēs dedecoris illius

*Confusio
nis adole
scētiæ tuæ
obliuisceris.*

5 illius notæ delendæ sunt. 5 Dominus enim, qui te sibi stabili, atque sempiterno matrimonio copulabit, est is, qui te finxit, & informauit, qui cœlitū imperator, & Dominus appellatur, & qui te ab exitio redemit, in quo est Israëlīs salus, non Isrāēlem tātūm; sed omnes terrarum plagas benignitate sua complectetur, omnesq; tandem nationes, illum, Dominum vocabunt, maiestatemq; illius, & imperium verbūtur.

6 Fuiſti tu quidē olim, inquit Dominus, quasi mulier à viro dimissa, atque dolore contabescens, tanquam mulier in adolescentia à marito repudiata: 7 At si temporis illius acerbitatem, cum præsentis temporis felicitate cōpares, faciliē intelliges, quā fuerit illa molestia præ hac gratiæ iucūditate contemnenda. Nam 7 tempus illud, quo à me deserta fuiſti, fuit breui æui spacio definitum: At beneficia, quibus te nunc recreo, atque reficio, sunt maxima, & 8 sempiterna. 8 Exiguo quidem tempore, si cum misericordiæ postea tributæ diurnitate conferatur, à salute, & dignitate tua auersus fui: At nūc te clemētiā sempiterna protexi, inquit Dominus, qui te à sempiterna peste, atque perincie vindicauit. 9 Tum etiā illud addidit, postquam terras elutione vastauit, hominumq; genus flagitijs corruptum, & contaminatum aquis deleui, fœdus egi cū Noë, meamq; fidem iureiurando constrinxi, ne vnquam terras aquis effulis euerterem: sic numine sanctissimo iureiurando deuinxi, ne tibi deinceps irascar, aut animum tuum vehementiūs infecer. Vt enim fides tūc paucissimos homines ligno inclusos tutos, & inuiolatos in communi calamitate

6 Quia
Et mille
rē dereli-
ctā, et ma-
rentē spi-
ritu voca-
uit te Do-
minus.

9 Sicut in
dieb. Noe
istud est
mibi.

tate conseruauit, & in orbis terrarū possessio-
ne constituit, vt eas colerent, & celebritate fre-
quentarent: sic nunc fides tua crucis mysterio
nixta, quæ te mihi cōiunxit, efficiet, vt in com-
muni rerum humanarum exitio nunquam à
mea coniunctione diuellaris: nec ornamenta
tuæ dignitatis amittas. 10 Montes enim locum
suum mutabūt: & colles à sedibus suis emigra-
bunt: At misericordia mea nūquam à te disce-
det, & pacis meæ fœdus, quod tecum sanxi,
nunquam mutationē vllam suscipiet. Adiun-
xit deinde: 11 Animaduerte, quā felix in te
rerum omnium cōuersio facta sit. Eras tu quid-
em inopia, & egestate confecta, aduersusq; tem-
pestatibus, atq; malorum omnium flucti-
bus agitata, opēq; mea destituta: At nunc non
modò opibus summis afflues, verūm etiam in
loco munitissimo tuta consistes, ne deinceps
te vlla tempestas, aut turbo, conuellat. Arcis
namque tuæ fundamenta in carbunculis pon-
nam, & saphyris illam ædificabo. 12 Fenestras
tuas ex iaspide polito perficiā, ianuasq; tuas
è lapidibus pretiosis extruam; omnes fines tui
erunt clarissimis gemmis cōstrati. Eris itaque
pietate fundata, & cupiditate rerū cœlestium
vehementiūs inflammata, & inuictō robore
animi, diuinaq; constantia munita, omniumq;
virtutum maximarum claritate, & splendore
collucebis: ita vt diuino præsidio cincta sis, &
opibus diuinis egregiè locupletata, & cumula-
ta triumphes. 13 Nec mirum, si tanta dignita-
tis, et amplitudinis ornamenta in te congeren-
da sunt, cū sis cœlesti disciplina, quā omnia
diuina munera continentur, erudienda. Om-
nes

nes namque filij tui Dominum, doctorem, & magistrum habebunt. Spiritus enim illius eos instruendos, atque docendos suscipiet, & omnes fideles homines de singulis officijs diligenter admonebit. Sic autem, & iustitię compotes erunt, & q̄ est necessariū consequens, summa, atque tranquillissima pace, & otio iucundissimo perfruentur.

14 14 Status tuus, inquit Deus, erit iustitia fundatus, & stabilitus, procul à te aberit omnis vis, & iniuria, omnes siquidem tyrannides à te procul arcendæ, & auertendæ sunt: ita, vt, quāuis tibi nimis atrociter minitentur, minime sit tibi vastitas, & exitium ab illis metuendum.

15 15 Multi quidem sese ad te non tamen spiritu meo incensi, & incitati fraudulenter aggregabūt, & in ficta religionis specie intestinum scelus occultabunt. Omnes igitur aduenz, qui tecum ita vixerint, & insidias contra statū tuum nefariē comparauerint, de statu suo cōcident, atque funditus interibunt.

16 16 Ego enim tyrannos creavi, qui quati fabrili folle prunarum incendium excitent, quo perditos, atque profligatos homines, q̄ scelerib. suis populū meū corrumpebant, vtricib. flammis absumā, & eos, quos sordibus suis infecerant, inuectis calamitatibus, ab eorū scēibus expurgem, & tanquam igne conflatos ab omni scoriz contagione fecernam. Ego idem creo illum, qui tyrannidem importunam extinguat, & deleat, meritumq; supplicium de perditorum crudelitate sumat.

17 17 Reliquum igitur est, quando omnium tyrannorum immanes conatus, & omnia belli instrumenta in mea potestate sunt

posita, & tu totam salutem, atque dignitatem tuam in meam fidem contuleris, meique solius ope, atq; patrocinio nixa sis, disciplinaque mea deuincta, prouideas, ne flagitio aliquo meū nomen à te abalienes; vt nulla tibi res, quamuis alijs horribilis, atque pertimescēda, tibi metum afferre, animumq; debilitare queat. Nullus enim hostiū impetus contra te susceptus, nullus conatus contra statum tuū ab omnib. impijs comparatus, nullum bellicum instrumentū, nullæ armorum copiz, nulla tormenta felices exitus habebunt. Nec enim tibi hostes perniciem inferre poterunt. Tu illos facillimē fundes, fugabisq; & ab omnib. sinibus tuis procul eicies. Quod si tibi calamitiam adhibere vulerint, linguasq; suis pestilentibus, et execrandis innocentia tuam circumuenire cogitauerint, tu scelus illorū redargues, æquissimoq; iudicio maledicentiam refutabis: ita vt semper ab eorum congressu cū victoria, & amplissima dignitate discedas. Hoc est emolumentum, & præmiū ijs, qui Domino seruiunt propositum. Ego, inquit Dominus, qui illos expiaui, atq; ex flagitiosis, et impuris, iustos, et sanctos effeci, beneficium meum tuebor, eorumq; puritatem, atq; sanctitatem contra omnes hostium conatus præsidio meo conseruabo. Ait deinde:

Omne
vas quod
fictum est
contra te
nō dirigitur.

I. CAP.

LV.

1 O HOMINES quos infinitæ cupiditatis fitis excruciat, quā nullis opib. extinguere atq; sedare potestis, ad aquas tandē dulces, & perennes venite accedite, vt puras, & liquidas voluptates hauriatis, & summis sempiternisq; opibus affluatis, ita vt nihil præterea desideretis. Ad spiritū, inquā, meum animos vestros adiūgite,

qui

qui vos bonorum omnium copia, & vbertatē complebit, æternoquē gaudio cumulabit. Sed inquit fortasse aliquis: Comparent sibi aquas istas qui virtutum meritis hoc assequi possūt, vt fontis illius aditu non excludantur. At is, apud quem nunquam virtutis vllum studium viguit, nec est ijs honestatis opibus excultus, vt ad illū admitti debeat, quo tandē modo poterit ad bonorū diuinorum affluentiā Adspirare? Non ita est, inquit Dominus. Quām fitis inopes, & exhausti scio: nec posse vos pretio tanti boni participes fieri, exploratū habeo. Nō igitur merita virtutum à vobis, vt ad me adeatis, exigo: cūm fitis contaminati flagitijs, & criminibus summis obnoxij, non muna pietatis, atque sanctitatis efflagito: cūm sceleribus innumerabilibus alligati sitis, non denique pari non possit, vt tātum opibus valeatis. fidem tantū incensam, & incitatā requiro, vt eam non secundum debitum, sed secundum amplitudinem gratiæ meæ diuinis opibus, & ornamentis iustitiæ remunerem, vt deinceps, quod nunc minimē potestis, omnia virtutum maximarum officia persequamini. Quodammodo igitur gratiæ meæ publicum mercatum instituo, benignitatemquē meam cunctis mortalibus venalem propono, illudquē tantum pretium, quod humana imbecillitas mei spiritus impulsu, & instinctu commota præstare potest, efflagito. Quin igitur acceditis omnes? Cur nō emitis absque argento aut pari aliquo pretij compensatione vinum illud, quo beata mentes exhilaratæ ardore diuino cōcalescunt,

& gau-

& gaudijs sempiternis exultant, illudquē lac dulcissimum, atq; iucundissimum, quo teneri animi nutriuntur, vobis inflammato animo comparatis? Hæc enim omnia præstat spiritus mei intimis animis cōprehensa disciplina. Vt enim paruulos mollioribus, dulcibus tamen, & suauibus nutrimētis educat, nouaq; & insolita voluptate perfundit: ita in fide progressos, & exercitatione robustos pabulo solidiore nutrit, & ardentioris spiritus vastu lætificat. 2 Quid igitur omne studium vestrum in vanitate consumitis? Cur omnes industrię neruos sine vllō fructu in beata vita persequenda contenditis? Quę tanta vos vexat anētia, vt summis laboribus frustra cōflictemini? In eo enim laboratis, vt animos vestros expleatis, & tamen fame indies grauiore contabescitis: eō quōd inanissimis opibus, qui vos alere, & sustentare nō possunt, coaceruandis incumbatis. Agite iam miserii: ludibria vitæ contemnite: studia inanitatis abijcite: cōsilia perita detestamini, animōsq; tandem vestros ad studia felicitatis verissimæ reuocate, quæ mea solū benignitate continentur. Omnium bonorum, quorum cupiditate flagrat, compos erit, qui sese totum in meā fidem contulerit. Hoc autem obedientia fidelī consequetur. Si igitur cupitis bonorum omnium complexione potiri, summisq; opibus, atq; diuitijs expleri, me audite, præceptisq; meis obtemperate, legemq; meam sempiterna memoria continete, & eritis repentē bonorum diuinorum vbertate completi, animiq; vestri prærerum cœlestium saturitate, & copiā, erunt ingenti gaudio cumulati. 3 Aures mihi præbete, 3

Cc

& ad

Quinōbia
betis ar-
gentum
propera-
te.

2 Quare
appendi-
tis argen-
tum non
in pani-
bus?

Audite
audiētes
me, & cō-
edite be-
num.

& ad me propius accedite, mihi diligenter auscultate, atq; vt vno verbo dicam, fide sanctissime colite; vt anima vestra reuiuifcat, spirituq; sempiterno perfruatur. Si enim fidem sanctam habueritis, vos mihi sempiterno fœdere deuin ciam, vt nunquam à vobis diuellat: sed semper sitis mihi iustitię similitudine, & amoris vinculo coniuncti. Hac igitur fide eum statum assequemini, quem nulla vis hostium labefactare queat, aut verustas vlla consumere. Societatem enim cum Christo meę sempiternę clementię, atque benignitatis inibitis. Vt enim ille firma, sempiternęque gloria floret, meęque gratię magnitudine sempiternum imperium administrat: ita & vos, si fueritis illius vestigia persecuti, eritis à me, fideli gratia stabiliti, & in sempiternę dignitatis amplitudine collocati. 4 Illum namque cunctis gentibus testem meę virtutis exhibui: illum cunctis nationibus ducem, & imperatorem præfeci, vt illius disciplinam acciperent: & imperium; si vellent, beatam vitam consequi salacres, atq; lætę sequerentur.

*4 Ecce te
sem po-
pulis de-
di eum.*

5 Magnus motus, ô Christe, vi disciplinę, & splendoris insoliti nouitate in cunctis terris existet. Gentes enim à te alienas, quę plurimū ab omni studio tuę sanctitatis abhorrebant, euocabis; & nationes illę, quę nullis institutis fuerant ad spem salutis, quam eras terris illaturus, excitatę, cum primū ad eas virtutis tuę fama peruaserit, illarumque animis disciplinę tuę splendor affulserit, ad te repente studio inflammato concurrent, vi numinis, quod in te habitat, commotę, & incitatę, & spi-

spiritu Domini, qui Israëlem verum, atque germanum præsidio suo tegit, & qui te honoribus summis illustrat, incensę. 6 Prouidete, cuncti mortales, ne tantam occasionem amittatis: ne fegnitie torporęque vestro tantę opes è manibus elabantur. Dum tempus est, dum Deum potestis inuenire, illum, Christi ductu, diligenter inquirete, atque, vt ab illo gratiã ineatis, summo studio contendite, & quaraatione sit colenda fides, animaduertite. 7 Omnis vitę pestis scelerumque omnium seminarium in voluntate vestra consistit. Hinc enim noxię cupiditates existunt: hinc libidines oriuntur: hinc omne flagitiū ad perniciem humanę societatis erumpit: hinc postremò numinis contemptus ad omnē scelestum, atque nefarium facinus excitatur. Amor enim ille cæcus, quo se homines amplectuntur, facit, vt DEI imperio contempto, & abiecto sibiipsis obsequantur, & præ insita libidine sanctissimis illius institutis, & placitis, quę omnem vitam continent, aduersentur. Si igitur vultis in DEI gratiã vestris cupiditatibus amissam restitui, opus est, vt vitam vestram deseratis, cupiditatemq; vestram acerrimę comprimatis, omnęque cogitationes, & studia ad DEI voluntatem conferatis; vt sic tandem apud illum in gratia sitis. Dum igitur præsentem se ostendit, dum opes suas offert, dum, ad eas perfruendas, omnes mortales inuitat, deserat impius iam viam suam; qua, dum insitę cupiditati paret, in miseriam sempiternā impetu cæco, atq; furibundo ruit. Vir maleficus, & iniustus cõsilia sua, quibus nõ diuitias, vt opinatur, sed inopiam, & egestatem

*6 Quari-
te Domi-
nū, dum
inueniri
possit.*

*De relin-
quat im-
pium viam
suam.*

sempiternam sibi parat, excretur: & à seipso discedat: & ad Dominum conuertatur: qui repente illi peccatorum omnium veniam tribuet. Non enim est illius misericordia certis finibus, quasi cancellis, circumdata: non est clementia illius spatij angustis circūscripta: vt ea de causa putent ijs, qui sibi fuerint multorum scelerum conficij, perpetuò fore sibi aditum ad clementiam illius interclusum: vt omnibus flagitijs cooperati, infinitisque sceleribus astricti sitis, cum primum fueritis à vestra cupiditate ad illius cultum, & imperium tota mente conuersi, omnium repente scelerum, & flagitiorum veniam impetrabitis. Est enim ille perennis, & inexhaustus clementiae fons, ad benignè faciendum maximè propensus, omnibus erratis hominum, qui ad illum confugiunt, facillimè veniam tribuens. 8 Nec enim, inquit, cogitationes meae, sunt cogitationum uestrarum similes; neque rationes meae, sunt aliqua ex parte rationibus uestris finitimae, vt ea de causa suspicemini, fore me acerbum, atque difficilem, peccatasque de ijs, qui numen meum læserint, quamuis se ad meam voluntatem rursus aggregent, acerrimè repentem, inclusumque semel odium ad extremum, cum pertinacia retinentem; aut saltem, cum veniam me tribuere dico, non omnem penitus offensione obliuione voluntaria cõterentè. Longissimè abest à mea natura odij pertinacis acerbitas, atque p̄auitatis humanæ similitudo. 9 Quatum .n. caeli altitudo, à terræ profunditate distat tantum naturæ meae clementia ab humanæ clementiæ similitudine dissidet, & à moribus uestris immanibus & importunis abhorret. Sic igitur fit, vt inuitus

§ Non. n.
cogitatio
mes mea
cogitatio
mes ve-
fir.

quos

quodammodo humanum scelus vlciscar: libentissimè verò, & cum summa quadam voluptate veniam peccanti concedam, hominesque supplices, & abiectos diuinæ virtutis robore confirmem.

10 Vt enim à caelo demissus imber, minime reuocatur: & nix eò, vnde defluxit, vltra non remeat, sed terram irrigat, atque fecundam reddit; ita, vt cum multiplicato semine cibum cunctis hominibus largè suppeditet: sic verbum meum ex ore meo semel emissum non frustra in terras exibat; neque sine fructu in humanas mentes penetrabit: sed opus, ad quod efficiendum, missum fuit, summa celeritate perficiet, & absoluet. Nec enim meum est misericordiae tribuere poenitere, neque dona, atque munera mea rursus ab ijs, ad quos feliciter emanarunt, eripere. Ergo mentes fidelium gratiae meae imbribus fecundatae virtutum fruges lætissimas effundent: & cum summa quadam alacritate meis institutis, & legibus obtulerunt: & omnia, quae mihi cordi esse intelligent, exequentur. 12 Cum læticia namque & eximia quadam voluptate, ex acerbo dominatu cupiditatis exhibitis, & omnium bonorum copia referti, in iustitiae fines, vnde fuistis expulsi, restituemini. Vobis montes, & colles de recuperata libertate gratulabuntur: quin etiam sylvarum, atque nemora conceptam vestri causam lætitiæ plausu maximo significabunt. 13 In locis desertis, horridis, & incultis noua repente rerum facies, & iucundissima quaedam amoenitas apparebit. Nam pro rubis abietes existent: pro vorticis myrtera pullulabunt: vastaque loca, & flagitiorum spinis hirsuta, virtutum omnium cul-

10 Et quò
descen-
dit im-
ber, &
nix de cae-
lo. 11

Montes,
& colles
cantabunt
coram vobis
laudè.

tus vestiet, altissimæq; dignitatis frondes occupabunt. Hic autem tantus ornatus, atque tanta felicitas in Domini nomen, & gloriam, quæ nunquam deinceps infringi queat, magnificentissime redudabit. Hæc deinde adiunxit Dominus.

1 CAP.
LVI.

*Audite
iudicium.*

1 **EXCITATE** mentes vestras, animosque ad tantum beneficium accipiendum præparate, qui beatæ vitæ cupiditate flagratis. Rectum animi iudicium conseruate: iustitiam, & equitatē colite: omniāq; vitæ officia ad legem meam perpendite, fideique munera retinete, ne quidquam pristinæ prauitatis in vobis residuum sit, quod oculos vestros ab aspectu tanti splendoris auertat. Iam enim salus, quam sum cunctis mortalibus allaturus, appropinquat: iam illa cœlestis, atque diuina iustitia, quæ non lege, sed gratia mea, continetur; quam tamen ipsa lex expressit, & ad quam viam muniiuit, explicatur, & in omnium conspectu proponitur. 2 O beatos illos, qui sese tanti muneris, & beneficij fructu non priuant: qui incensi fide, hæc monita, atque præcepta mea animis arctè comprehendunt, & omni constantia retinent atque conseruant: qui sabbatum ritè custodit; hoc est, qui requiere animi, quam iustitia parit, iucundissime fruitur; & ab omni vitæ molestia, & sollicitudine conuiescens, omnem vitam in Domino, à quo est, & conditus, & liberatus, omnibusque sanctitatis muneribus, & ornamentis illustratus, laudando, & celebrando consumit; & cauet, ne quietis huius sanctitatem, opere aliquo flagitioso contamine, & sacramentum illud polluat, quo se Christo liberatori deuinxit. 3 Ne dicat alienigena, qui ad nomen

nomen Domini adiunctus est: Vt mecum actū esse præclarissime putem, non tamen potero ad Iudaici nominis dignitatem adspirare (hunc enim populum Deus voluit omnibus gentibus antecellere, & præcipua quadam decoris, & dignitatis amplitudine à mea cognitione distinguere) Nec animum demittat eunuchus; existimetque se tanquam aridum lignum, quod nullum fructum profert, eiiciendum; eò, quòd filios non gignat. Nec enim certi generis habenda ratio est, sed fidei: nec multū intererit ad dignitatis præstantiam, qua quisque stirpe procreatus sit, sed quanta religione vitam instituat, atque moderetur. Sic etiam non refert, quàm multos quisque filios secundum carnem procreat: sed quàm multos ad pietatis studium exemplo virtutis incendat.

4 Sic enim dicit Dominus ad eunuchos, qui sese propter excellentioris sanctitatis studium, à mulierum consortio reuocauerunt, vt liberi, & expediti ardentius in studium religionis incumberent. Illi, qui matrimonij vinculo deinctus non fuerit, & sabbatum meum; hoc est, iustitiæ pacem, & tranquillitatem conseruauerit, libidinemque suam fide profligauerit, omniāque studia vitæ, voluntati meæ consecrauerit, eòque conatus omnes comparauerit, vt ea tantum molitur, & efficiat, quæ mihi placere perspexerit, & constanter in fœdere meo permanferit: & dabo locum in domo mea, in qua non 5 adumbrata, sed vera religio summa sanctitate colitur, neque quadrupedum sanguine, sed fidelitatur: & intra muros ciuitatis meæ, quæ fidelium numero continetur; illum clarioribus.

*4 Hæc dicit
Domine
1000 carum
chie.*

dignitatis ornamentis afficiã, quàm si multiplicem sobolem genuisset. Nec cum corporis interitu nomen illius extinguetur, vt ea, caussa, fit mors illius grauiùs pertimescenda: imò in gloria sempiterna vigebit: & immortalì vita fruetur. 6 Porro autem alienigenę, qui sese fide cum Domino coniunxerunt, vt illi ministrarent, ad studiumq; nominis illius exardescerēt, & illius serui fierent, si diligētia singulari prouiderint, ne sabbatum verū, quod in animi requiete consistit sceleratē contaminent, & iustitię sanctitatē polluant, fideiq; sempiternum fœdus alicuius flagitij deformitate violent, 7 non externi reputadi sunt, nec à cœtu populi mei sanctissimæq; multitudinis alieni; sed in eadem ciuitate, sine vlla dignitatis imminutione censendi, nec à sacerdotij quidem sanctitate repellendi. Quamuis igitur lege, & alienę gentes, & eunuchi ab aditu templi, & iure ciuitatis arcerentur, post gratiam Christi operã constitutam, omnibus erit aditus, qui cum fide ad cultum sanctissimę religionis accesserint immensa clementia patefactus. 7 Adducam enim eos in montē sanctum meum, & in æde mea non cæsis victimis, sed castis precibus consecrata illorum preces exaudiam; & mentes eorum voti compotes ingenti gaudio cumulabo. flammis consumpta sacrificia, atq; victimæ, quas super altare meum immolabunt, erunt mihi acceptissimæ. Non enim brutorum animantium sanguine aras meas imbuent: non carniū nidore numen meū placabunt: non terrenis suffimentis mihi vota persoluent: non deniq; sacris illis quę sunt mihi fastidio litare conabuntur: sed flagranti fide,

7 Addis
eam eos
in montē
sanctum
meum.

ardent-

ardentiq; precandi, auxiliq; mei assidue flagitandi studio gratissima mihi sacra conficient. Templum enim illud meum, quod est numini meo ædificandum, non ex pecudum sacrificijs, quę sunt antiquanda, sed ex sanctissimis precibus, quę sunt perpetuò à fidelibus offerendę, nomen assumet. Domus enim orationis vocabitur: nec Iudæorum tantum, qui fidem habuerint, nationi, sed cunctis gentibus, quę cum fide vixerint aditus ad illam patebit. Nullum enim erit generis, aut conditionis, aut fortunę discrimen. 8 Hęc quidem dicit ille summus Dominus, qui dissidentia connectit, & diuisa cōglutinat, & dispersos, atq; dissipatos vnum in locū compellit. Omnes enim qui sunt in stirpem Israël is inferendi, quamuis modò dissideant, & procul à cœlestis ciuitatis regionibus in exilio versentur, tandem congregabit, & siue illi Iudæi sint, siue Græci, siue ab vltimis terris conueniant, vnico fidei vinculo, singularisq; amoris fœdere inter se deuinciet. Ad Iudæos deinde cōuersus, inquit: iam collectas etiam gentes externas aggregabo, vt omnes in vnum populum diuino iure deuinctum coalescant. Omnes siquidem erunt, quasi oues meis septis inclusi, præfidiq; meo circumuallati, ne bellux immanes, & truculentę illis perniciem inferre possint. 9 Quid autē de illis fiet, qui extra ouile Domini incustoditi permāserint, qui sese perfidia cæci ab illius ductu, & imperio segregauerint: erūt illi quidem quasi oues à pastore derelictę in syluis passim errantes, atq; vagę, ferarum moribus crudelissimè laniatę: meritasq; pœnas scelestis immanissimi luent. Pastoris namq; sapien-

Domus
mea do-
mus ora-
tionis &
cabitur
cunctis
gentibus.

zissimi vigilantiam spreuerunt, illiusque à se
 custodiam repulerunt: & dum libidini suæ ob-
 sequerentur, lætissima pabula contempserunt,
 & à vitæ fonte obstinatis animis auersi sunt.
 Dent igitur pœnas amentiar: subeant supplici-
 um sceleris immanitati debitum: perinde, ac
 meriti sunt, omni crudelitate lacerentur. O fe-
 ræ cunctæ, quæ campos, quæ nemora, & saltus
 infidētis, accelerate, vt impetum in perditos
 homines faciatis, & eorum carnes auidissimè
 deuoretis. O immanes tyranni, ò hostes sempit-
 terni, in opes hominum impiorum desertas,
 atque destitutas inuadite: crudelitatem vestrâ
 illorum sanguine satiate. Nec enim erit, qui
 vestrum impetum ab illis arceat. Cùm pri-
 mùm enim verum pastorem à se abalienârunt,
 falsosque sibi pastores ascuerunt, omnium lu-
 porum, atque ferarum laniatibus obiecti sunt.

10 Nam speculatores eorum cæci sunt, diuinæ-
 que legis ignari; ita vt nemo illorum possit eo-
 rum saluti, quos vigilantia sua tuendos susce-
 pit certa ratione prospicere. Canes qui debuif-
 sent belluas exterrere, ita muti sunt, vt latrare
 non possint. Somno torpidi iacent: cùm vigilant,

11 mira dormiendi cupiditate tenentur. Hi ta-
 men canes, qui sese loco non cômouent, qui tor-
 pore nimio languescunt, qui nunquã vigilantis
 vt si qui fures, aut lupi in gregem impetû tule-
 rint, id latratu significant, mirum est, quã acres,
 atque vehementes sint ad cibum, incredibili a-
 uiditate deuorandum. Nec enim eorum inglu-
 uies expleri potest. Sic igitur fit, vt qui in offi-
 cio suo muti sunt, & quasi veterno vehemen-
 ter oppressi, vbi primùm species vtilitatis ob-

ijcitur,

ijcitur, quæ illorum cupiditatem incitare va-
 leat, ita excitentur animis, vt vix tunc possit
 eorum clamor, & impetus sustineri. Iam verò
 pastores ipsi omnè rationem sui muneris igno-
 rant: neque, quid gregi sibi commisso, expediat,
 sed quid eos libido facere admoneat, animad-
 uertunt; diuinæque lege contempta, omnia officia
 vitæ propria cupiditate metiuntur. Omnes
 denique auaritiæ student, & questum imma-
 nem liguriunt: operam quisque dat, vt quam-
 maximas possit, opes domum congerat, & pe-
 cuniam vndique coaceruet. Quasi multo vino
 ebrii, perniciem imminentem non vident: nec,
 vt impendentem procellâ deuitent, elaborant:
 sed libidine cæci, & auaritia ardentis per omnia
 facinorum genera feruntur, nec villo timore
 ducti à flagitiorum immanitate reuocantur:
 immò indies magis infitam cupiditatem no-
 uis criminum accessionibus accumulāt. Vbi
 enim semel animus nefaria cupiditate deuin-
 ctus labi incipit, atque per præcipitâ deuolui-
 sustineri non potest, quin magis, atque magis
 ruat, impetuque furibundo in extremam, &
 infimam malorum colluuiem detrudatur.

12 Se namque ipsos mutuis vocibus exhor-
 tantur, vt quotidie aliquid addât ad flagitiosæ
 cupiditatis improbitatem. Nam pastores ipsi,
 qui eos ab infestis pabulis, & à locis periculosis
 absterre debuisset, verbis, & exemplo eos in
 fraudem impellunt, libidinique propriæ, qua-
 si truculentissimæ belluæ, lacerandos tradunt.
 Agitè, inquit quilibet, vinum vobis porrigã, &
 cupiditatibus vestris obsequar, & indulgentiã
 mea flagitijs assentabor; ad ebrietatē vsque per-

pote-

potemus, nec vllū diem absque voluptate præfluere sinamus. Craſtina quidem dies non erit, vt quidam homines ſtultiſſimi ſomniant, turbulenta: ſed noꝝorum commodorum, atq; gaudiorum materiam præbebit. Multò igitur maiore poſthac bonorum, atque voluptatum copiâ redundabimus, & animo ſolutiore bibemus, & cum maiore vini copia dies feſtos agitabimus. Non igitur inſitum voluptatis exquitiſſimæ comparandæ ſtudiū remittamus: ſed vt m agis delitijs omnibus affluamus: leges, & iura omnia, quæ nobis aduerſaria ſunt, maiore indices impudentia conuellamus: vt illis bonis, quæ ſola bona dicenda ſunt: quæ videlicet ad corporis oblectamentum pertinent, impuniùs frui poſſimus. Hic eſt animus, hic ſenſus, hæc ſentétia eorum, qui iam ad extremum flagitiorum omniū gradum peruenerunt: nec ſolum mentē, ſed etiam pudorē amiſerunt: & inſanabilibus morbis oppreſſi, & impediti ſunt.

I. CAP. LVII. Tunc igitur ira Domini, quam in ſe perditiffimi homines concitauerant, neceſſe tandē eſt, vt effundatur, eoſq; ſupplicio acerbiffimo depopuletur. Cūm verò Dominus multis pri-

*Iuſtus pe
rjit.*
pœnis improbos inſequatur, tum illud nō me diocre ſupplicium exiſtimandum eſt, quo eos bonorum conuictu ſpoliat, & homines pietatis laude præſtantes ab impietatis contagione liberat, & à communi calamitatis acerbitate, quæ rebus communibus impēdet, oblata mortis opportunitate ſeducit. At homines terrenis rebus addicti, cūm vident hominem iuſtū, atque pietatis laude præcellentem in robore ætatis extingui non reputant, quàm præclare cum illo

*Et nō eſt
qui reco-
gitet.*

illo actum ſit à Domino, qui tanta cura bonorum omnium ſtatum tuetur, exiſtimantq; ſtudiū pietatis inutile: & amentem arbitrantur eū, q ob iuſtitie & pietatis ſtudiū cōmoda vitæ cōtemnit. Nec. n. vidēt nihil mali in morte bonis accidiffe: ſed potiùs eos, qui ſceleratē viuūt, eorum abſceſſū condemnari. Nec enim relinquetur eis, cuius vel admonitu, vel exēplo, vel alicuius ſaltem pudore interdum à flagitio reuocentur, vel cuius cauſſa Domini iudicium prorogetur. Nam quantum ad ſtatum attinet eorum, qui iuſtitiam vnice coluerūt. & ſtudia vitæ in hominum caritatem, & miſericordiam contulerunt, certē ſi homines mala, quæ omnibus rebus impendent, animo prouidiſſent, intellexiſſent planè non ereptam vitam bonis, ſed mortem donatam eſſe: nec eos, qui ex hac vita cum pietate diſcedunt miſeros: ſed qui flagitioſè viuunt infelices, & ærumnoſos exiſtimandos. Nam ſi bonorum vita in corporis, & animi coniunctione conſiſteret, miſerū certē fuiſſet illis à corporis coniunctione diuelli: At, cūm tota illorū vita ſit in Dei gratia, & diuini amoris cōiunctione cōſtituta, à qua nunquam ſeiungi poſſunt, cūm excedunt è corpore, non extingui, ſed curis moleſtiſſimis, quæ è natura corporis exiſtūt, liberari putandi ſunt.

2 Nemini tamen interim venit in mentem homines pios morte ad Deū aggregari, & cū reliquis ſanctis hominib. ſimilitudine vitæ cōiungi, immortalitq; vita perfrui, et à malorū acerbitate redimi, quibus ſunt homines nocētēs, atq; facinoroſi, qui in viam redire volūt, acerrimè cruciandi. Iuſtus enim tēpeſtiua morte ſublatus

*2
Veniat
pax.*

tus non videbit suorū ciuim scelera: non patriæ ruinam: non regionis vastitatem: non exitium suæ gentis aspiciet: non acerbissimum dolorem ex ciuitatis occafu, & interitu capiet: non, quod grauiffimum est, Domini legem contemni, atque conculcari perspiciet: neque, deniq; illud periculum, quod maximè semper exhortuit, ne se sceleris cõmunis contagione macularer, adibit. His ergò malis omnib. erepti, qui recta via ingrediuntur, in tranquillitate summa consistent: & illorum corpora quasi suauiffimo somno, et quiete confopita, in sepulchris iacebunt, vt excitati reuiuifcant: fructumq; iustitiæ, & æquitatis suæ cumulatū capiant. 3 Vos autè, homines pestiferi, inquit Dominus, quos non sancta mater, vt in insolenter iactatis, enixa est, sed venefica peperit; neque Domini lex iustitiæ muneribus, atq; moribus castis informauit, sed scelerata disciplina mortiferis venenis infecit, accedite iam huc, vt pœnas, vestro sceleris debitas, capiat. 4 O genus hominū adulterijs, & libidinibus inquinatissimū, in cuius contemptum & cõtumeliam omnibus modis voluptatem consecrati fuistis! Contra quem linguam istam maledicentiã corruptam exercuistis? An existimatis cõtumelias, quas in homines sanctos intorsistis, non ad summum illū Dominum, à quo sunt misi, pertinere? illiusq; vos iudicio, cuius imperium cõtempnistis, minimè peruertere vos? Et tamè vos genus sanctū esse iactatis, diuinisq; disciplinis imbutū, atq; adeò Dei ipsius summi, & sempiterni fatu generatum. Quasi verò sit obscurū, vnde orti sitis, aut ad quam stirpem generis vestri principiū referen-

referendum sit. Vos certè impietas peperit, atque mendacium, & iniustitia fatu suo procreauit. 5 Commissa à vobis olim scelera, mecum recognoscite, vt intelligatis, vnde vestrum genus extitisse putandum sit. Vos enim Dei vestri sanctissima religione neglecta, ad cupiditatem impurissimæ religionis exaristis: vos quercus & nemora coluistis; & sub patularum arborū densis ramis, & frondibus sacra dirissima confecistis: vos prope torrentes, & flumina, sub eminentium rupium vmbra filios vestros in falsorum Deorum honorem immanissimè iugulastis. 6 Omne religionis studium, ô gens sceleratissima, in leues lapides, atq; lubricos, quos torrentis fluminis asfiduus cursus expoliuit, contulisti, vt ibi funestas victimas immolares. Non igitur in mea benignitate, sed in execranda superstitione, vitæ tuæ patrimonium collocasti. In locis illis, quos scelere tuo coluisti, hæreditatem tuam esse constitutã existimasti. Ita, me neglecto, te totam ad cultum lignorum, & lapidum conuertisti. Ex illis igitur fructum amentia tua dignum percipies. In illis namque libamenta per summum scelus effudisti: illis munera, & dona nimis suppliciter obtulisti, animūque tuum nefaria superstitione penitus obstrinxisti. Num in tantis sceleribus conuiebo? aut tam immane facinus inultum esse patiar? Non profectò. Nec enim id flagitium ferendum est, sed seuerissimè vindicandum. 7 Nam matrimonij sanctissimi fœdus, quod mecum ineras, fregisti, corpusque tuum, omnibus Dijs falsis atque fictis peruulgasti, cubilibq; tui puram castitatem, & pudicitiam adul-

Num sc.
 perbis nō
 indigna-
 bor?

adulterijs innumerabilibus cōtaminasti, in locis enim editis, & excelsis cum dijs nefariè te coniunxisti, dirisq; sacris religionis integritatem stupraſti. Illuc enim etiam ascendisti, vt sacrificares. 8 Nec enim solùm in conuallibus, & in collibus nefarij sceleris impressa vestigia reliquisti; verùm etiam post ostij valuas, et postes eiufdè facinoris insigne monimentum statuisti. Præceperam equidem, vl legis meæ memoria semper in oculis tuis versaretur, & in postibus, & liminibus etiam domûs, signa haberes, quorum admonitu, de præceptis & institutis meis acritus & diligentius cogitares: At tu, pro sanctitatis & iustitiæ monimentis, sceleris monimèta in omnibus locis, in quibus assidua es, constituta esse voluisti, vt quacũq; pergeres, semper tibi sceleris tui in mētem veniret. A me namque nefariè desciiuisti, turpitudinemq; insignem in omnium conspectu reddidisti. Vela-
 9 mēta namq; tua tibi detraxisti: vt dedecus tuum omniũ oculis notari, & animaduerti possit. In montium igitur cacumine conscendisti, in quibus lectum latissimum, qui complures amatores caperet, insterneres: vt fidē mihi datam violares, & matrimonij sanctitatem multiplici adulterio corrūperes. Fœdus cum multis Dijs, ex illis quos gentes exteræ cum insigni amentia, & cæcitate venerantur, percussisti. Itaque omnem amorem in illos transfudisti, & oculis loca, in quibus cum illis incestè concumberes, designasti. 9 Cũ autem illorum animi, qui sese à Deo remouent, & alia sibi subsidia vitæ comparant, sint semper anxij, & de propria salute, & incolumitate solliciti;

nec

nec in aliquo certo vitæ firmamēto possint acquiescere, factum est, cùm tu, me neglecto, omnem amorem, & cupiditatem tuam ad numina falsa transtulisses, vt nullo modo ita vitam tuam eorum auxilio fore munitam confideres, vt non plura alia adiumenta requirenda putares. Minimè igitur, contenta religionis impurè & infauitæ præsidio, vt regũ opes tibi parares, operam dedisti. Ad regem igitur, opinione tua, potentissimum cum vnguentis exquisitissima arte cōfectis, & cum pigmentis, & odoribus, vt illum tibi muneribus propitium redderes contendisti, legatosq; in longinquas regiones misisti, vt amicitias cum illo coniungeres, & quæ *Misisti la gasotmos* summo illi Domino, qui numine suo, cælestia, *procul.* atq; terrestria moderatur, subijci nolueris, salutareq; illius imperium superbissimè recusaueris, te ad hominis impurissimi pedes abiecisti, tuæq; dignitatis oblita, adulando, & assentando, & nimis humiliter, atq; demissè supplicando teipsam ad inferos vsque manes depressisti. 10 Vnica tu quidem ratione, quæ tota in vera pietate consistit, vitam tuam præclare munire potuisses: sed tu, dum perfidia tua hanc vitæ tuendæ viam deseris, & vijs tuis, quas tibi multiplex, & infinita cupiditas monstrat, ingrederis, tantis subito erroribus nullum exitum habentibus implicaris, vt nunquam villo in loco consistas. Ergo modò in hâc partem, modò in illâ discurras, & alia, atque alia tibi subsidia cōquirenda putas: nec in vllis aliquando cōquiescis. Nec enim fieri potest, vt animus mendacio, & inanitate subnixus in securitate versetur. Et tamen, cùm te multiplex ista cura, atq; sollicitudo

D d sine

sine vlllo fructu conficiat, neque tam longo errore defatigaris, vt in rectam viam redire studeas, & ab ista vanitate, quæ te sollicitam tenet, & tristissimis curis exagitat, ad verissimam salutis, atque dignitatis rationem reuocaris. Sic enim te amas, sic studia tua meis placitis anteponis, vt nec in tantis malis, quæ tibi ex te ipsa contingunt, vlla defatigatione frangaris, vt ab ista peste, in quam præcipiti cursu ruis, aliquando refugias. Malle igitur videris, dum voluntati tuæ, & studijs obtemperas interire, quàm, dum voluntati tuæ, vt mihi obedias, obstitis, firmissimis vitæ præsidijs recudare. ¹¹ O te miseram, ô te infelicem, & calamitosam! Num intelligis, quem metuas? cuius aspectu conturbaris? ad cuius nutum contremiscas? cuius causâ fidem mihi debitam prodas? Carnem & sanguinem paues: inani simulacrorum terrore concuteris: & interim mei, quem solû timere, atq; reuereri debuisses, memoriam abijcis: neq; quàm seuerè in scelera vindicare possim, tecum aliquando reputas, vt numen meum à te ¹² grauiter offensum exhorreas. ¹² Num propterea, quòd me contineo, neque confestim in commissum facinus animaduerto, existimas esse tibi flagitiorum tuorum sempiternam impunitatem tribuendam? Num arbitraris, me à recta iudicandi ratione, atque sententia deductû, & ea causâ, me minimè tibi formidandum existimas? Equidè inanitatè istius iustitiæ fallacis, & asimulatæ, quâ ostentas coarguam, inclusasq; tuas libidines, & impuritates iudicio meo conuincam, vt non modò meritis pœnis excrucieris: verùm etiam ignominia sempiternâ

terna deformeris. ¹³ Tûc igitur neq; cultu istius religionis, quam impurissimè colauisti, nec opibus regum, ad quas te supplicè contulisti, poteris à te suppliciorû acerbitatè redimere. Vide, nû tibi aliquid opis afferre possint, vel dii, quos tibi asciuisti, vel reges, quos ad tui præsidii munibus atq; precib. allexisti. Cû circûuenta malis inclamaueris: accurrant tibi: copias suas adducant, vt hostes tuos à te depellant, teq; à periculis, quæ te vndiq; premunt, eripiât. Illos quidem omnes, quos tecû fœdere iunxisti, ventus dispellet, & inanitas ipsa repentè sublato omninò conficiet. At qui omne vitæ præsidium habuerit in mea gratia, & benignitate constitutû, hæreditatem in regione felicissima possidebit, sempiternamq; sedem, & domicilium in monte sancto meo, cû summa amplitudine dignitatis obtinebit. ¹⁴ Ait deinde Dominus illis, quos populo suo instituendo præfecit: Munite, munite viam sanctam: rectû iter aperite, atq; perpurgate: omnia in qua possunt, qui susceperint iter, incurrere, à via remouete: ne quidquã sit, q; cursum populi mei à seruitute liberati, atq; in cœlestem patriam properantis, impediât, aut saltem aliqua offensione interposita remoretur. ¹⁵ Sic enim ait excelsus, & altus Dominus, qui insidet æternitati, cuius augustissimum nomen est omni sanctitate colendum, sempiternisq; laudibus efferendum. In loco quidem editissimo, atque sanctissimo semper inhabito, & tamen humiles homines, qui terram colût, haudquaquam despicio. Siquidem eorum etiam mentes, qui scelorum conscientia perculsi & abiecti, rursus in me respiciunt, & humiliter à mea benignitate ve-

niam petunt, incolo, vt supplices meos in vitā
 reuocem, & animos omnium, quos impurita-
 tis suæ pœnitet, & qui dolore confecti, ad me
 16 conuertuntur, recreem atq; reficiam. 16 Non e-
 nim perpetuum certamen mihi cum populo
 meo institutum arbitror, vt ea causa semper
 cum illo contendere, atque iram sempiternam
 retinere debeant. Nec enim meum est, spontē
 mea moliri perniciem, aut libenter & studiosē
 pestem hominibus comparare. Me namque nō
 mortis auctorem, sed vite, atque salutis effecto-
 rem esse profiteor. Spiritus enim vitalis, & salu-
 taris, cuius numine vita omnium continetur,
 à me semper emānat, vt omnibus vitam inspi-
 17 ret, & animos omnes ego finxi & informauī. 17
 Eram igitur populum meum, cui non mediocri-
 a beneficia contuleram, amore non vulgari
 complexus: Verū tū, cū ille auaritiā, & cupi-
 ditatem, & iniquitatem suscepisset, & legē meā
 contēpisset, illi vehementer iratus sum. Illum
 igitur percussī, præsentiq; gratia, & ope destitui,
 omnibusq; pœnis infecutus sum: cū rebellis,
 & contumax à lege mea declinaret, voluntati-
 que suæ effrenatæ viam iniret, & per omnes fla-
 gitiorum regiones infinita cupiditate vagaretur.
 18 Sed tandem illum extorrem, & exulem,
 & longē à patriæ finibus aberrantem benignē
 respexi, cū primū fide respicit, & opem meam
 suppliciter implorauit. Ergo nunc illum sano,
 & in patriam, & opes amissas restituo, rur-
 susq; spiritus mei suauitate, atq; voluptate per-
 mulceo, & omnibus, qui commissā à se crimina
 acerbē lugent, & lamentantur lætitiā reddo,
 vt in sanitatem restituti, ingentiq; gaudio cumu-
 mulati

mulati mihi gratias agāt: nec cæsis victimis, sed
 laudibus ritē tributis vota persoluant, 19 Do-
 minus enim, qui fructum laborum creat, hoc ^{ni fru-}
 est, qui spiritu suo piorum mentes ad funden- ^{Etum la-}
 das preces, & gratias illi agendas exuscitat, nō
 vni tantū nationi, sed omnibus gentibus, quę
 ad illum cum fide adierint, pacem, atq; sempiternas
 opes clementissimē proponit. Pacem, pacem, inquam,
 & immortales opes exteris gentibus ab illius cognitione quōdam remotis-
 simis: pacem similiter & Iudæis cum illo legis fœde-
 re colligatis denunciati: vt omnes ad illum ag-
 gregati, & vnicæ fidei confessione deuincti nomen
 illius perpetua laudatione concelebrent. Hunc quidem
 statum florentissimum, atq; beatissimum, inquit Dominus,
 à me cōsequetur is, quem sanauero: 20 At impij, qui nec plagis
 quidem admoniti in viam redire, & fidem colere
 voluerunt, sed in scelere retinendo contumaciam
 insignem adhibuerunt, tanquam mare, tēpestatibus
 vehementissimis agitatam, ita iactantur, vt nullo modo
 possint conuiescere: vt turbidi, atq; lutulenti fluctus
 eijcientur, & cum omni flagitiorum cæno conuoluti
 frangētur. Nullas siquidem impijs, inquit Dominus,
 spes pacis & tranquillitatis ostenditur.

*Hac quidem Dominus ijs, qui à religione penitus
 descuerunt, se se que totos ad immanissima superstitionis
 studium applicuerunt, acerrimē comminatur, &
 quę sunt eis supplicia subeunda, pronunciat. Sed cū
 multi fuissent, eo tempore, qui se quidem eo scelere mi-
 nimē contaminarant, alijs tamen se sceleribus nefarijs
 obstrinxerant, qui specie quadam asinulata sanctitatu,*

his, & pietatis occultere nitebantur, & cum essent à vera iustitia penitus abhorrentes, iustitiam tamen ostentabant, & religionis imagine subnixi, se tumidos inferebant, præcipit Dominus Isaia, vt quanta vocis, & laterum contentione possit, eorum inscientiam refuteret, & arrogantiam deprimat, eosq; doceat, in quibus tandem rebus vera iustitia constituta sit. Nec enim quidquam est tam aduersarium iustitiæ, quàm, iustitiæ simulatio: nec tam saluti perniciosum, quàm temeraria, & inconsiderata de salute securitas. Illi quidem indignum esse putabant, se cum alijs consceleratis hominibus, qui se sacris nefandis astrinxerant, communi calamitate vexari: at Deus ostendit, illos non minora scelera concepisse, quàm eos, qui se, relicto Domino vero, ad simulacra transtulerant. Nam pro sanctissimi Dei lege cupiditatem suam colebant, nec in illius numine, sed in corporis commodis summum bonum statuebant, & ea gratia ad corporis commoditatem omnia vitæ consilia cõferebant, & interim Dei iustitiæ neglecta, in iustitiæ sua: quæ tota erat in vmbri, & ostentatione cõstituta, præsidia vitæ collocabant, quod scelus erat magna vocis cõtentione refutadū. Inquit igitur dominus:

1 CAP. 1 CLAMA quantum potes, & ex gutture vocem profunde: nec publicè vociferandi, & Deū contestandi studium remittas: quasi tubæ sonitum, clamorem tolle: populumq; meum inani iustitiæ, & sanctitatis opinione insanientem recargue: & in quanto scelere versetur, & quàm multis criminibus gens ista Iacobi stirpe procreata se contaminauerit, clarissima voce pronuncia. 2 Religionem & pietatem præ se ferunt, insignem vitæ sanctimoniam vultu, atq; verbis

verbis ostentant, singulisq; diebus numen meū *die in die* sacrificijs, & muneribus, & longa precatione venerantur; legisq; meæ studio se teneri simulant, sanctitatisq; disciplinam habitu corporis, & oratione profitentur, quasi gens, quæ veræ & absolutæ iustitiæ muneribus, & officijs egregiè perfuncta sit, diuinique iuris memoriã non profus abiecerit. Et cum id, in quo pietatis summa consistit, euertant funditus, & sceleribus infinitis societatem humanam labefactent: tamen, se miro desiderio teneri, dicunt, vt iure diuino formandæ, & instituentæ; omnemq; à se operam in eo positam esse prædicant, vt sese ad sanctissimum Dei numen adiungant. Et interim, quasi iam ad summum pietatis, & iustitiæ gradum peruenerint, ita mecum verbis exposcunt, quòd illos in calamitate despexerim, & hostium prædæ, & directioni reliquerim. 3 Cur, inquit, Domine, 3 *Quare* nos ab ope tua desertos esse pateris? Quod à nobis officium est in adhibenda religione prætermissum? num munus aliquod, qd ad numen tuum nobis conciliandum pertineret, obire negleximus? Nec enim in eo solùm laborauimus, vt te sacrificijs coleremus, verùm etiam ieiunio corpora nostra compressimus: nec sic tamen nos respexisti; animosq; nostros mœrore perculsos abiecimus: nec tamen quidquam opis attulisti. Frustrà igitur fuit à nobis omnem studium in colenda religione positum? An vos me vel muneribus deliniri, vel ficta sanctitatis specie placari, vel simulatione, atq; mendacijs illudi putastis? Gratum mihi quidem istud ieiunium fuisse, si id, cuius gratia institutū fuit, in

vobis perfectum animaduertissem, ideò namq; sancitum fuit, vt corporis libidinem refecaret, & cupiditatis immanitatem coërceret, animiq; factum deprimeret, & moderatione, & humilitate constituta discordiarum omnium materiam amputaret; atq; denique improbitatem vestræ voluntatis excinderet. At cùm in die ieiunij vestri, voluntatis vestræ peruersitas vigeat, & tunc vel maximè vos auaritiæ furor stimulet, vt cum acerbitate nimia creditam pecuniam repetatis, nec vllam humanitatis, & clementiæ rationem habeatis, vllam vobis vtilitatem ieiunium allaturum esse confiditis: Hæcine est humilitas, quam isto ieiunio profitemini? Hæccine moderatio, quam ista ciborum abstinentia designat: Sic ea perficitis, quæ vos ieiunium istud facere admonet, vt tunc in ipso die ieiunij consecrato, multò insolentiùs in homines tenues, & difficultatibus implicatos inuehamini? ⁴ Tunc enim multò acriùs litem hominibus intenditis, & miseris impiè plagas imponitis, & animi vestri odium, & acerbiteriam operibus inhumanis indicatis. Nolite igitur eiusmodi ieiunio studium vestrum sine vllò fructu consumere: si vultis vt vestræ preces in cœlo audiantur, & ira mea à vobis auertatur. ⁵ An existimatis istud ieiunium à studio pietatis, & humanitatis omninò seclusum, mihi iucundum vllò modo fore; atque non potiùs me tunc multò magis mendacio, impiãq; simulatione pietatis irritari? An ego id volo, id cupio, id absq; vlla ratione à vobis efflagito, vt animorum vim inedia comprimitis? vt tanquam incuruum iuncum molliter inflexa ceruice caput demit-

Ecce in die ieiunij vestri.

Nolite ieiunare sic vt vique ad hanc diem.

demittatis? vt fracti, & debilitati corporis languorem fracta voce, demisso vultu, molliq; statu, & incesso significetis? vt lugubri veste corpus amiciatis? vt pro lecto cinerem sternatis, & in sordibus, & squalore iaceatis? An ego mœoris simulatione delector? An sordes lugubres mihi tantum voluptatis afferre possunt, vt earum caussa à recta mente desistam? vt hominum cupiditatibus obsequar? vt studijs sceleratis indulgeam? Vtrumne tandem id gratum mihi ieiunium appellabis, & diem meæ gratiæ recuperandæ præstitutum? quotidie, cùm dolorem exsceleris à te commissi recordatiõe simules, nihilominus in scelere perseueras, & ad institutã improbitatem facinus mendacij, & vanitatis adiungis? ⁶ An illud potiùs, quo non solum mœres, & angeris; verùm etiam, quod est cõsequens, ab improbitate ad sanctissimæ legis cultum tota mente traduceris? Quare accipe iam, qua ratione tibi ieiunium obseruandum sit, vt me tibi propitium reddas. Nexu deuinctos homines, quos tibi per impietatem & scelus addixisti, è vinculis exime: iugi lora, quibus creditores tuos omnibus modis, ne se loco commouere possent, astrictos tenebas, dissolue: eos, quos iniusto dominatu contra legem vehementer opprimebas, liberos abire permitte: & omnè denique iniquitatẽ, qua seruile iugum fratrib. tuis imponebas, ciuilemq; societate violabas, perrũpe, totamq; voluntatẽ tuã ab hominibus vexãdis, & opprimendis ad eos subleuandos, omniq; ratione fulciendos cõuerte: vt sic tandẽ faciliẽ possis in meã gratiã per tuũ scelus amissam restituui. ⁷ An non tandẽ respicies, quo tibi possim

Dissolue colligatis ne in impietate.

7 Frange

esurienti munere & ratione placari? Porriges esurienti
panem tuum panem tuum: afflictos homines sedibusq; suis
 expulsos, in domum tuam recipe: cum videris nu-
 dum, veste illum contege: homines tibi coniun-
 ctos: quamuis inopes sint, nolito contemnere:
 omne denique studium tuum in omnibus iu-
 uandis, & ope tua confirmandis, collocandum
 existima. 8 Hoc si feceris, tibi semper præsēs ad-
 ero, & omnes metis tuæ tenebras, & malorum ca-
 liginem repente discutiam, vt diuino quodam
 splendore colluceas. Erūpet enim, tanquā splen-
 dor aurorę, mentis tuę lumen, & gratia mea re-
 pente sanaberis, & quacūq; progressus fueris,
 te iustitię claritas anteibit, illiusq; opibus ex-
 cultus diuina quadam gloria cumulaberis, &
 Domini ipsius inuisito præsidio vndiq; munitē-
 ris. 9 Tunc igitur, cum opem illius imploraueris,
 tibi confestim aderit, & cum primū clamorem
 edideris, sine mora præsentiā suā declarabit.
 Vt enim est improbis & sceleratis infensus:
 ita cū ijs, qui vitam ad normam legis dirigunt,
 humanamq; societate sanctissimē colunt, est fide-
 li, atq; sempiterna benevolentia coniunctus.
 Si vis igitur gratiā illius acquirere, diuinisq; opibus
 in rebus aduersis sustentari, refeca dominandi
 libidinē, & iniquitatē, quā ciuibus tuis
 durum iugum seruitutis imponere contendis,
 à te repelle; & caue, ne sublato digito quemquā
 minaciter exteras, & contra aliorū opes, atq;
 fortunas iniuriā confles, & verbis calumniā in-
 tendas. 10 Illa tibi potius cura sit, vt esurientis
 miseratione cōmorus illi te benignū præbeas:
 & animū afflictū subleues, atq; cibo reficias, o-
 pesq; tuas cū ijs, quos in rerum inopia versari
 conspe-

conspereris, benignē communices. Quod si fe-
 ceris, subitō in mente tua diuinus quidā splen-
 dor orietur, & tenebris, quibus eras oppressus,
 omninō depulsis, quasi meridiana luce collu-
 straberis. 11 Ne autem mentis cæcitate, & insa-
 nientis animi temeritate præceps à recta beatē
 viuendi ratione deducaris, & turbulentis er-
 roribus implicatus in sempiternam pestem, &
 perniciem rapiaris, ipse Dominus te perpetuū
 ducet, per viā, qua possis ad propositam felici-
 tatem sine vilo errore peruenire; omniumquē
 munerum diuinorū vbertate cōplebit. Vt igitur
 omnes fruges sint siccitate, nimioq; solis ar-
 dore consumptæ, ipse tamē in extrema rerum
 inopia, atq; fame, desideriu tuum satiabit, of-
 faq; tua faginabit, & bonorū omniū copiā cum-
 mularit, vt nihil sit, q; præterea requiras. Eris *Eris quā-*
 .n. quasi hortus irriguus, atque adeo ex te ipso *sibortus*
 fons aquæ perēnis, quæ nullis vnq; sæculis are- *irriguus.*
 scat, emanabit: ita vt sempiternis fructibus ex-
 cultū cęlesti & immortalī vita cū incredibili a-
 mœnitate pfruaris. 12 Sic autē fiet, vt p te, q; pro-
 strata, et diruta fuerāt, rursus edificetur, sēpiter-
 natq; pietatis & religiōis fundamēta diuinitus
 excitentur, & virtutū maximarū studia, q; fue-
 rāt extincta reuiuiscāt, & cœlestis quædā resp.
 diuinis opib. florētissima renascatur. Immor-
 tale autē nomē his diuinis operibus obtinebis.
 Oēs siquidē te eo nomine laudib; sempiternis
 afficient, q; mœnia collapsa refeceris; q; semitas
 desertas, & incultas, & virgultis, & frondibus
 obfitas, rursus aperueris: quod deniq; viā, quæ
 ad sempiternū illud domiciliū, et quietas sedes
 ferat, & virtutis exēplo, & pietatis disciplina
 mune-

9 Tūc in-
 uocabis
 & Domi-
 num xau
 dia. 10.

10 Cū offu-
 deris esu-
 rientē a-
 nimam
 suam.

13. Si a-
meritis
à sabbato
pedem tu
um.

muneris. 13 His tantis, atq; diuinis muneribus, & ornamentis, si officio fungi volueris, exornaberis: si pedē retuleris, perditosq; animi tui conatus comprefferis, ne in die sabbati voluntati tuæ obsequaris: id est, ne, cūm omnia tibi ad iustitiæ cultum conferenda sint, aliquo flagitio, ad quod te nefaria tua cupiditas impellit, quietum animi tui statum perturbes, & ita iustitiæ sanctitatem polluas. Si hæc omnia diligenter obieris, in summo otio, & tranquillitate delitijs omnibus afflues, et dies festos semper agitabis, vt Deo gloriam des, debitosq; illi honores instituas, nomenq; illius extollas. Omnia tibi felicissima contingent, si hoc vnum præcaueris, ne voluntati tuæ pareas, ne temeritati tuæ cupiditatis obtēperes, ne sensibus tuis indulgeas, ne in viam tuā ingrediaris, neq; desiderio tuo satisfacias; aut deniq; verbum tuū, quod libido tua suggesserit, exprimas, & pestē intus inclusam, verbis enuncies. In te enim omnis pestis vitæ tuę consistit: tua volūtate, tuo consilio, tua deliberatione omne malorum semen continetur, è tua ratione, cūm ea est spiritus mei ductu, & imperio destituta, omnis status tui pernicies erumpit. Omnis igitur salus & dignitas tua, & omnis status tui tranquillitas, omnis denique immortalis, atq; beatæ vitę tuæ ratio, in eo est posita, vt te oderis, tecum pugnes, à te deficias, te fugias, omnesq; tuos sensus detesteris; vt mihi semper adhærescas, nec officia vitæ cupiditate, & consilio tuo, sed lege mea, meo numine, atq; voluntate metiaris. 14 Vt autem, cūm tuum consilium sequebaris, & cupiditas tua quōcūq; dabat imperum, te rapi-

14. Tunc
delectabe
ris super
Domino.

piebat,

piebat, omnes te pestes, & ærumnæ circumual-
labunt, & curis tristissimis, & doloribus sum-
mis temeritatis, & perfidiæ pœnas luebas: sic,
postquam voluntatem tuam detestata fueris,
atq; totam ad voluntatem meam contuleris, &
ad ductum mei spiritus applicueris, te cum Do-
mino vehementer oblectabis, & illius suauita-
te perfrueris. Ego quidem te conuēham, & in
summo terrarum imperio collocabo: fructuq;
patriæ hæreditatis, quā Iacobo, & illius sanctæ
posteritati promisi, satiabo. Hæc quidem pie-
tatis præmia, fixa, constantia, & sempiterna
sunt, nec vllam possunt mutationem habere.
Ea namque Dominus futura confirmauit, sem-
piternatq; fide, et misericordia stabiluit. Quare
nulla causa est, cur vobis admirationem vllam
commoueat; si, cūm vel inediā corpus affligi-
tis, vel ad Deum supplices preces adhibetis, is
non exaudit, neque vos à malis, quæ vos vndi-
que circumfistunt, educit. Ea namque pietatis
munera, quæ sunt illi gratissima, obire contem-
nitis: & cūm summis sceleribus alligati sitis,
in eo operam ponitis, vt adumbratę religionis
officijs, & piaculis, si per se spectentur, inanissi-
mis, animorum vestrorum sordes eluatis, sce-
lestorumquę facinorum maculas abstergatis.
Quò fit, vt cūm id in vobis resideat, atq; inhæ-
rescat penitēs, quod cum illius sanctitate bel-
lum omni odio imbutum, gerit; nempe flagi-
tiorū omniū dedecus, et impurissimæ cupidi-
tatis immanitas, mirum non fit, si vos ille non
modò non liberat, sed pœnis etiam dirissimis
infectatur.

NON enim manus illius ita contracta
est,

est, vt vobis salutem afferre non possit, neque aures illius vsque adeò obtusæ sunt, vt ad orationem vestram patere nequeant. 2 Sed iniquitates vestræ coniunctionem illâ, quæ fuit olim vobis cum Deo vestro, diremerunt; & crimina vestra, illum à vestra salute prorsus abalienauerunt, facièmque illius, quæ vobis olim erat valde propitia, penitus auerterunt, ne preces vestras admitteret. 3 Manus enim vestræ sanguine infectæ sunt: digiti vestri iniquitatē, & iniuriam concinnant: labia vestra mendaciū loquuntur: & lingua vestra peruerfitatē meditatur. 4 Nemo est, qui cum iustitia proximum appellet: aut ab instituto scelere illū auertere conetur. Nullum iudiciū cum fide sit: sed in omnibus, potentia, gratia, metus, cupiditas, fraus, & improbitas dominatur. Nec enim Deum ob oculos habent: nec numen illius exhorrent: nec vitam suam illius benignitate, & gratia munendam existimant: sed alias opes sibi parant, quibus fortunas suas ad omnes casus egregie tutas fore confidunt. Ergo neglecta sanctissimæ religionis fide, vitæ præsidium in vanitate constituunt.

Certatim igitur omnes vanitate niti: socium fallere: dolum machinari: sollicitè fraudem concipere: scelus, & iniquitatē edere. 5 Sed, quid tāta cura, studio, sollicitudine illis ad beatæ vitæ summā profectum fuit? Nihil certè. Immo quò magis, vt essent opibus opulenti, & beatæ vitæ compotes, se labore contriuerunt, eò magis exhausti, magisque miseri sunt, maioremque ex labore suo pestem trahunt: ita, vt non modo sint omnes illorum conatus inanes, & irri-

ti: ve-

ti; verum etiam illisipsis pestilentes, atque perniciosi: Oua aspidum excuderunt: araneæ telas texuerunt. Qui eorum oua comederit, morietur: qui illis incubuerit, basilisci factum suscipiet. Ergo cum prima sceleris institutio exitium afferat, ipsius ceriè perfectio, & absolutio stragem omnium rerum faciet, vniuersumque ciuitatis statum moribus venenatis interimet. 6 Ex eorum enim telis non poterit vestis vlla confici, quæ corpus contegat, & à cœli iniuria defendat. Opera omnia, quæ moliantur, inania sunt. Manibus suis fraudem concinnant: scelus constant: per vim iniurias inferunt. 7 Pedes eorum sunt ad malum a-7. *Pedes eorum ad malum currunt* lacres, & expediti: vt sanguinem hominum piorum effundant, festinanter accelerant: & cum ad rectum officium fungendum pigerri mi sint, ad suscipiendum scelus mira quadam alacritate festinant, atque semper ad facinus obeundum, se promptos, & paratos exhibent. Omnes illorum cogitationes, ad iniquitatem, & iniustitiam aspirant, omniaque vitæ studia eò conferuntur, vt vastitatem efficiant, aliorumque opes frangant, omniaque tandem immanissimè populentur. 8 Totam viam pacis ignorat, à iudicij sanctitate penitus auersi sunt, tantoque studio omnes iudicij rationes deprauant, & officij vias peruertunt, vt omnibus, qui semel in illas ingressi fuerint, necesse sit à via pacis aberrare, omneque studium suum ad dirimendam generis humani societatem, & reipublicam funditus euertendam conferri. 9 Idcirco ob eam causam etiam iuris diuini sanctitas à nostris sinibus commigravit, & iustitia sese

sese procul à nobis abduxit. Expectabamus lu-
 cē, & tenebræ nobis effusæ sunt: diuini auxiliij
 splendorem nobis pollicebamur: at atra quæ-
 10 dam caligo mentes nostras oppressit. Ideò
 in rebus clarissimis hallucinamur, mysteriaq;
 diuinæ benignitatis ignoramus, & tanquã cæci
 parietem palpamus, & quasi simus oculis or-
 bati, ita omnia circumquaque manibus explo-
 ramus, vt offensionem deui temus. Et tamen in
 meridie, quasi noctis tenebris offensi concidi-
 mus, & tanquam mortui, in vastis locis, atque
 11 tenebricosis, proiecti sumus, vt vrsi cum lu-
 gubri querimonia, omnes nos fremitum edim-
 mus: & vt columbæ frequenter ingemiscimus.
 Spem habebamus, vt Dominus iudicio suo in
 hostium nostrorum immanitatē acerbissimè
 vindicaret: quæ tamen spes nos frustrata est. Sa-
 lutem nobis proponebamus: ea tamen procul
 abscessit. 12 Nam multis modis, ô Domine, in
 te rebelles, & contumaces extitimus, spirituiq;
 tuo nefariè, & impiè repugnauimus, & idcirco
 12. *Mul- plicata*
sus enim
iniquita
tes nostra
 criminum nostrorum pœnas grauissimas sus-
 tinemus. Nam perfidiã, rebellionisq; nostræ
 nos asidua pœnæ persequuntur, & iniquita-
 tes nostras nobis infestas esse sentimus. 13 Hoc
 enim nostrum studium est: legē transgredi: re-
 pagula iuris effringere: ficto animo pietatis in-
 anem speciem retinere: retrorsum à Dei cultu
 conuerti, debitamq; illius nomini fidem scele-
 ratè violare: calumniam intendere: omnibus
 quæ modis à pietate deficere: rectum officium
 prodere: cõtumelias intorquere: & animo mē-
 dacia comminisci, atq; ad hominum perniciem
 14. *Con-*
 fraudes callidè machinari. 14 Ergo iudicium
 iniqui-

iniquitatis magnitudine superatam retroces-
 sit: & iustitia repulsa in longinquam tãdem regio-
 ne constitit. Nam veritas in hominum conuen-
 tu, & celebritate prolapsa corrui, & æquitas
 ingredi rectà nequiuit: 15 constantia in promif-
 sis, atque fides euauit: qui verò à maleficio ma-
 nus abstinuit, aliorum præda fuit. Omnes enim
 illum, qui iustitiam colit, spoliandũ, omnibus
 quæ fortunis euertèdum suscipiunt. 16 Vidit hæc
 Dominus, & tantis sceleribus grauissimè cõmo-
 tus est, eò q; nullum iuris, aut recti iudicij vesti-
 gium apud homines, quos ipse legis suæ disci-
 plina deuinxerat, appareret. 17 Et circũspexit,
 17 neminemq; vidit, in quo aliquod officium reside-
 ret, & obstupuit, neminè esse, qui iustitiæ caus-
 sam susciperet; seq; mediũ interponeret, vt illi-
 us numen reliquis, & pijs precib. & sanctitate
 placaret. Nullus igitur hominum meritis obliga-
 tus, nullus virtutib. intellectus, ipse solus ab o-
 18. *Et salua-*
uit sibi
brachiu
sum.
 mniũ hominum fide derelictus, in glorię suæ cau-
 sam acriter ingressus est, ipseq; solus sibi præsi-
 dio fuit, salutemq; suis peperit: roboreq; suæ vir-
 tutis innixus, hostes suos impressiõe peruertit,
 nomenq; suũ ab obscuritate, & ignominia vin-
 dicauit. 18 Se quidè iustitia, quasi lorica, muni-
 uit, & capiti salutè quasi galeã aprauit: statum
 suum vlciscendi studio, tanquã veste contextit,
 & quasi pallium acrimoniam iustissimè indigna-
 tionis induit, vt hostis sempiterni tyrannidem
 deleret, & eos, qui rebellionè, & contumaciam
 illius imitatur, impetu facto profligaret. 19 Nec
 19 enim secus, atq; is, qui grauè ab hostibus impor-
 tunis iniuriam accepit, & acri vindictę cupidi-
 tate cõcitur, ad vicem reddendã & iniuriã ve-

hementissimè persequendam, impijs, & sceleratis hominibus, qui insulas incolunt, hoc est: qui à cœlesti ciuitate longissimè dissident, & perturbationum onaniū turbidis fluctibus alluuntur, sæuissimāq; tempestate quatiuntur, pœnas debitas reddet suppliciaq; dira constituet. 20 Itraq; Iudæis propter perfidiā euersis, & afflictis, & maxima ex parte consumptis, gentes vltimè, tam quæ ad solis occasum spectant, quā quæ ad ortū litę sunt, ad Dñi se imperiū adiungent, illiusq; numen metuēt, & gloriā laude perpetua celebrabunt. Vt enim fluuius, coactis vento vehementi pluuijs, quo angustius fluit, eò se vehementius incitat, atq; super ripas effusus arua etiam remota fecundat, vtq; possit obiectis mobilibus in alium cursum deflecti, & contorqueri, non potest tamē impetus illius impediri, quò minus agros inundet: sic numinis cœlestis cursus, vt obiecta gentis Hebręe perfidia pristinū alueū aliqua ex parte deferat, nō tamē impetus illius sustineri poterit, quò minus omnia obstātia disturber, atq; disijciat, & gentiū aliarū animos inducta fecunditate lætificet. Facilitis. n. erit, fluuiū in fontes contrario cursu conuerti, quā diuini spiritus affluentia sine fructu ad initium, vnde profluxit, remeare. In maximo igitur impiorū hominū exitio & vastitate maxima, piorum copia repente orietur, & diuinum quoddā virtutis insolitæ decus existet. Et cū seueritatis diuinæ vis solito vehemētior, & acrior apparebit, tū multò maius, & admirabilius diuinę benignitatis, & gratiæ documentū erit

21 in omniū oculis constitutum. 21 Hoc aut non erit hominū meritis tributum, nulla enim exta-

re po-

re poterunt, quæ Deū à puniendi seueritate deducant, sed meritis illius vnici liberatoris, atq; religioni concessum. Veniet. n. tandē in Sion ille libertatis humanaz vindex, qui salutē, & dignitatē amissam restituet, & scelerum rebellio nis facinus, quo se Iacobi progenies cōtaminārat, expiabit, omniumq; scelerum maculas absterget. His quidem verbis Dominus, & impios exterret, & omnibus, qui fide Christi subnixi ad eū accesserint, opes immortales ostendit. 22 Fœdus quidem, inquit Dominus, quod cum illis sanciam, nō erit in tabulis lapideis incisum: sed in animis exarātū. Erit enim nō lege: sed spiritu meo sancitū. Hic. n. idē spiritus, qui te incendit, & incitat, in eorū p̄cordijs insidebit, verbaq; mea, quæ numine & instinctu meo pronuncias, fœderis mei vim sempiternā confirmabunt. Hoc igitur erit illis fœderis sacramentū: hoc immortalis gratiæ pignus: hoc fidei sempiternę religionem possidebit. Nec enim solū spiritus ipse omnium criminū sordes eluet; verū etiā testimonio suo ita fidelium hominū mentes fide cōfirmabit, & ad sp̄ certissimā cœlestis hæreditatis excitabit, vt nemo possit de futurę dignitatis amplitudine, immortalisq; gloriæ magnificentia dubitare. Lex itaq; spiritus vitæ in cordibus impressa, & insculpta, omnes homines ex Iacobi stirpe generatos, qui fidē illius sequuti fuerint, tyrānide peccati liberatos iustitiæ splendore collustrabit; & sempiternę glorię fœdere in officij religione cōtinebit, & in cœlestis hereditatis possessione tandem constituet.

1 TV igitur, o ciuitas Deo cōsecrata, quę sepul-
ta flagitiorū tenebris in sōno mortifero iacuisi

*Ervenies
le Sion redō
prior.
22 Hoc fœ-
dus meū
cum eis.*

CAR.

LX.

expurgare iam, & somnum istum, qui te confopiebat, excute, vt lumine & splendore illius, qui te à mortuis in vitã reuocat, perfruaris. Exurge, inquã, exurge: in lucem tibi Christi beneficentia clemẽter oblatã respice: aciem mentis in radios diuinã claritatis intende. Iam enim ille solis diuini fulgor exortus est: iã Dei filius, qui patris gloria est, illiusq; sempiternum decus exprimit, in terris apparui, vt mentem tuam luce disciplinã cœlestis illuminet, & amoris diuini radijs accendat, & à calamitate, in qua versabaris, ad summam felicitatem traducat. 2 Homines enim terrenis opibus dediti in terribis ignorantia tenebris iacebunt: & gentes alienigena in mortiferi erroris atra caligine versabuntur: & quemadmodum olim Aegyptij, terribilima nocte eorum oculis offusa, se sine graui ruina commouere loco nõ poterunt: At Dominus ipse, qui sol tuus est, super te clarissimus orientur, & illius sempiterna gloria lumẽ tibi porriget, animiq; tui oculos illustrabit. 3 Multe gẽtes extere in lucem istã, quã te circumfundit, respicient, illãq; excitatã sese ad Deũ conferent, multiq; reges omnes vitã actiones in luminis huius splendore collocabunt. 4 Attolle oculos & intuere, & in omnes circunquaq; partes aspectũ conuerte: iam cernes innumerabilem hominũ multitudinem cupiditate sanctissimã religionis incensam ex omnibus terrarũ partibus inflammatis animis commeantem, vt sese ad Christi Regis tui nomen adiungat; Deiq; tui nomen omni religionis sanctitate colendum suscipiat. Nec ij sunt tibi alieni, sed familiares atque domestici, & genere etiã propinqui reputandi.

Sunt

Sunt enim tibi vnica fidei vinculo deuincti, & religionis consensione cõiuncti, & ad tuum nomen aggregati; & ea gratia in generis tui stirpe & cognatione censendi. Nec enim ea nobilitas carnis naturã, sed vnica fidei religione continetur. Disciplinis enim tuis, atq; sanctissimis motis excitati, clarissimãq; virtutis exemplis incensi ad te veniunt, tuisq; vestigijs ingrediuntur, animumq; suum eadem ista disciplina, quam tibi Spiritus diuinus tradidit, confirmãdum existimant; & idẽ omnes ij, quasi filij tibi sunt amantissimẽ complectendi. Multiplicem enim sobolem, fidei, atque religionis exemplo generabis: ex oris longinquis ad te filij sanctitatis gloriã præstantes deuenient: & gremio, & vberibus lætissimarum mulierum nutriuntur. 5 Tunc res tuas secundas cum animi iucunditate videbis, & opibus summis afflues, animusq; tuus admiratione defixus, & numen meum timebit, & lætitiã efferetur. Ad te nãq; totius maris opulentia cõuehetur: tibi gentium opes deferentur: 6 te camelorum multitudo cum graui rerum preciosarum onere circumfundet. Omnes camelorum pulli ex Madian, & Ephra diuitijs onusti concurrent: auri, atq; thuris copiam importabunt, Dominiq; numen prædicabunt. Nulla deniq; pars erit orbis terrarum, quamuis antea tibi propter studiorum dissimilitudinẽ & religionis acerbum dissidium infesta, & inimica fuisset, quamuis propter animi stuporem, & cæcitã camelorũ, & iumentorũ similis exitisset, quã nõ se tecum amore coniungat, & omnes animi vires, omnes opes ingenij, oēs fidei, atq; religionis diuitias, omnes omnium virtutũ

Ee 3 facul-

Quia ve-
nit lumẽ
tuum &
gloria
Dominus.

Super te
orientur
dominus

Filij tui
de longẽ
Venient.

facultates in ærariū tuum deferat, & tecū laudes diuinas concinat, sempiternumq; Dei templum cultu pietatis plenissimè & incredibili religionis sanctitate colat, illiusq; numè cū eximia pietate veneretur. 7 Omnes homines, qui te, vt Arabes, Cedar, & Nabaoth incolentes immani olim odio persecuti sunt, sese ad te, animis subito ad pietatis studiū cōuerfis, aggregabūt, vt se ipsos tanquā oues immolēt, & quali arietes in Dei honorè incendiant, totosq; se conferant ad castissimè religionis cultū, & pietatis verissimè sanctitatē. Cupiditatem suā rescabunt, sensusq; suos fide mactabunt, totumq; animū ignibus diuini amoris inflammabunt: nec solū ipsi se victimas mihi gratissimas exhibebūt; verū etiam sanctissimi quidam sacerdotes erunt, tibi que cum sacerdotij munere perfungi volueris, in templo meo sedulò ministrabunt. Nec enim tunc munus sacerdotij ad Aharonis tantū genus pertinebit; sed etiam ad omnes gentes, apud quas fidei studia vigeant, deferetur, vt in omnibus orbis terrarum regionibus honores mihi debiti tribuantur. Illi igitur etiam tecum sanctissimo scēdere consociati, sacrificia super altare meum imponent, quæ me propiciū efficiant. Non enim tunc ceteris victimis, & quadripedum sanguine: sed summa integritate vitæ: sed incenso pietatis studio: sed eximia hominū caritate litabunt; domumq; gloriæ meæ sanctitatis egregiæ magnitudine decorabo.

Hæc quidem Isaius sub Domini persona de futura ecclesiæ felicitate disseruit. Tum in eos, per quos primū fundamenta pietatis iacta sunt, qui Ierosolymis profecti celeritate incredibili terras omnes, vt illis celestibus

*Domum
maiestatis
meæ
glorificat.
60.*

disci.

disciplinam traderent, latissimāq; iustitiæ munera tribuerent, per agrarunt; intuens, incredibili admiratione commotus exclamat:

8 Qui sunt, inquit, isti, qui vt nubes volant, & vt columbæ in columbarij fenestras toto impetu, feruntur? Vt enim nubes pluuias demittunt, quibus è terra lætissimas fruges eliciant: sic isti doctrinæ cœlestis imbre mortalium animos irrigant, atq; molliunt, vt fidei feminibus confiti, iustitiæ maximos & vberissimos fructus efferant; & perinde atq; colūbe, maximè aut, cū auis infesta in illas inuadit, vnum in locū præpeti volatu cōpelluntur, nec longiùs à locis columbario finitimis euagantur: sic isti se, suosq; pullos in vnum locum; id est, in vnam fidei cōfessionē cogūt, incolumitatemq; suam ecclesiæ muris, & soliditate tuentur, neq; suos ab illius finibus abscedere patiuntur. Itaq; in fenestras se conferunt, vt inde hostium insidias specularet, & loca, in quibus ij, quos fouendos atque nutriendos suscipere, tutò pascantur explorare possint. 9 Me enim, inquit Dominus, gentes intuebuntur, in meaq; benignitate vitæ præsidia collocabūt: Phœnicix naues & omnes opes humanæ, quæ nunc à nomine meo penitus auersæ sunt, & à meis sacris abhorrent, mihi seruient: vt à longinquis etiam finibus tuos filios adducant: vt omnes cum auro, & argēto conueniāt, nomenq; Domini laudibus in cœlum efferant, & illius sanctitatem, qui te gloriæ diuinæ ornamentis affecit, cū incensa fide rerumq; cœlestiū, atq; diuinarum cognitione cū eloquiæ splendore, & magnitudine cōcelebrent. Hoc, n. est illud aurū, quo templū Dñi fulget: hoc argentū,

*9 Me. m.
insola ex
pectabūt.*

quo nomen illius in omni æternitate prædican-
 10 dum in terris illustratur. 10 Olim quidē omnes
 exteræ nationes in te impetum faciebant, mu-
 ris tuis machinas admovebant, propugnaculâ
 que tua diruebant: Tunc verò longè secus erit.
 Alienigenæ enim gentes muros tuos excitabūt,
 & reges tibi ministrabūt. Alij namq; sanctitatis
 egregiæ exemplo, alij disciplinæ seueritate, alij
 scriptis, atq; monumentis, alij deniq; alijs opib.
 operam dabunt, vt dissecta pietas excitetur, ex-
 tincta religio instauretur, fidei, & officij propu-
 gnacula reparentur. Ipse namque, qui inensus
 tibi fui, iraq; te mea sauciaui, te clementiâ mea
 11 sanabo, opibusq; gratiæ meæ reficiam. 11 Portæ
 tuæ perpetuò, noctes atq; dies, patebunt, nec vn-
 quam claudentur, vt numerus ciuium tuorum
 adiuncto gentium robore multiplicetur, & re-
 ges etiam cū ipsa gentium multitudine ad te
 perducantur. 12 Gentes enim atq; regnū, quod
 12 fidem & officij tuum secutū minimè fuerit, &
 tibi non obdierit, interibit, & nationes à pieta-
 te cuius studiū profiteris, abhorrētes, excindē-
 tur. 13 Omnis amœnitas, & pulchritudo Liba-
 ni ad te conuehetur, abies simul cū buxo, atque
 pinu ad nouum cultum, & ornatū templi san-
 cti mei comportabitur, & locum, in quo pedē
 posui, vestigiâq; meæ benignitatis impressi, in-
 signi gloria cumulabo. Nec enim templi lapi-
 des, neq; ligna eiusmodi erunt, que possunt, vel
 machinis conuelli, vel ferro excindi, vel conie-
 ctis ignibus inflammari. Non igitur vllam ma-
 teriam improbis nominis mei indigna calum-
 nia deformandi suppeditabūt, quod templum
 meum hostium immanitate excindi, & exuri

13 Gloria
 Libani
 ad te ve-
 niet.

per-

permiserim. Erit enim, & omnis illius materia
 templi sempiterna, & ipsam templum opibus
 diuinis extractum, sempiternisq; gloriæ moni-
 14 mentis æternitati consecratum. 14 eorum filij,
 qui te vexabant, ad te venerabundi, atq; suppli-
 ces accedent, & qui nomen tuum maledictis om-
 nibus configebant, sese ad pedes tuos abij-
 cient, vocabuntq; te ciuitatem Domini, & Sion
 montem numini summi illius Dei, in cuius pre-
 sidio salus veri Israël tota consistit, religione
 sanctissima dedicatum. 15 Tunc igitur, quæ fue-
 ras olim ope mea destituta, & in odium mei nu-
 minis incurreras, & ciuium frequentia, & cele-
 britate spoliata multos annos extiteras, ad quā
 nemo propter insitum odium diuertebat, à me
 repente gloriæ immortalis ornamentis illustra-
 beris, sempiternoq; gaudio cumulaberis, 16 gen-
 tium opibus quasi lacte nutrieris, & regū ben-
 16 gnitate quasi matris amantissime distentis vber-
 ribus sustentaberis, ingenio, literis, opera, indu-
 stria, facultatibus multarum nationum & prin-
 cipum etiam summis beneficijs amplificaberis,
 & experiundo cognosces me esse Dominū Deū,
 qui tibi salutē attuli, patremq; tuū Iacobū vir-
 tute mea multis in locis ab exitio redemis intel-
 ligesq; tandem omnium mortalium fidem, qui
 patris tui vestigia fuerint persecuti, & à pieta-
 tis officio minimè desciuerint, esse salute, atque
 dignitate sempiterna remunerandam. 17 Pro e-
 17 re, quo spoliata fuisti, aurū tibi reddā: pro fer-
 ro, argentum restitua: pro lignis atq; lapidibus,
 æs atq; ferrum tibi reponam: efficiam deniq; vt
 sis & veris opibus opulentiore, & aduersus om-
 nem impetum belli munitior. Pro adumbratis

14 Erve-
 nient ad
 te curus
 filij eorū,
 qui humili
 tauerūt
 te.

Ee 5 enim

enim opibus & ornamentis; quibus olim culta fuisti, veris ornamentis redundabis, & pro mœnibus, quibus circumdata, non ita magno tempore, à te hostium impetum repulisti, inuictò præsidio munieris. Pro carnis enim circumcissione, si dem amplexaberis: pro legis piaculis, puritatē Dei gratiā partā retinebis: pro cœremonijs & reliquis sacris institutis, memoriā diuinæ beneficentiæ conseruabis: & pro ædificijs interituris, ædes & mœnia, quæ nunquā vel ab hoste dirui, vel senio consumi possint, ædificabis. Sic igitur pro iustitiæ vmbri, & imaginibus solidę iustitiæ & sanctitatis ornamenta cōsequeris, & pro pace ætatis exiguæ spatio definita, sempiternā pacem habebis. Pax ipsa Reip. tuæ gubernacula tractabit, ipsaq; iustitia te lege salutari deuinciet. 18 Non igitur ampliùs rapinæ mentio fiet in terra tua, nec vlla vastitas & exitium inferetur finibus tuis. Salutis namque præsidio, quasi muro, munieris, porteq; tuæ, non militari strepitu, sed diuinis laudibus personabunt. 19 Lux illa, qua perfrueris, non erit ea, quam sol exoriens longè latèque diffundit: nec dies tuus, erit illius celeberrima conuersione terminatus, nec lunæ lumen id erit, quod tibi in tenebris illucescet. Ipse namq; Dominus erit tibi lux sempiterna, Deusq; tuus mentem tuam lumine sempiternæ glorię decorabit. 20 Sol igitur tuus nunquā occidet, & luna tua nunquam sese ab oculorū tuorum aspectu remouebit. Dominus enim ipse, & in secundis, & in aduersis rebus, te sempiterni splendoris radijs illustrabit, diebusq; mœroris, atque caliginis tuæ erit tandem finis impositus. Non Solem igitur istum animantibus

cunctis

cunctis expositum intuebere, nec ex luce ista, quæ corporibus offunditur, magnam sanè iucunditatem percipies. Ille tibi erit Sol clarissimus, illa lux iucundissima, quæ mentem tuam erroribus infinitis liberabit, & rerum diuinarum notitia collustrabit, & rectę iustitię viā ad beatam vitam perducet. In hanc enim lucenā ē tenebris emerſa, cum iucunditate respicies, hæc tibi viam monstrabit, hæc te summo gaudio, atq; stabili voluptate perfundet. 21 Hac illustratus populus, sanctitatem vnice colet, omnesq; ciues tui, iusti erūt, illamq; sempiternā hæreditatem, propositam iustis, adibunt. Nec ille iustitiæ cultus, nec probitatis lumen, quod in eis lucebit, erit humanis opibus, & studijs ascribendum: sed mœæ gratiæ, & eximie benignitati tribuendū. Nec enim terra plantas eiufmodi fundit, nec hominū cultura potest tantam amœnitatem in res humanas inducere. Hi flores lætissimi operā mei spiritus extiterunt. Ego has arbores iustitiæ manu mea conſeui, & hunc cultissimum hortum ad gloriā meam illustrandam, diligenter institui. 22 Non igitur erit vnquam propter sterilitatem incultus: sed innumerabile sobolem, egregia cultura nitentem, propagabit. Ex parentis enim humilis, & obscuri stirpe maximus liberorū numerus pululabit, & ē radice hominis tenuis, & imbecilligenis fortis existet, ne quisquā, q̄ meo numine gerendum est, ad vim naturæ reuocare possit. Iam huius tantæ felicitatis maturitas appropinquat. His enim tam admirandis operibus, inquit Dominus, miram celeritatē adhibebo.

Hæc quidem de beneficijs amplissimis, quibus erit
(sanctorum)

18 No
 dietur &
 trā in
 quies in
 terra tua

19

20

22. Mini-
 mus erit
 in mille.

sanctorum hominum Respub. efficienda, prædixit Dominus. Tum de se, tanquam de verissimo totius felicitatis auctore, secundum rationem humana natura, quam erat assumpturus, clarissime disputauit, mysteriumq; salutis humane in piorum oculis atque mente defixit. Sic enim adiunxit:

CAP. lxj. 1 SPIRITVS Domini in me infidet, vt a-
niminum meum erudiat, & ad regia munera sa-
pienter obeunda, & ad Remp. feliciter admini-
strandam, viribus diuinis impellat. Ipse namq; me
regem populo suo præfecit, non tamen ita,
vt caput meum vnguento illo, quo reges olim
legis instituto perfusi sunt, oblineret: sed diui-
ni spiritus vnctione splendidissima mentem
meam illustraret, diuinarumq; virtutum odo-
ribus, atq; mirifica suauitate compleret. Nec e-
nim par erat, vt verus rex, non vera, sed adum-
brata vnctione nitesceret, regnumq; sempiter-
num non sempiternam suauissimi odoris fra-
grantiam, sed fluxam, et interituram diffunde-
ret. Regnum autem hoc non est conferendum
ad hominum perniciem, & vastitatem, nec ad
populi mihi subditi seruitutem, qualia sunt
ea, quæ hominum dominandi cupidorum in-
saniã comparantur: sed ad hominum salutem
atque libertatem. In hoc enim missus à patre
sum, vt læta atque iucunda abiectis & afflictis
annunciem, vt vulnera eorum, quorum animi
ex scelere admissi conscientia dolore concissi
sunt, obligem: vt libertatẽ graui seruitute op-
pressis ostendam; vt vinctos è vinculis eximã;
& tenebris inclusos in lucem restituam; vt de-
nique tempus illud votis omnibus expeten-
dum

*Ad annũ
ciandum
mansue-
ris, misit
me.*

dum aduenisse, prædicem, quo tempore sum-
mi Dei numen est hominum generi placandũ,
& supplicium de hostibus illius acerbissime
repetendum. Hominum igitur salute, atque li-
bertate per Domini gratiam constituta, hosti-
busq; funditus euerfis, & diuina vindicta con-
sumptis, reliquum erit, vt mœror atq; luctus
omnis deponatur. 3 Hoc enim est mihi munus;
& officium delegatum, vt eos qui pertinent ad
montem Sion, hoc est, eos, qui cum fide viuũt,
& sese pijs lacrymis, atque lamentis, aut pro-
pter Reipub. ruinam, aut propter cõmissa fla-
gitia dederunt, è sordibus excitem, atque læ-
titia mirabiliter efficiam: vt videlicet dem illis
pro sordibus & squalore decus, & honorem:
pro luctus acerbitate, iucundissimi vnguenti
nitorem: pro spiritu deiecto, atque mœroris
acerbitate contracto, diuinum gloriæ cultum,
& summã gratiã diuinã prædicandã, immor-
taliq; laudẽ celebrandã materiam. Nouus di-
uinusq; in illis ornatus orietur: ita vt nihil in
eis appareat, quod non sit totum ad magnitu-
dinem diuinã benignitatis & clementiã refe-
rendum. Appellabuntur autem arbores iusti-
tiã, diuinãq; plantã, quas Dominus ad sui nu-
minis gloriã sua manu conseruit. 4 Hi igitur 4
erunt mœx Reipub. Principes, humaniq; gene-
ris rectores, & moderatores: orbem terrarum
doctrina cœlesti lustrabũt: & homines flagitijs
infames à veri Dei cultu penitus abhorrentes, *Aedificã-*
ab impuritate, & scelere, ad honestatis & san- *bunt de-*
ctitatis studium traducent. Ea, quæ multis an- *serta à se*
tẽ sæculis prostrata, & diruta fuerant, repara- *culo.*
bunt, & quæ olim grauissimis ruinis oppressa
concede.

conciiderant, excitabunt: vastatas atq; desertas ciuitates sempiterno ciuiu cultu, atq; frequentia renouabūt. 5 Vobis, o Legati mei, qui terras vniuersas peragrabitis, vt nomē meum vbique prædicetis, multi alienigenæ operam dabunt: gregesq; vestros pascent: vineas, & arua vestra colent: summaq; sedulitate curabunt, vt grex, cui illos præficietis, opimis iustitiæ pabulis faginetur: & innumerabili multitudine sobolis augeatur: & fundi vestri; quos illis colendos tradetis, nitidissimi sint: vberimosq; pietatis fructus efferant: vt semper insignem ex illorum fertilitate & copia voluptatem capiat. 6 Vos, reliqui fideles intuebuntur: vestrumq; imperium & authoritatem sequentur, vestramq; sapientiā consulēt: pietate vestra nixi, confidentiūs ad Deum adibunt. Amplissimum enim sacerdotium obtinebitis, sanctissimiq; munera omnia religionis administrabitis: vt Deum reliquis hominibus & precibus, & sanctitate placetis, hominumq; genus cum Domino coniungatis: illoq; pabulo suauissimo alentur animi vestri, quod est in vigēti gentiū fide atq; diuinæ virtutis robore constitutum. Hoc enim ardentem optabitis, vt multæ gentes operā vestra à vitæ prauitate ad castissimæ religionis studiū conuertantur, earumq; pietate quasi cibo iucundissimo vos oblectabitis, & in illarū decore gloriabimini. 7 Pro ignominia, quā pro mei nominis amplitudine, & dignitate, inter gentes, suscepistis: gloriam omnib. ornamenti diuinis egregiè cumulatam, consequemini. & pro maculis, quibus multæ nationes vestrū splendorem asperferunt; æternum vobis in earum regionib. nomē, & decus cōparabit. Per-

*Vos autē
sacerdo-
tes Domi-
ni vocabi-
mini.*

ficiā certē, vt in omni celebritate & cōuētū hominū, quos hi diuini viri informādos, & celestibus institutis instituēdos susceperūt, letissimæ acclamationes audiātur, et nomē meū operā eorū cum insigni omnium voluptate celebretur. Omnes enim erunt in cœlesti patrimonio collocati, & ij, qui sese excellentiūs in pietatis studio gesserint, multis partibus amplificatam hæreditatis sempiternæ possessionē retinebūt, sempiternaq; lætitia efferētur. 8 Ego enim sum Dominus, qui recto iudicio verā animi pietatē ab imagine asinulatæ pietatis internosco, & quemadmodū verā iustitiā amore summo cōplector, ita iniquitatē in specie fictæ religionis latentē, acerbè atq; penitūs odi. Nō igitur in animū inducat, qui vitā criminibus infinitis cōtaminat, fieri posse, vt sacrificijs illius inflectar. Nec enim terrenis munerib. animi fordes eluūtur, nec numē meū improbitatib. & rapinis intensum, ficta religione placatur. Quinimō tūc maius odiū aduersus iniquitatē accipiam, cū aliquis nō secus de me, atq; de impurissimis hominibus opinatur, & existimat futurū; vt ppter illius munera me ab iniquitate puniēda contineam, si quasi cū illo sceleris societate inierim, ita mecū præde partē diuidat. Qui igitur mihi placere studet, nō legis piaculis efferatur: nec sacrificijs immolatis insolescat: nec arbitretur iniquitatis maculas penitūs inuistas adūbrata religiois sanctitate deleri: neq; deniq; legis vmbris, sed ardētī fide nitatur. Hos enim amo, his benignitate mea pspicio, qui iniquitatē peius omnibus malis oderunt, meq; verā fidē venerantur, & colunt. Hi namque soli non frustra & inani ter laborant, Erit enim eis firmum, & stabile

*8. Quia
ego domi-
nus dili-
gens iudē
cium.*

Et dabo opus eorū in Veritate.

præmium operis à me perfolutum, sempiternumque fœdus cum illis feriam, vt illi me solum Deū habeant, in meaq; benignitate omnia salutis præfidia, & dignitatis ornamenta constituent, & ego illos ope meā clementissimè tuear, & eorum fidem sempiternis gaudijs, & gloria immortalī remunerem. 9 Horum filij, hoc est, genus hominum eorum institutis eruditum, & exemplis ad pietatem inflāmatum, erit inter omnes gentes insignis: & faciliè, quantum dignitate reliquis antecellat, apparebit, omniscq; illorum posteritas, quæ videlicet illorum vestigijs ingressa fuerit, in omnibus populis egregijs virtutum omnium muneribus illustrabitur: vt omnes in eorum vitam oculos conijciantes, illis sanctitatis, & iustitiæ testimonium dare cogantur, eorumq; pietate penitus animaduersa, commoti, mihi gloriam tribuāt: & dicant; en populus, quem certè Deus diuinis muneribus, & ornamentis affecit, & summis opibus egregiè locupletauit. His quidè verbis Dominus, omnibus, qui fidè amplexi fuerint, opes diuinas pollicetur, & spem cuiusdam diuinitatis ostendit. 10 Gaudio igitur insigni cumulabor, animuscq; meus in Domini benignitate incredibiliter exultabit. Pulcherrimo enim me vestitu salutis induit, & regio iustitiæ ornatu contexit, & quasi sponsum magnifico caltu, splendidiscq; summæ dignitatis insignibus honestauit, & tanquam sponsam, clarissimis in omni genere elegantix monilibus, & ornamentis excoluit. 11 Sicut enim fertilis, & optima tellus læta gramina producit; & quemadmodū hortus amœnus omnia, quæ sunt in illo

fata

fata, procreat, magnumq; indes incrementum plantis affert: sic Dominus in oculis omnium gentium iustitiæ semen sparget, vt virtutum omnium laudibus efferatur.

1 TANTVM, inquit Dominus, mihi cordi est salus, & dignitas populi mei, vt omnes meas actiones eò dirigam, vt illum è seruitute peccati liberem, & diuinæ iustitiæ ornamentis afficiam. Si igitur illum minis exterreo: si spe præmiorum, atque beneficijs allicio: si tantam operam, & studium in hominibus erudiendis nauo: si hostes illorum acri impetu retundo: si denique eò me demitto, vt labores etiam innumerabiles, & indignissima perditorum hominum conuicia sustineam; in eum finem hæc omnia perfero, vt hoc tandem opus omnium maximum atq; pulcherrimum effectum reddā; meorumq; animos iustitiæ ornamentis excolam, in eorumque mentibus clarissimam meæ sanctitatis speciem insculpam, eosque omni solitudine liberos in quietā iustitiæ possessione constituam. Non igitur à labore, quem in hoc munere perficiendo suscepi, conuiescam, nec studium ciuitatis meæ constituendæ, & opibus immortalibus excolendæ intermittam, donec illius iustitiæ tāquam cœlestis quidam fulgor oriatur, & lumen salutis illius, quasi sydus, splendeat.

2 Nō igitur erit ea claritas ecclesiæ sanctæ, quæ 2 finibus exiguis circūscribi, & terminari possit: sed quæ latissimè in oras etiā longinquas effundatur, multorumque hominum oculos splendoris magnitudine perstringat. Gētes innumerabiles, ô ciuitas Dei, in iustitiæ tuę decus intue-

admirabuntur, oēsque reges amplitudinē glori-
 æ tuæ contēplabuntur: nec nomen istud, quo
 nunc appellaris, sed aliud nouum nomen obtri-
 nebis, quod tibi Dominus imponet, quo quidē
 erit dignitas tua, quam ab illius filio accipies
 nominis amplissimī notione consignata. 3 Spi-
 ritus domini te sanctissimi sacerdotij gloria de-
 corabit, teque manibus suis regie maiestatis insi-
 gnibus exornabit: vt cum amplitudine digni-
 tatis, simul, & Deum castissimē venerari, huma-
 numque genus optimis legibus & institutis moderari
 facillimē possis. 4 Non post illud tempus appellaberis deserta, quemadmodū olim,
 cum vinculo legis astricta viuebas, eandemque
 legem nefariē perfringebas, nec animorum cul-
 tus erit derelictus, vt olim, cū terra tua, quam
 omnibus maximarum virtutum officijs colere
 debuisses, erat immanium morum asperitate
 vastata. Nomen enim, quod erit tibi diuinitus
 impositū, apertē designabit, omnem vitam tuā
 voluntate mea gubernari, nec in te cupiditatē
 tuam: sed mei numinis imperium dominari; ita
 vt fieri non possit, vt à mea coniunctione di-
 uellaris, & terra tua à me neglecta, atque deserta
 relinquatur. Vt enim cū in te libido tua vi-
 gebat, quæ cum legis meæ sanctitate bellum acer-
 bissimo odio imbutū gerit, à me deserta atque
 derelicta fuisti: ita postquam vi mei spiritus
 incensa, & incitata cupiditatem tuam cōpresse-
 ris, omnemque vitam tuam ad voluntatem meā
 applicueris, ita vt nihil viuat in te, quod possit
 amorem in te metum exhaurire, tunc certē ea te-
 cum caritate coniungar, quæ nullis vnquam
 sæculis dirimetur. Animus itaque tuus non ope
 mea

Vocabe
 ris Solim
 tas mea
 in ea.

mea destitutus: sed mecum sempiterni matrimo-
 nij fœdere copulatus appellabitur. Non enim te
 consilij tui inconsiderata temeritas re-
 get: non tuæ cupiditatis immanitas concitabit,
 tibi que vastitatem, & exitium inferet: sed vo-
 luntas mea te diriget: numenque, & imperium
 meum tibi moderabitur, & ita fiet, vt nunquam
 terræ tuæ cultus à me deferatur. 5 Vt enim adole-
 scens virginem, quam ardentem amat, cupidē
 in matrimonium ducit: sic filij tui erunt tibi
 certo & stabili matrimonio, atque singularis
 amoris fœdere copulati: Et quemadmodum
 sponsus, ex sponsa, quam egregiē caram habet,
 voluptatem capit, & illius specie delectatur:
 sic Deus tuus ex te, & ex animi tui decore, &
 eximie virtutis elegantia voluptatem summā
 percipiet.

6 Non solūm eris igitur à filijs tuis summo
 cum studio culta, verūm etiam ope mea, atque
 præsidio munita. Muris tuis, o ciuitas sancta, cu-
 stodes præfeci, teque valido angelorum, atque
 sanctorum hominum præsidio cinxi, qui no-
 ctes atque dies animis excubabūt. Nec, n. patie-
 tur communis salutis cura, & ardentissimæ car-
 itatis studium, vt vllam quietis partem capi-
 ant: sed semper vigilant, ne quod improuisum
 malum Reipub. tibi commissa accidere possit,
 & tanta contentione me pro salute omnium
 deprecentur, vt nunquam fileant. Hæc quidem
 dominus ait. Vos igitur serui Domini, qui ciui-
 tatis custodiam, & patrocinium suscepistis, om-
 nes animi neruos in curam communis salu-
 tis intendite: Dei memoriam ad cognitionem
 infixe benignitatis excitate: illum precibus
 assiduis

affiduis expugnat, vt propitius Reip. fiat. Ne vnquam igitur oratio vestra conticescat: sed in monitis sapientissimis, & in precibus sanctissimis omnem vitam consumite. 7 Nec ipsi quidē Domino quietis facultatem vllam concedatis; aut filēdi potestatem faciatis: sed illum orationibus vestris obtundite: opem maximis clamoribus implorate: instate, & vrgete, nec vllō modo precandi, & obsecrandi studium remittite, donec statum ciuitatis suæ constituat, Ierosoly mamq; cœlestem ædificet: & præsentī numine tueatur: atque suis opibus egregiè cumulatam ad gloriam sui numinis perpetuis laudibus triuendam exuscitet.

Sur aut do minus in dextera sua. 8 Hoc enim sanctissimum iusiurandum per dexteram suam, & per virtutis suæ robur inuictum iurauit, fidemq; suam, quæ mutari nō potest, sanctissima etiam religione constrinxit, vt multo fortius, atque vehementius suorum fidem & spem, quàm antea confirmaret. Hoc enim interposito iuramento, futurum affirmat, ne vnquam frumētum eorum, qui censi in sancta ciuitate sunt, ab hostibus diripiatur, nec eorum vinum, quod summo sibi labore paraauerant, inimicis prædæ sit. Nec enim erit eorum labor inanis, qui fidem sanctā habent, & Domini gratia, atque benignitate fulciuntur. 9 Qui, inquit ille, in colligendo frumento laborauerunt, ipsi eo fruuntur, & animis cœlesti cibo satiatis diuinam beneficentiam summis laudibus exornabunt. Similiter & qui vinum congregāt, illud bibent, suauissimōquē potu vehementer exhilarati in atrijs meis vota persoluent. Sancti namque sacerdotes erunt, & in conspectu meo

meo muneribus meo numini dedicatis saturabuntur. 10 Iam tempus huius tantæ felicitatis appropinquat: iam fama diuinæ benignitatis ad omnes orbis terrarum partes incredibili celeritate perueniet: iam instat innumerabilis hominum multitudo, vt in Domini templum introducatur; Vos, ô diuini viri egressi portā confestim occurrere, inquam, gentibus exteris, quæ vndique, vt vobis aggregentur inflammata fide conueniunt. Curate viā populo, munite viā, saxa ex itinere, ne quidquam remaneat, quod offensionē afferat, remouete. Signum sublimē tollite, ad quod populi vniuersi concurrant.

Transite transite.

11 Perficiet enim Dominus, vt in vltimas etiam terrarum oras tanti muneris, atque beneficij fama peruadat, & apud omnes nationes clarissimum Christi præconium celebretur. Exurgite, viri, quos Domini spiritus incendit, &, quamprimū potestis, huic hominum piorum Reipub. nuntium futuræ propediem felicitatis afferte, dicitēq; vniuersæ cœlestium ciuium multitudini: ecce iam tuæ felicitatis auctor aduenat, mercedemquē, & præmium operi, quod illius faciem antecedit magnificentissimè proponit, fidemq; impulsu illius excitatam iustitiæ muneribus amplissimis ornat: opibus diuinis atq; sempiternis opera cū pietate suscepta compensat. 12 Omnes igitur ciues tui, quos vnica dei consensio inter se vno iuris, atque caritatis eximie vinculo deuinciet, sancti, Dominiq; gratia, & benignitate redempti nominabuntur. Sic autem fiet, vt tu non deferta, sed vltro etiam à Domino appetita, & quæ sita, vt te clementissimè tueatur, appelleris.

I CAP. LXIII. Hoc in loco Propheta, cum omnem mentem in Christi virtutem, & res ab illo contra hostes ecclesie gestas intenderet, ipsumq; Dei filium victoria parta clarissimum triumphum ducere prospiceret, mirificum sermonem instituit. Sic enim ingenti admiratione percussus exclamat:

I Quisnam tandem est, qui nunc ex Idumæa, hoc est ex hostium immanium regione reuertitur, & ex eorum ciuitate munitissima, qui sanctam ciuitatem infestissimis animis persecuti sunt, & omnem animi conatum ad pietatis exitium comparauerunt, ita se recipit, vt cædis signa, & vestes cruentis maculis aspersas ostendet: Nō enim humanum est illius decus, nec humana sunt dignitatis insignia, quibus vestes illius distinctæ & ornatae sunt. Facit enim humanæ naturæ claritas, quæ in illo lucet, & nouum, & inauditum virtutum omnium decus, quod in illius operibus eminet, vt vis diuina, atque maximum nomen humano habitu, quasi velis obtendi, & animo, atque mente illius includi videatur. Quam splendido ornatu cultus incedit. Quanta roboris magnitudine se conicit, & in quamcunque partem impetum dat, quanta alacritate virtutis inuadit. Si quæris, respondet ille, qui sim, id ex officio, & munere, q̄ colendū & efficiendum suscepi, planè cognitum, & exploratū habere poteris. Ego sum Doctor iustitiæ, qui omnes ad me aduentus pietatis diuinæque virtutis muneribus instruo: ego idem, qui virtutis amplitudine inuictique roboris magnitudine salutem omnibus affero, qui praesidio meæ benignitatis innituntur.

2 Maxi-

2 Maxima sanè, inquit Propheta, & regia, atque planè diuina munera. Quis enim, vel iustitiæ disciplinā tradere, & ab importunitate cupiditatis ad sanctitatis verissimam cultum tradere potest, nisi summum illud iuris, & æquitatis principium, totiusque iustitiæ fons, & origo? Quis salutem dare, suosque perpetuò ab omni clade, & exitio tutos, & incolumes conseruare, præter illum cuius immensa potestas, atque sempiterna fides non poterit vnquam vllis hostium viribus impediri, aut dolis, & fraudibus à suorum praesidio deduci? Vim igitur summi, & sempiterni numinis, in quo omnis recta morum disciplina, & salus animorum consistit, agnosco: sed illud admiror, cultum istum, quem video, cum officio, quod præcipuè profiteris, & quo maxime gloriaris, minime consentire. Doctori namque iustitiæ, atque salutis auctori, non cruentæ vestes, sed candidæ, atque puræ conueniunt. At ego conspicio totam vestem tuam cruentis notis aspersam, sanguineisque maculis infectam, qui cultus magis decet Imperatorem omnem dignitatem ex hominum strage, & rebus in bello fortiter gestis acquirentem, quam principem clementissimum, hominum saluti, & otio, consulentem. Sic enim sanguine tinctus es, & vestis tua adeò est notis rubri coloris illita, atq; si vvas in torculari conculcasses, mustoq; totum cultum corporis infecisses.

3 Rectè sanè, inquit ille. Nec enim absque hostium immanium strage meorum salus poterat vllō modo cum dignitate constitui. Non solū igitur in rectores tenebrarum, & tartareo

regionis principes, sed in homines etiam, qui partes illorum sequuntur, & meos ciues impugnant, inuasi. Nec secus illos compressi, atq; ij, qui mustum exprimere volunt, uvas conculcant. Ego solus, absque ullis humanis opibus, hanc insignem victoriam consecutus sum, & hostes meos attriui. Nec enim in hostibus profligandis, & eijciendis, & exitio consumendis humanæ auctoritatis, vel dignitatis, vel eloquētiæ, vel humanarum deniq; facultatum auxilijs usus sum. Nulla præsidia hominum, nullā potentiam, nullam artium disciplinam, nullum deniq; studium in huius gloriæ societatem afciui. Nihil est igitur in rebus humanis, q̄ quidquam sibi possit assumere, aut partem aliquam ex virtutis meæ plenissima laude decerpere. Meis igitur tantūm viribus cupiditatis immanitatem compressi: maximorum principum tyrannidem extinxi: omnes terrenas opes affixi, & humanæ sapiētiæ fastum demolitus sum, hostesq; meos magna belli contentione superari. Illos autem acriter, & iracūde solus oppressi, eorumq; scelere vehementer offensus omnes eos conculcaui, vestemq; meam illorum sanguine, vt seueritatis meæ monumenta in illis etiam apparent, infeci, vt illis concisis regnum meum fundarem, opibusq; sempiternis stabilirem.

4 Dies. n.
Sitionis
in corde
meo.

4 Iam enim instat dies ille, quem ad supplicium hostium animo destinaui, & annus ille humilibus, & mansuetis admodum salutaris, quo sum eos cū hostiū pernecie in libertatē vindicaturus. 5. 6. Porro autem, cūm ad hoc munus efficiendum actingerer; in omnes partes acriter,

ter, & attentē circumspexi, num aliquis esset in terris, quem mihi socium adiungerem. Nemo prorsus erat. Nec enim religio, nec fides nec officium vigeat: omnis pietas erat extincta: omnis ratio veræ sanctitatis exulabat: nulla cuiusquam merita extabant, quæ me obligarent: nulla denique virtus cuius ope considerem. Ad eō erant perculsa, atque prostrata omnia, cunctisque pietatis, atq; iustitiæ nudata præsidijs, vt mihi ipsi tam tristis orbitas admirationem ingentem commoueret. Mihi tamen ipse non defui, numen meum mihi ipsi auxilio fuit, indignationeq; mea subnixus, in hostium opes impetum feci, multasq; nationes, quæ mihi grauē offensionem attulerant, mente, & consilio spoliari, ab omnīq; statu deiecti, earumq; sanguinē, & robur exhaustum penitus in terram demisi. Quōd igitur me de hostium immanitate vindicauit: quōd principem hominum perditorum in fugam præcipitē cōieci: quōd omnes opes aduersariorum comminui: quōd deniq; iustitiam condidi, salutemq; omnibus, qui sese ad meum studium applicuerint, attuli, eorumq; opes constitui, id totū meū effecit, nec vlla ratione potest humanū aliquod meritū sibi ex hac laude partem aliquā vindicare. 7. Profecto, inquit Isaias, tam illustis, & ampla est Dñi beneficentia, tā omnibus, qui cū fide vixerint, prompta, & parata, vt omnes, qui voluerint fidē & officij colere, fructum benignitatis illius facillimē consequantur. Qui igitur pereunt, scelere suo pereunt: nec villo modo est illorū casus ad Deum, sed ad eorum perfidiā, & improbitatē, reuocadus. Venit enim mihi in mentē recordari quanta, & quān

Et salua-
uit mihi
brachiū
meum.

7 Misera-
tionū De-
mini re-
cordabor

multa sint Dñi beneficia, quib. omnes, qui sese totos illi dedicauerūt, amplectitur: quantis laudibus sit illius clementia prædicanda, propter dona atq; munera, quibus nos vniuersos affecit, & insignem clementiã, qua domum Israël is fuit profecutus, quã auxit beneficijs amplissimis, & in multis locis misericordia sua complexus.

8 est. SDixit enim, hic certè populus meus est, quẽ à seruitute liberaui, mihiq; præcipuo, atq; singulari præsidio tuendum suscepi. Nam cū relique nationes sese impurissima superstitione constrinxissent, & numina falsa coluissent, hic solus meo numini se consecrauit, ipsiq; homines id fide sunt affecuti, vt in filijs meis haberentur: nec credibile erat, vt fidem datam violaret, & me derelicto, ad alios Deos sceleratè transfugerent, aut cupiditatis intemperantiam meis placitis anteferrent. Cùm igitur tantis meis beneficijs astricti, & alligati essent, spes erat eos in officio permanuros, quod si fecissent, profectò Dei ipsius numine salui, opibusq; diuinis ornati, & instructi fuissent.

9 His igitur Dei promissis erecti, necesse erat, vt omnem metum, vel cladis, vel ignominie deponerent. Fuissent enim semper Domini præsidio defensi. Quod si aliqua tempestas excitata fuerit, & calamitatem illis inuexerit, non ea tamen illos diu premi patietur: sed eos gratia sua clementissimè subleuabit, omniaq; ab illis pericula depellet. Angelus, qui vultù illius intuetur, eos seruabit. Non meritis vllis obligatus Dominus hæc in illos beneficia contulit: sed amoris sui, & clementie sue magnitudine vehementer incitatus eos redemit, & complexu sustinuit,

sustinuit, atque ad quietas sedes perduxit, perpetuaq; benignitate in eximio honoris gradu locauit. Nihil igitur fuit ab illo in eorum vel tuenda salute, vel ornanda dignitate prætermisum. 10 At illi, qui tantis ornati beneficijs extiterant, qui tam multis in locis Domini clementiam experti fuerant, donorum immemores, & ingrati, ab illo nefariè descuerunt, insitaq; pertinacia spiritum illius affixerunt. Si enim ægritudo cadere posset in spiritum Domini, nihil esset, quod illam naturam, benignè facienda cupidissimam, acerbis affligeret, quàm illorum contumacia, qui cum benignitate illius certant, & ad extremum vocibus illius, quibus à peste, & exitio reuocantur, obstitunt. Vt enim ille eorù lenitate delectatur, qui se illius fidei committunt, animosq; suos illius spiritu fingi, & informari, & iustitie ornamentis excoli facillimè patiuntur: ita grauius eorù scelere, qui tantù beneficium repudiãt, offenditur: atq; vt ita dicam, vehemèter affligitur. Meritò igitur, qui clementiã illius animis obstinatis, & in sebere penitus obfirmatis, aspernantur, in irã læsi numinis incurrūt, & qui beneficia ingrati reijciunt, acerbissima supplicia perferunt, et perfidie sempiternas pœnas exoluunt. Itaq; Dominus repente cõuersus ex benigno parète se grauè eis aduersariũ & hoste præbuit, duroq; bello eos profecutus est. Ille igitur, q; eos præsidio suo texerat, q; hostiũ imperiũ ab illis quãdã repulerat, q; erat illis vnicũ in malis perfugium, & cõtra omnia pericula tutissimũ munimentum, in quo denique solo tota salus, & dignitas gentis illius consistebat, non solum illam ope sua destituit, sed etiam

10. Ipse autem
re ad iracundiam
provocauerunt.

Et cõuersus est eis
in inimicum.

11. *Et recordatus est dieru seculi.*

Vbi est qui eduxit eos de mari?

etiam bellum contra eam pestiferu comparauit. 11 Israél igitur malis vndique circumuentus, & hostium importunitate diuexatus, frustra quidem opem numinis implorat, quod à se pertinacia suscepti sceleris alienat, & tamen admiratur, quod sit tãdiu ope illius nudatus. Repetit enim memoriã, quã sæpè fuerint olim maiores sui operã Mosis, præsentis Dei ope defensi: neque satis intelligit, quãnam ratione sit ipse, qui ab illis profectus, eandem religionem profitetur, ab eo, qui nunquam suorum preces, & vota repudiat, derelictus. Vbi, inquit, nunc est illè, qui populum suum cum illius rectoribus, qui eum pascendum, et regendum susceperunt, per medium gurgitem maris eductu in terrã extulit? Vbi is est, qui spiritus sui sancti sedem & domiciliu in medium populi collocauit, vt eum numine suo dirigeret? 12 Quam rem gerit ille qui dextera sua Mosẽ deduxit? qui brachio suo, inclytoq; virtutis inuictã robore mare dissecuit? qui aquis hinc & illinc, in alterutram partem contortis, inter eas viam tutam suis aperuit, vt nominis sui gloriã sempiternam apud homines illustraret? 13 Qui per vastam maris ipsius profunditatem ita populum suum perduxit, vt quasi equus in loci deserti & inculti planitie, susceptum iter tutu atque sine offensione conficeret? 14 Vt enim iumentum per campum late patentem liberè graditur: ita se in medias aquas homines illi demiserunt, vt per eas securi, & incolumes, ad litus euaderent. Spiritus enim Domini eos deducebat. Sic te, Domine, populo tuo quondam viaducem tribuisti, vt nominis tui gloriam infignem

15. *Attem de de ca. lo.*

gnem redderes. 15 Respice igitur nunc etiam de cælis, & ex sanctitatis tuæ sede, maiestatisq; sempiternæ folio, quibus malis simus oppressi, benignè considera. Quid agit illa vis animi tui quondam contra hostes tuos acriter incensi, & incitati? Quid robur illud immensum, quo impiorum acies perculisti, & abiecisti? Quid illius immensæ clementiæ magnitudo, qua tuis, quãuis pestiferis criminibus alligati essent, cum primu ad te confugiebant, veniam tribuebas, & calamitatem, qua vexabatur, omnino detrahebas? Num & potentiæ tuæ, & misericordiæ magnitudo, quæ maioribus meis nullo in loco defuit, nunc recondita est, atque, ne mihi subsidio occurrat, sese perpetuo continebit? Num nobis solis aditus ad tuam clementiam, qui semper patuit omnibus, qui te inuocabant, erit interclusus? 16 Si nos deseris, cuius auxilium comparabimus? Si nos à te reijcis, ad cuius opem confugiemus? Nec enim est nobis aliud vitæ subsidium, aliud salutis firmamentum, aliud calamitatis & miseræ perflugium, alius denique parens, in quem respiciamus, & cuius opem in rebus perditis efflagitemus. Tenamque solum patrem agnoscimus. Nec enim Abraham nobis subsidio fuit; nec Israél nobis opem attulit. Tu igitur solus, qui non modò nos condidisti; verum etiam ope tua præsentissima in libertatem asseruisti, Pater nobis es, nomenq; tuum non est exiguis vitæ spatijs inclusum: sed eandem vim in omni æternitate possidet. Absurdum igitur erit, cum semper idem sis, genus tuum esse aliquo in tempore ab ope tua derelictum. 17 Sed dices errorem perfi-

Tu enim pater noster.

*Quare er-
rare feci-
stis in Do-
mine?*

die, quo sumus impliciti, nobis pestis & exitij
causam attulisse, scelusq; nostrum facere, vt tu
penitus a uersus à salute nostra sis. Cur tu, Do-
mine, nos in errore diutius versari finis? Cur
non in viam legis tuæ reuocas? Cur animos no-
stros, qui contra spiritum obduruerunt, non
mollis, ac mitigas, vt tandem timore tuo coer-
citi, spiritum tuum sequantur, numenq; tuum
omni mente colant, atq; venerentur? Conuerte
tuam benignitatem in populū tuum, Domine:
nosq; tandē aliquando in gratiā tuam restitue,
propter seruos tuos, à quibus orti sumus, qui
te vnice coluerunt, è quibus, tanquam ex hære-
ditate diligentissimè culta, fructus quondam
vberes pietatis, atq; iustitiæ percepisti, & quidē
fidem tuā illis sanctissimo fœdere astrinxisti,
quo posteris suis sempiternas in regione pro-
missa sedes à te pacti sunt: 18 At breui admodū
tempore populus tuus hæreditatis suæ posses-
sionē, templiq; tui sacra retinuit. Hostes enim
nostri non modò nos è sedibus nostris præci-
pites exturbauerunt: sed, quod est indignissi-
mum, cum tui nominis contemptu, templum
sanctum tuum euerterunt, sacrasq; ceremonias
polluerunt, & locum religioni dedicatum, im-
purissimè contaminauerunt. Neq; tu interim
gloriæ tuæ causam suscepisti, nec à locis quidē
religiosis impetum eorum, qui tibi grauissi-
mam ignominiam inferebāt, repressisti. 19 Ita
igitur furuius vexati, & spoliati, & omnibus
conuicijs obiecti, atque si nunquam in nobis
dominatum habuisses, nec serui tui nominare-
mur, nec in nominis tui tutela, & patrocinio
lateremus. Hoc me igitur angit: hæc me cura fo-

licitat

licitat: hic me infix⁹ animo dolor excruciat, q^d
in hac nostra calamitate cerno gloriam tuam
obferri, nomenq; tuum indignissimo conuicio
maculari. Nec tam meæ gentis caritas, quāuis
ea me valdè comoueat, quàm studium gloriæ
tuæ, me dolore, supra, quàm dici potest, incen-
dit. Gentes enim numē tuū minimè metuendū
existimāt, eò quòd populū, quē tuendū susce-
peras, hostiū prædæ, atq; direptioni reliquisti;
nec eis, cū opē tuā imploraret, vllā in rebus e-
uerfis opē attulisti. Arbitratur enim, aut nō po-
tuisse te, aut noluisse tuis optulari, quorū alte-
rum imbecillitatis, alterū infidelitatis argumē-
tum esse statuit. Quis hæc tantā perditorū ho-
minū contumeliā inusitā nomini tuo sustinere
poterit? Quis æquo animo, q^d modò gloriæ tuæ
seruendū putet, tantū conuiciū nomini tuo fa-
ctum patiatur? Et tamē in tāta scelerū & flagi-
torū licētia irā tuā continebis? Et tamē iniuriā
tibi impudenter illatā, minimè tandē aliquan-
do psequeris? Nec vim & potentia numinis tui
hostibus tuis admirandis operibus indicabis?

1 Vtinam cœlū discinderes, atq; te demitteres
in terras, numenq; tuum confestim appareret,
montesq; vt olim in cōspectu tuo magno quo-
dam motu cōcussi diffuerēt, 2 atq; vt subiectis
ignibus omnia colliquefacta labūtur, & aquæ
vehementiùs efferuescentes eijciūtur, ita terra-
rum Principes furēter agitati, flāmarumq; in-
cendio liquefacti corruerēt, vt hostes nominis
tui vim tuā atq; potentiam cernerent, & gentes
in conspectu tuo contremiscerent. 3 Siquidem
olim, cū legē dare velles, idq; à te nemo postu-
laret, neque expectaret, te tamen è cœlo dimisi-

CAP.
LXIII.

3. Descen-
disti, & d
mōtes de-
fluxerūt.

sti,

fi, & opera nimis horribilia edidisti, & montes metu tuo tremefacti defederunt. Cur non multò magis nunc, cum nos omnia mala circumstant, & hostes tui sanctissimi numinis oppugnandam, accurras, admirandisq; signis presentiam tuam declaras, vt salutem tuis adferas, & hostes tuos iudicio peruertas, atq; ita perficias, vt omnibus mortalibus cognita, & explorata sit potentia tua magnitudo? 4 Nec enim dici potest, tibi minimè curæ esse salutem atq; dignitatem eorū, qui omnia præsidia vitæ habent in tua fide & benignitate constituta. Nec enim potuit vnquam quisq; vel auribus accipere, vel oculis vsurpare, vel deniq; mentis aspectu comprehendere, te vno, qui ea paras, excepto, magnitudinem bonorum cœlestium, quæ fecisti, vt illis ea concederes, qui in te vnum respiciunt, et in tua clementia omnem rerum suarum spem collocant, & in fide tui sanctissimi nominis acquiescunt. Tantum autem abest, vt in aliquo alio, præter te, salus nostra consistat, vt nemo vel cogitando suspicari possit, quantæ sint opes à te reconditæ, vt illis largiaris, qui in fide tua permanent, tuamq; benignitatem amore pio, & gratissima voluntate prosequuntur. 5 Quinetiam in hac vita occurris in votis, & precibus illis, qui ex fide iucunditatis, atque lætitiæ fructum eximium capiunt, & in studium iustitiæ, quæ animum vera & stabili iucunditate perfundit, incumbunt, & vijs tuis ingressi, legesq; tua confirmati, nunquam memoriam tui nominis abijciunt. Cur igitur ita nobis irasceris hoc tempore, vt miseriam

5. Occur-
ris in votis
11.

ricordiam minimè tribuas? 6 Quamdiu res hu-
manæ horū hominū pietate, q; verè iustitiam
colebant, nitebantur, quamuis nobis iratus
esses, in peccatis enim versabamur, multisq; in
vita flagitijs nos ipsos inquinauimus, facile
tamen fuit salutem adipisci. Precibus enim
illorum nobis scelera condonabas. 7 At nunc
nullus est inter nos, qui iustitiam veram ob-
tineat. Omnes enim nos vitiorum sordibus
polluti atq; penitus infecti sumus, & iustitia,
quam legis operibus ostentamus, est inanis iu-
stitiæ simulatio, in religionis ficta specie cõsti-
tuta; & tanquam lacera vestis, atque sordida,
cui frustra multi panni veteres assuuntur. Er-
go quasi arborum folia dilabimur, & iniqui-
tates nostræ nos, rãquam ventis sublato, dis-
pellunt. 8 Non est, qui inuocet nomen tuum,
qui se confirmet, & incitet, vt mentem suam
benignitatis & gratiæ tuæ fiducia corroboret,
& tibi, quem admodum olim homines sancti
faciebãt, vim precibus intentet. Auertisti nã-
que faciem tuam à nobis, & mortiferis scelerum
morbis intabescens despexisti. 9 Nunc
igitur, ò Domine, cum pater noster sis; tu. n. nos
benignitate tua genuisti, & in hanc lucem, qua
frui mur, edidisti; nos. n. latũ sumus, è quo ta-
men nos tuis manibus formasti, atq; figurasti,
10 tandè iræ tuæ modum constitue, nec in per-
petuum opus manũ tuarum pœnis acerbis
insequare, neq; diutius memoriã iniquitatis,
& perfidiæ nostræ serues: sed eã iam tandè am-
plitudine tuę benignitatis extingue, atq; re-
spice nos vniuersos, populi tui ratione, & no-
mine cõtineri, 11 Vrbes, in quibus nomen tuũ

7 Facti su-
mus &
immodis
omnes
nos.

Abcõdi-
si faciõ
tuam à
nobis.

Nec glira
memine-
ris ini-
quitatis
nostræ.

sanctè colebatur excise sunt: in Syone pro antiqua religionis celebritate, nūc tristis, & horrida solitudo perspicitur: Ierosolyma horribi
 12 li clade vastata est: 12 templū sanctissimum, & augustissimū, in q̄ patres nostri tibi cū laudibus anplissimis immolabāt, & magnitudinē virtutis tuę carminibus suauissimis concinebant, flāmarū incendio cōflagrauit. Quidquid erat in rebus nostris specie pię clarū & aspectu iucundum, & expetendum, funditū ē eersam est. Nec simulacrum deniq; ac vestigiū Israēliticę dignitatis est in omni terra relictū. 13. Et tu interim hęc scelera inulta esse patieris: Et iram tuā continebis: Et in hostium immanitate conuiuebis? Et nos tantis malis oppressos tam diu negliges? Opeq; tua nudati, diutius in tam graui calamitate versabimur?

1 CAP.
LXV.

1 Quid, inquit Dñs, apud me gentis tuę ruinam deploras, quasi negligentia mea, & non propria cōtumacia, quā adhibuit in facinore scelesto, & immani cōciderit: Tanta namq; benignitas mea est, atq; tam latē patet, vt eos etiam, qui ne fama quidem, & auditione quidquam de nomine meo perceperunt, cōplexa sit. Me namq; gentibus, quę nunquam à me ope flagitauerant, neq; se, vt gratiam meā acquirerent, vlla religione deuinxerant, indicaui, animosq; eorum commoui, & incitavi, vt me incensa, & inflammata fide quærerent. Illi igitur me quæserunt, qui ne postulandum id quidem, aut optandum existimauerant: ab illis inuentus sum, qui me nō quæsierant. Nūc hic tantus orbis terrarum motus est ipsarum gentium pietati, atque meritis adscribendus? Num

Quæserunt me, qui nō in terrogabant.

Num gentes ipsę per se sponte sua ad me adierunt, vt eas ope mea seruarem, & à flagitorū vinculis, quibus vinctę tenebantur eriperem? Non cerrē. Ego namq; me illis ostendi: ego illas nationes, quę non erant ad nomen meum adiunctę, ad opes meas fruendas inuitavi: ego me præsentem exhibui, vt eas ad studium pietatis, atq; sanctitatis allicerem. Dixi nationib; quę nunquam meum numen coluerant, & à religionis meę sacris abhorrebant, adsum, adsum, inquam, vt vos à peccati dominatu liberem, & in beatę vitę, cuius cupiditate flagratis, possessione constituam. Hac igitur mea benignitate prouocatę nationes infidelissimę sese confestim ad me in flāmato studio contulerūt. 2 Qui gentib; à religione mea prorsus alienis prospexi, Israēli tantis olim mihi fœderibus obligato defuissē? Non prorsus. Sed ille meū numen contempsit, meū beneficium repudiavit, meā clementiam cōtumaciter aspernatus est. Huic, n. populo rebeli, & impio, qui viā sceleratā ingreditur, cogitationesq; suas erroris & impietatis plenissimas sequitur, atq; præ libidine sua meū imperiū detestat, manus meas tota die sine fructu vllō porrexi. Nō igitur inclementia mea illis calamitatē inuexit: sed illorū infidelitas, atq; pertinacia, quā ad extremum vitę spiritū oblatę clementię restiterunt, eis pestē atq; perniciem cōparauit. 3 Iam 3 enim nunc impietatis fundamenta iacit, quibus ad summū illum sceleris gradum peruenturus est, quo nullum immanius cogitari possit. Me namq; perpetuō in se, & scelere impietatis, & simulatione pietatis incendit. Primū, n.

2 Expāde
tota die
manus
meas
ad popu-
lū in-
credulū.

impij, atque profligati, vera religione neglecta, falsam adsciscunt: sacrificant in hortis impurissima religione dedicatis: super loca lateribus pavementata suffimenta conficiunt: 4 mortuorū sepulcris insident: & in locis vastis, atq; desertis noctis opportunitatem ad tantū scelus quærentes excubant, vt inferorum manes eliciant. Carnes suillas comedunt: & ius execrândum vorant: hoc est in cœno voluntantur, & se ipsos lutulentis vitijs inquinant, omnēq; vitę studiū in terrenis, & sordidis opibus eruēdis cōsumunt, seq; flagitijs, atq; nequitia intolerāda contamināt. 5 Deinde, quod minime ferendū est, cū tantis, & tā multis, & tam scelestis criminibus astricti sint, se sanctos esse simulant, & impietati speciem religionis obtendunt, & reliquos homines insolenti quodam fastidio cōtemnunt, atq; despiciunt. Abscede, inquit, ne si hominē sanctissimis sacris initiatum tetigeris, inexpliabile in te religionem suscipias. Quid reliqua eorum facinora persequar? Hoc satis est, vt intelligi possit, quā sint eorum mores profligati, atq; perditī, qui perpetuō materiā iracundiæ meæ subijciunt, vt in illos incendar, & indignationis meæ flāmis eos exurā. 6 Hoc enim eorum scelus, arrogantia, & insolētia intolerabili cumulatū, ijs est monumentis in cōspectu meo ad sempiternā memoriā incisum, vt oblitterari nō possit. Indignationis igitur meę fumus erumpit, & iracundia vehementer infāmatus sum. Vliscar igitur, vliscar eorum facinora, & quod 7 sceleratē susceperunt, in eorū caput vertā. 7 Et cū iā nō modō patriā sceleris hereditatē

Qui dicunt, rece de i me.

Isti fumus erunt in furore meo.

adierint; verū etiā semper ad improbitatem maiorum accessiones faciēdo ad summū gradū impietatis euaserint, efficiam, vt simul etiā parentum pœnas luāt, atq; supplicia multis dolorum accessionib; amplificata sustineant. Super montes enim impijs suffimētis numina falsa colebant, & meum in se numen cōuicijs indignissimis irritabant. Illis itaq; repēdam id etiā, quod sceleribus antiquis meriti sunt, illorumq; pœnę in eorum caput redundabunt. Has minas proponit Dñs his, qui se Iudæos ementiuntur: cū eorum vita plurimum ab huius nominis sanctitate dissideat. 8 Adiungit deinde: non tamen omne nomē Israēlis extinguetur. Omnes, n. illi in quibus fidei vigentis, & incensę studium extiterit, nō modō incolumes erunt; sed etiā inter omnes splendore, atque gratia florebut. Vt enim in summa vini penuria, si quis in magnam vuā incididerit, quā ex vite decerpere velit, à custode vineæ prohibebitur, ne reliquam illā spem musti venturi præcidat: sic ego propter seruos meos, à quib; propagati sunt, Israēlis reliquias cōseruabo, ne à stirpe totū genus illius intereat. Isti igitur fidei fructum percipient: & promissa olim à me munera consequentur: & in eorum felicitate fidem meā, quam olim dedi, magnificentissimē liberabo. 9 Ex stirpe enim Iacob semen eliciā, & ex Iudæa radice meo numine sanctum genus exister, quod in montib; meis hæreditatem obtineat. Electi igitur mei, quorum fidem eximia caritate complexurus sum, serui mei, qui omnia vitæ consilia, & studia, cogitationes, & actiones ad voluntatem

Remeti- ar opus eorum.

Quomo- de si inue- niatur granum in botro.

meam conferent, sunt illi, qui cœlestem hæreditatem cernent; & quorū patrimoniū erit
 10 à me præclarissimè constitutū. 10 Mons. n. Sarrion lætissima pascua grégib. eorū suppeditabit: nec vllū malum auspiciū eorum spem in primo ingressu: debilitabit: Vallis enim Achor in qua fuit in prima populi in tellurè promissam ingressione irrogatū suppliciū, atq; monumentū sceleris ad posteritatis memoriā cōstitutū, nō afferet tunc populo, quē sum ab exilio reuocaturus, vllā offensionē, qua illorū animi perturbentur, & de propria salute dubitare cōpellantur. Illic igitur eorū armenta securè cubabunt. Omnia. n. tunc illis, qui me animo puro quæsierint, fausta, atq; læta cōtingent, & spē optimis etiā rerū auspicijs facillimè confirmabunt. Nā in illā cultorū collium amœnitatē, vnde fuerant vi, & importunitate hostiū deiectis: id est, in virtutū omnium maximarū cacumina remigrabunt, & q̄ fuerāt olim sibi nimis aduersa, & spē extenuauerant, tunc eis erūt valdè secunda, amplioremq; laudis, atq; glorię sempiternę materiā præbebūt, & ad firmiorē spē eorum animos excitabunt.

11 Et vos qui dere. liquisti. Dominū
 11 At vos, qui à Dño nefariè defecistis, & omnia sanctissima pietatis officia p̄didistis, neq; vllā vnq̄ meę religionis in sauradę rationē habuistis, & epulū in honorē Fortunę cōparauistis, definitaq; vim fati libamētis impiē coluistis, omnēq; studiū sanctitatis ad inanē, & impurā superstitionē trāstulistis, 12 eritis definita, atq; certa vi meę seueritatis, & sentētie, consumpti. Maximū. n. numerū gladio concidā, dirisq; supplicijs maclabo, perficiamq; vt vn-

uerfi

uersi corruatis. Parū. n. erat vobis seruus meos, quos ad vos misi, maledictis infectari, sanctisq; hominib. perniciē machinari, nisi etiam in me idē scelus multis iā accessionib. auctum & amplificatū ederetis. Veni nāq; ipse vt vobis salutē darem, meaq; benignitatē despexistis: vocaui vos, nec ad nomen respōdistis: ad officiū cohortatus sum, & aures occlusistis: in oculis meis tetra scelera cōcepistis: rationēq; vitæ
 12 Quocirca ipsum Dominum, quē cōtra vos
 13 prouocastis, nunc contra vos durā sententiā proferentē audite. Sic. n. ait, summus ille Dñs, cuius innēsa potestas omnia cōplectitur: Ecce serui mei epulabūtur, vos autē esurietis: serui mei cū summa iucūditate bibēt: vos autē
 14 diuinis beneficijs capient, lætissimos in cœlū clamores attollent: at vos præ animorū ingēti cruciatu vociferabimini, & eiulatus lugubres edetis. Vt. n. illi diuinis opib. affluent, & honorib. summis abundabunt: sic & vos eritis omnibus bonis spoliati, meoq; p̄sidio nudati, malisq; omnib. miserrimè circumuenti. 15 Nec. n. eritis solū p̄cenis diuinis obnoxij, sed cunctis etiam hominib. inuisi. Perficiam. n. vt oēs vos oderint, & execrētur, nomenq; vestrum, vt malum auspiciū detestētur. Nomē. n. relinquetis electis infaustū, & abominādum, quod in dirarum imprecationibus vsurpētur: ita vt

Pro eo quod vocatus, & nō respōdistis mihi.

Ecce serui mei comedēt & vos esurietis.

qui se voluerit execratione deuincire, exitum sibi Iudæorum imprecetur; si quidquam in se contra, quam fas, & officium requirit, admiserit. Vos igitur vniuersi numini Dei cōcisi peribitis: seruos aut suos, ne sint hominibus consceleratis, nominis saltem societate copulati, non Iudæos appellabit Dñs: sed nouum aliud nomen eis multò præclarior imponet. Nō. n. par est, vt alio nomine glorientur, quam illo, per quod fuerint in omnium bonorum societate mea gratia, & benignitate cōuocati. 16 Qui. n. in terra fuerit execratione liberatus, atq; bonorum omnium particeps effectus, id fide, q̄ habebit in Deo vero reposita, consequetur, illius nempe operā, cuius gratia gentes omnes erant legis maledictione soluendæ, & muneribus diuinis afficiendæ: & qui iurandum ritè conceperit, per illum eundem, quem verū Deum esse confitebitur, & cuius numen metuet, iurabit, illiusque testimonio sanctissimo fidem suam obligabit. Quocirca cōsentaneum erit, vt nomen, quod numinis mei caritatem, atq; reuerentiā aperte designet, obtineant. Omnes autem antiquæ clades, & ærumnæ, in quas, dū in prauitate versabantur, inciderant, in oblivionem adducuntur, & ab oculorum meorum aspectu remouebuntur. 17 Iā enim aliud nouū cælum aliamq; terrā nouā creabo: vt lux quedam noua exoriatur, & nouus quidam terrarum cultus existat: qui tantū splendore, & dignitate præcellat, vt splendorē antiquæ legis obscuret. Nouā. n. Remp. conferā: eamq; moribus, & institutis nouis, atq; nouo caritatis iure deuinciā, vt diuina luce, & splendore collu-

strata

strata, fructus diuinos efferat, operaq; noua cū amplissima dignitate perficiat; ita, vt instituta & officia, q̄ olim videbātur ad aspectū p̄clara & venusta, cū in eorum cōtentionē venerint, obsolescāt, nec vllius approbationē moueant. 18 Tantus enim ardor pietatis animos occupabit: tanta diuinorum munerū affluentia electi mei redundabunt, vt summa lætitia efferantur, sempiternoq; gaudio triumphent. Opus. n. q̄ efficio summa illos, atq; sempiterna voluntate, & iucūditate cōplebit. Ierosolymā nāq; cœlestē cōdo, vt in ipsa sūmē voluptatis iucūditas oriatur, & populo meo gaudio sēpiterno cumuletur. 19 Oblector igitur ego cū meaciuitate, & ex populo meo voluptatē in signē precipiā. Nec. n. aliquid cōtra voluntatē & sententiā meā designabit, nec spiritui meo molestiā vllā inferet: sed totū sese ad voluntatē meam adiunget: ita, vt necesse sit, illo me, tanq̄ operis eis manib. egregiè perfecto & absoluto, delectari. Nō audietur amplius in illo cętu euulatus, & lugubris aliqua lamentatio, quæ cladē vllā significet. Nec. n. euerfas opes deplorare, nec amissam libertatē lugere, nec orbitatē lamentari, nec mortis acerbitatē sentire poterunt hi, quorum nec opes imminui possunt: nec libertas attentari: neq; patrociniū deserit: neq; vitē in discrimē incidere. Omnia siquidē illorum bona sempiterna sunt, meoq; præsidio munifuntur. 20 Nemo erit, cuius vita in medio ætatis cursu importunitate mortis, interrumpatur. Oēs. n. ad illā ætatis maturitatē perueniēt, quę non est annorum numero: sed vitę integritate, & cōstantia, atq; iustitię, & pietatis perfecte

Et inter-
ficiet te
Dominus
Deus.

Oblitiō:
tradita
sunt an-
gustia
prioris.

20. Nemo
erit ibi
m.
fans die-
rum.

Sto munere & officio definita. Impius, n. cū te
 meritate & amentia ducatur, & cupiditate ef-
 frenata cōcitetur, quāvis centū annos attingat,
 infans erit, & quasi diris diuinis obnoxius, mi-
 nimè perfectā etatē cōsecutus existimabitur.
 Prius, n. vita illi erepta fuit, quā cuius muneris
 colēdi, & efficiēdi causa fuisset in vitā ingres-
 sus suspicari potuit. At quod pietatis munus ab-
 soluerit, & fidē, & officiū cū dignitate p̄tite-
 rit, & ad robur animi firmū, & imitationem
 Christi peruenerit, quāvis in adolescētia moria-
 tur, nō adolefcens est existimādus, sed senex,
 atq; longissimē etatis habēdus. Nec, n. vera se-
 nectas lōginqui tēporis spatio, sed senili pru-
 dētia, & virtutis absolutā perfectione conti-
 netur. Oēs igitur, quod fuerint in hāc ciuitatē re-
 cepti, maturitatē etatis assequētur: nec ex hac
 vita discedēt, anteq̄ sibi assignatū munus ab-
 soluāt. Non erunt igitur vnq̄ immatura mor-
 21 te sublata. 21 Nō, n. erunt illorū cogitationes
 inanes: sed exitū felicissimū cōsequētur. Nec
 .n. frustra laborabūt: nec operā suā in reb. ina-
 nissimis absq; vllō fructu consumēt. Aedifica-
 bunt quidē illi domos, in quib. infinitis seculis
 habitabunt: conferent vineas, illarumq; fructū
 22 fructū b. in omni eternitate vescētur. 22 Nec, n.
 ea edificia sūmo studio excitare conabūtur, quod
 ab alijs occupētur: nec omnē operā in illis plā-
 23 tis conferendis ponēt, quarū fructus ad alie-
 nos pertineant, vt illi faciunt, quod in irā Dei sce-
 lerib. suis irruunt: sed studio immortalitatis
 insūmāt, nō defluxis, & interituris opib. sed
 de constantib. & sempiternis tota mente cogita-
 bunt. Neq; repētinae mortis acerbitas eorū cō-
 filia

22 Nō a.
 discabūt
 & alius
 habitabit

filia poterit impedire. Non enim illa vita est, *Secūdum*
 quā animus corporis mortalis, & interituri *.n. dies lē*
 compagibus, quasi ergastulo quodam inclu- *gri erat.*
 ditur: sed illa quā mentem humanam cum Deo, *dies populi*
 qui vera vita est, amore sempiterno congluti- *li mes.*
 nat. Ergo cū homines pij à Deo distrahi, at-
 que diuelli non possint, efficitur planē, eos in
 corpore etiā constitutos immortalī vita frui,
 neq; posse eorū spiritū casibus vllis extingui.
 Non, n. cibis terrenis, sed diuinis aluntur, fru-
 ctu, n. arboris illius, quā vitā omnē cōtinet, hoc
 est, spiritu Christi, quod est patris mēs, atq; sapiē-
 tia, nutriūtur, & tādiu in vita permanebunt,
 quādiu hęc vitalis arbor in natiua amēnitate,
 & vbertate viguerit. Quæ cū sempiterna sit,
 nec, n. vllō senio, atq; vetustate cōsumi potest
 illa vis diuina, quod res oēs immortales cōtinet,
 & xui eternitatē numine suo cōplectitur, re-
 stat, vt illi etiā, quod fructū illius vescuntur, vitā
 in sempiternū tēpus propagent. Cū igitur im-
 mortales sint, & ad immortalitatē omnia re-
 ferant, illorū etiā opera, quos elegi, erunt im-
 mortalia, atq; sempiterna. 23 Non igitur in illis
 reb. laborabūt, quod ad nihilū venturæ sunt: nec
 gignent filios, quibus in flore etatis extinctis
 angantur, atq; magno animi motu perturbentur.
 Erit enim genus eorū beneficijs amplissimis
 clementiæ diuinæ cumulātū, diuiniq; spi-
 ritus fatu generātū: ita vt nec ipsi, nec eorū po-
 steritas extingui, & deleri possit. 24 Tāta autē
 celeritate sū illis auxiliū, quoties in clamaue-
 rint, allaturus, vt etiā anteq̄ implorent opem
 meā, illis respondeam: & prius quā præcationem
 suā peragāt, illorū vota, atq; preces exaudiā. *ego exaudi.*
 25 Perfi-

24 Erip.
 anteq̄
 clament.
 ego exaudi.
 diam.

25 25 Perficiam verò, vt omnes, qui ciuitatis sanctæ mœnibus cincti, legibus meis, atq; disciplinis eruditi, spirituq; meo incitati fuerint, animis repente commutentur, & mores agrestes, & immanes, importunamq; naturam exuant, & ad omnem rationem humanitatis, atque pietatis excolantur, incredibiliq; suauitate, et clementia mitigentur. Qui igitur antea crudeles extiterant, atq; tanquam lupi, pauperum se sanguine cruentârant, se pastori meo subijcient, eisdemq; septis cum agnis inclusi, eodem pabulo Nutrientur. Et truculenti etiã tyranni, qui dominandi libidine furentes, hominum sanguinẽ perpetuò sitiebant, tunc erunt hominibus, artes humano generi salutares colentibus, annumerati, eisdemq; cibis enutriti. At serpens quæ venenum mortiferum hominibus porrigebat, & afflatu pestilenti mortales interimebat, non poterit vllam meis ciuibus perniciem moliri, nec eorũ carnis saginari. Terram enim tantum comedet: & in eos tantum, qui terrenis opibus inhiant, minimeq; rerum cœlestium desiderio tenentur, inuadet. Nec enim immanes beluæ poterunt in vniuerso môte meo, qui est sanctitatis, atq; iustitiæ sempiternum domicilium, meoq; præsidio cinctus est, perniciem, aut vastitatem inferre, interitumq; sanctis hominibus machinari. Hæc quidem Dominus de florentissimo statu piorum disputauit, & simul cum explicatione tantæ felicitatis miseriam teterrimã, & impurissimæ gentis exposuit, quæ erat tandẽ serpentis immanissimi pabulum futura, & illius crudelitæ deuoranda.

Sed

Sed hoc loco potuissent dicere Iudai: non nobis hæc imina proponuntur, nec capitibus nostris hæc clades, quæ hac vaticinatione continentur, impendent, sed ysrahel, qui a fide descierunt, et simulacra impio ritu venerati sunt. Quod quidem scelus longè est à nostris moribus alienum. Nos enim Domini templum sanctissimum semper habuimus: nos omnes solenes ceremonias sanè diligenter obseruauimus: nos omnia sacra, prout erat in lege præscriptum, ritè cõfecimus: nihil deniq; fuit vnquam à nobis in procuranda religione præteritum; quod vel ad expianda peccata, vel ad Dei laudem celebrandam, aliqua ex parte pertineret. Cùm igitur, & templi, in quo Deus habitat, sanctitate, & religionis castissime subsidij, fulti simus, quid est, quod timere debeamus? An parum multas hostias iugulamus? An dona atq; munera parum ampla conferimus? An non templi limina frequentamus? Et quibus sacrificij sit numen placandum, parum diligenter inspicimus? Quocirca magis est consentire nobis de Deo, quem, si fas est ita loqui, iam religione satis obstrictum habemus, omnia subsidia polliceri, quàm supplicium vllum formidare. Hæcne dici possent, occurrit Dominus, ostendens, quàm parum præsidij sit in templi manufacti sanctitate, in adumbrata religionis obseruantia, si vera pietas absit, & fidei Christiana cultus negligatur. Tantum enim abest, vt fidei religionis imago scelerũ maculas animis impressas, et iniustas, abstergat, vt potius institutum facinus hac impudentissima simulatione pietatis terius efficiat. Nam cùm omne scelus sit iniustum Deo, tum nullum est apud illum grauius atq;

detesta.

Lupus & agnus pascuntur simul.

Et serpens si pabulum panis est.

detestabilis eo, quod in specie simulata pietatis la-
tet, & deformitatem suam quadam imagine reli-
gionis inducta celare, & occultare nititur. Primum
enim ad reliquas impuritas lates illud scelus addit,
quod falsò nomen religionis, & pietatis vsurpat: de-
inde malà de illius sapientia, & maiestate, & sancti-
tate opinionè concipiunt, cum vel inclusas animo libi-
dines, ab illo minimè perspicere, vel terrenis muneribus
immensam illius amplitudinem deliniri, vel seuerita-
tem illius donis ad iniquitatem inflècti posse confidunt.
Postremò, magrā impudèntiam suscipiunt, cum cri-
minibus infinitis euicti, & propria conscientia redar-
guti, os suum Deo ostendere audent, & quasi sacerdo-
tes quidam sancti sint, ita cum hostijs ad aras acce-
dunt. Horum igitur impudèntiam refutat Dominus,
& insolentiam intolerandam deprimit, & fiduciam
inanem infirmat: vt eos tandem admoneat de sceler-
e suo confiteri, neq; salutis spem in opibus terrenis,
sed in Dei gratia collocare. Nec enim templum ho-
minum manibus adificatum, & humanis viribus e-
uertendū, neq; religio in vmbriis posita, interuentuq;
ipsius lucis obscuranda, nec terrena muer a nulla ex
parte ad animum pertinentia, poterāt vllò modo, vel
Deum iucunditate vlla permulcere, vel illorum sor-
des animo conceptas eluere. Sic enim inquit:

f. C. A. P.
LXVI.

1 Cælum mihi sedes est, in quo multò cla-
rius, & magnificentius, quam in vllò alio mū-
di loco meæ maiestatis amplitudo conspicit-
ur: vniuersa terra est scabellum, in quo pedū
meorum. i. potentia meæ, atq; virtutis extre-
ma vestigia pono. Oninè igitur cælestè atque
terrestre naturā maiestate mea compleo, &
vniuersa, q̄ illius ambitu coercètur, imperio

atq; potestate contineo. Quā igitur adē mihi
fatis meę magnificentie decorā, & immentè di-
gnitatis amplitudini cōsentanā adificabitis?
aut quem locū, in quo stabilem sedē mihi cō-
stituat, vt in ea perpetuò requiescā, designabi-
tis? Nū existimastis numē meū his adib. quas
extraxistis, contineri posse? 2 At q̄ vniuersam
hāc mundi machinā, q̄ tātis l. min. b. illustra-
tā, & tantis ornāmētis excultrā adspicitis, ego
his manibus effeci, & hęc omnia n̄ timine meo
perfecta, & suis numeris omnib. absoluta subi-
tò in lacē prodierunt: ita vt nō modo vniuer-
sa natura tēplum meum sit, sed opus quodcūq;
pulcherrimum, meā vim & sapient. ā indicās;
sic tñ vt minimè possit intra cōplexum illi,
numen meum, atq; immēsa vis, & potestas in-
cludi. Quæ igitur tandem erit domus mea, in
q̄ habito, aut q̄ iacē vobis religioe placabor?
Mēs certè humilis, & abiecta suis c. pib. omni-
nò diffidēs, omnemq; spē salutis in mea beni-
gnitate reponēs, est illa domus, in qua sedem
mihi deligo: animi corā me suppliciter abie-
cti moderatio, & pius qdam metus cum incē-
so studio legis meæ, & cura & solitudine mi-
hi satisfaciendi penit. incēsus, est illa religio,
q̄ me ppit. ū reddit, & à puniēdi seueritate de-
ducit, nō sacrificia illa, q̄ ū fiducia subnixivo-
litis. 3 Si mihi placere studeatis, si vestrū sce-
lus expiare, si iustitie sanctitatis consecq. si p̄si-
dio meo muniri cupitis, fidē retinete: iudiciū
extimescite: flagitia vestra detestamini: pudorē
& sanctimon. ā cōseruate: omni mēte in stu-
diū pietatis incūbite: vt sic tandem vos ab om-
ni calamitate, q̄ impendet, clemēter eripiā.

Ali-

3. Qui im
molat bo-
nem.

Aliter enim si in flagitijs, atque sceleribus vestris obstinatè permanferitis, nunquam litabitis: imò sacrificijs vestris numè in vos acritus irritabit. 3 Nec enim cæde pecudum, sed interitu nequitie delector. Qui igitur bonem in honorem meum iugulat, & ab immanitate minimè discedit, is sese hominis cæde, atque sanguine cruentat: & qui orem immolat, & impudentiam minimè detestatur, magis sacra polluit, quàm si canem mihi, contra præscriptum legis, immolaret. Ea siquidem lege, qua, ne cane sacrificium fieret, interdixi, non canem, sed nequitiam, & impudentiam mihi vehementer inuisam esse declaravi. Qui verò munus offert, & lutulenta flagitia consecratur, is plane suis sanguinè circum altare meum fundit: & qui thus adolet, & iniuriam civibus suis infert, is iniquitatis teterrimo suffimento sanctissimi numinis æquitatem placare frustra contendit. Hæc enim sacra, si per se spectentur, nunquam vobis ullam opem attulere: sed signa tantùm fuere, quamdiu ratio temporis ita tulit; quorum admonitu vera sacra coleretur, et victimis mihi gratissimis faceretur. Sacrificium enim mihi acceptissimum, omnique odoris suavitate fragrantissimum, in eo positum est, ut quisque viam suam deferat, & effrenatæ voluntatis impunitatè excretur, sensusque suos excindat, & nefariam cupiditatem refecet: & totus mei amoris ignibus concalescat: quod cum non facitis, imò contempta, & abiecta veritate, umbras iustitiæ, & inania sanctitatis signa persequimini, non vos religionè colitis: sed numini meo

ni meo impudentissima simulatione pietatis illuditis: maximè verò postquam accepistis, non cœlestium rerum umbras, sed expressam sanctitatis effigie esse totis animi viribus amplectendam. 4 Quando igitur ita voluerunt, & inconsideratam mentis impuræ temeritatem meis placitis antetulorunt, ego similiter eligam, quibus illudam, & pœnam illis eorum amentia debita seuerè constituam. Exitium enim, quod euenturum formidabant, & cuius auertendi gratia sacra sollicitè faciebant, illis inferam, eosque supplicio sempiterno maectabo. Me enim ipsum spreuerunt: meum imperium repudiauerunt: meamque beneficentiam ingratis animis aspernati sunt. Eos namque ad salutem vocavi, & nemo respondit: veram legis intelligentiam, atque disciplinam tradidi, & nemo me audire voluit. Nunc igitur merita impietatis, atque perfidia supplicia subibunt. 5 Vos appello, qui, cum ex eadem stirpe sitis procreati, minimè fratrum scelere delectamini. Domino enim dicto audientes estis, & metu verbi illius contremiscitis. Audite igitur, quid isti fratres vestri, qui vos immani quodam odio persecutur, & propter nomen meum expellunt, & eiciunt, suorum aditu & cōgressu penitis arcendos existimant: tantum est apud illos odiū mei, ut ea gratia vos pessimè oderint, quod ad nomen meum adiūcti sitis. Audite igitur, quid isti dicant, ut intelligatis, quid tandè eos à cultu veræ religionis auertat: grauis, & molestus est nobis inquit. Dominus. Durissimum. n. iugū nobis, imposit: omnium naturæ blandimētis interdixit: Vnde et ego elegi.

Vnde et
ego elegi.

5. Audite
verbum
Domini
qui tremis-
tis ad
verbum
eius.

asperam & incultam viam tenere cōpellit: & omni disciplinæ ratione, ab eo, quo naturæ cupiditas inclinatur, abducit. Hoc disciplinæ odiū penitus insitum eos à me multò magis abalienauit, cū crucem illis proponeré, & inuisam illis viam inire docerem. Sed ego tandem faciam, vt experiundo sentiant, quā suauis, atq; iucunda sit hæc vitæ ratio: quàm sit omnivoluptate referta crucis disciplina: quàm leue sit hociugum, quod illi durissimū, propter infinitæ cupiditatis impotentiam, cui sunt addicti penitus, arbitratur. Vos itaq; qui corporis voluptates, & vitæ cōmoda pro mei nominis gloria repudiastis, incredibilem lætitiā ex opibus & voluptatibus, in quibus versabimini, capietis. Illi verò propter omnium rerum inopiā, & doloris acerbicatem, quā cruciabitur, erunt

6 extremo dedecore maculati. 6 Vox, inquit Propheta, & strepitus ingens ex vrbe ad aures meas peruenit: vox de templo horribilis existit: vox Dñi præsentiam declarans, auditur. Adueniet enim Dominus, vt supplicium de suis hostibus sumat, & sceleratissimū facinus eorum, qui illius imperiū accipere noluerunt, viciscatur. Hostes igitur illius pœnas meritas luent: & cū numinis rectissimo iudicio peruersi corruerint, tū vel maximè, quā mirabili ratione dñs fidem excitet, & suorum numerum augeat, & sanctæ ciuitatis dignitatem amplificet, apparebit.

7 O vim diuinæ virtutis admirandam! O inauditam clementiā! O facinus stupendū, immortalisq; prædicatione celebrandum! Mulier multò antè quàm parturienti tempus aduentaret (vix enim semen alio conceperat) cū

Side Et
bis in
lati 1128
stra.

præter omnem naturæ spem filium marem enixa repentè fuit. 8 Quis similem rem vnquā fama, & auditione percepit? Num terra seminibus grauidata fruges, & olera, atque arbores repentè profudit? Nū gens numero multiplex, & vno temporis momento sine matris dolore, atq; ad eodē sine vlla spe partus, in lucem edita fuit? At cœlestis illa Ierusalem, & mons Sion, in quo templum illud sempiternum, quod nullis hostium viribus excindi, aut la-
*quis par
turuit et
peperit
Sion fili-
os suos*
befactari potest, extractum est, tempore quo maxime videbatur impiorum hominum scelerare, & improbitate diuinū pietatis semen extinctū, filios suos & parturiuit, & cōfestim peperit. Ingentē namq; hominum multitudinē diuini verbi fatu generatā repentè in lucē edidit, & secum bonorum omnium cōmuniōne confociauit. Nō intumuit illius vterus: nō longi temporis molestiā pertulit: nō abortiendū periculo cōstituta est, sed absq; labore, & absq; villo salutis, & vitæ discrimine filiorū multitudinē diuina forma, & specie nitentem repentè genuit.

9 Quod tamen, inquit Dominus, minime mirandum est. Ego enim populum istum spiritu meo genui, neque fieri potest, vt quod ego verbo meo procreandū suscipio, vllū casum subeat, quò minus ad effectū perueniat, atq; luce perfruatur. Nū illa, cui ego iā spiritu meo grauide, vt appropinquaret partus effeci non pariet? Nū ego, qui pariendi vim tribuo, nullā sobolē procreabo?

10. 11. Sanctę ciuitati de illius felicissima fecunditate gratulamini: oēs qui florentē statū illius diligitis, ingenti gaudio cumulamini. Qui estis de illius cōditione

soliciti, & propter illius vexationē vos lacrymis, & lamentis dedidistis, ex illis matris vberibus mirifica solatia percipietis, eiusdemque vbertate satiati, magnos indies progressus facietis: et purum liquidumque gaudium, quasi quoddam lac dulcissimum hauriatis, vt ex illius gloriæ splendore, & decoris excellentis amplitudine voluptatem eximiam capiatis.

12 Quia
hac dicit
dominus

12 Sic enim Dominus ait: Ecce ego super eā, quasi fluuium, sempiternam pacem effundā, gentiumque gloria ad eam: quasi quidam torrens, cōfluat: vt omnes, siue sint naturæ tribules, siue alienigenæ, eodem fidei vinculo cōstricti, eandem matrem agnoscant, quæ vos vniuersos lacte iucūdisimo nutriat, & gremio, & complexu contineat, & super genua sua
13 quasi pueros infantes oblectet. 13 Vt enim quilibet è matre sua, à qua amanter educatur, naturā voluptatem capit, sic ego vos ecclesiæ operā consolabor, atque perficiam, vt ex illa mirum iucunditatis fructum, & solatium percipiat. 14 Illius ineluctas opes aspicietis, & ingēti gaudio animus vester efferetur. Et mentis vestræ vires excitabuntur; roburque vestrum epulis diuini spiritus confirmatum, opibusque diuinis indies magis exaggeratum exurget; & exploratum erit tunc omnibus, quā propitius sit Dominus pijs, qui cupiditate illius inflammati rapiuntur; quā infestus improbis & sceleratis, qui nomen illius conuicijs omnibus insequuntur. Vt enim suos augebit opibus, & ornāmentis diuinis illustrabit: sic etiā
15 hostes suos acerrimē persequetur. 15 Veniet enim tandem Dominus cum diro terribilis igne

Et cognoscesur
manus do
mni seruis eius.

gnis incendio, & quadrigæ, quibus inuehitur, erunt turbini, atque procellæ similis, vt supplicium de hominum improbitateumat, & iracundiæ suæ grauitate dirissimisque flammis omnia, quæcūque peruaserit, acerrimē populatur. 16 Cū enim Dominus iudicium constituerit, igne, atque gladio districto in hominum scelera vindicabit, innumerabilisque multitudo telis illius cōfixa fūdus interibit. 17 Nullam tunc opem afferent hominibus inanes lustrationes atque piacula, quibus sibi blandiuntur, & quasi iam absolutam sanctitatem consecuti sint, ita subnixi specie quadam religionis ambulat. Dum enim suam iustitiam, que in operibus, ad corporis religionem, pertinentibus, tota consistit, omni mente cōfectantur, minimē in veram iustitiam, quæ diuino munere, & beneficio continetur, & vigenti fide, & officio comparatur, incumbunt: & ita cū aliquid semper ad insitam improbitatem addant, & inania piacula frequentent, non modo scelere nō soluuntur; verū etiam arctius, atque vehementius astringuntur. Sancti enim sunt, non illi, quos insititæ ab hominibus lustrationes expiant: sed quos Deus scelere soluit, atque iustitiæ muneribus exornat. Isti igitur non secus atque iij, qui sibi sanctitatem assument, & puritatē religionis ostentāt, eod quod corpus in hortis abluerint, in medio loci religionibus impurissimis dedicati aqua è puteis post terga relictis hausta corporis sordes absterferint, dum corpus aliqua religionis ceremoniam purgatum gerunt, animum esse iam omni crimine liberatum putāt, cū interim

17 Qui
sancti
cabitur.

*Quicomam
debant
carnem
suillam.* in fordibus volutentur, & omnes flagitiorum
immaniū impuritates suscipiant. Ergo isti et-
iam pœnas impietatis exoluent, & simul cum
reliquis, qui nullam sibi religionem adhiben-
dam censuerunt, euertētur. 18 Quāuis enim o-
culos hominum fallant, & sanctitatis specie
multitudinis plausum excitēt, me fallere nō
possunt. Nā, & illorū nefarias actiones, & im-
puras cogitationes exploratas, & penitus co-
gnitas habeo. Ad alia verò cruciamenta, quæ
patientur, magnus eis ex gratiū dignitate cu-
mulus accedet: cuius aspectū cōtabescēt. Ad-
uentat. n. tempus, quo sūt gentes ex omnib.
terrarum partib. atq; linguis operā Christi ad
pietatis studiū cōuocandę, quæ confestim ve-
nient: & gloriā meā intuebuntur. 19 Signū. n.
cunctis nationibus sublimē proponam: & ex
Iudzorum reliquijs, quę salutem fide incensa,
& inflammata consecutę sunt, Legatos in oēs
orbis regiones mittam; ita vt etiam, quæ pluri-
mū à sanctitate meę religionis abhorrebāt,
eorum operā ad me continuò perducantur. In
Ciliciam, in Libiā, in Persidem, penetrabunt:
Occidentis solis regiones peragrabunt: infu-
las situ disiunctissimas, ad quas nunquam fa-
ma mei nominis peruasarat, adibunt. Ad oēs
deniq; gentes, quę nullā numinis mei cogniti-
onem habebant, se summo quodā studio con-
ferent, vt illis gloriā meā annuncient, easq; cō-
lestib. disciplinis instituant. 20 Non est igitur
fidei, neq; sapientię vestrę eos tantum fratres
existimare, qui secundum rationem humani
generis, atq; seminis eadē stirpe propagati sūt:
sed qui eādē fidem colunt, eiusdemq; patris

vcsti.

vestigia persequuntur. Hi igitur diuini viri, quos in gētes alienigenas legaturus sum, ex omnibus gentibus vobis fratres adducēt, quos Domino vt hostias gratissimas offerant. Omni igitur studio, incredibiliq; animorū contē-
tione, equis & quadrigis, & lesticis, & iumen-
tis, & curribus inuecti, conuenient. Conueni-
ent ad montem sanctum meum, omniaq; tan-
dem seruiēt eorum studijs, qui fidē, & religio-
nem meam profitentur: vt sine molestia, atq;
lassitudine, virtutis, & pietatis, cursum confi-
ciāt. Vt autē, inquit, lege sancitū fuit, vt filij Is-
raēlis munera vasis puris allata Domino cōse-
crarent: sic gētes meorū Legatorum operā ab
omnibus flagitiorū fordib. expiatę mihi offe-
rentur, vt illis hostijs acceptissimis honores
meo numini deferātur, sanctissimāq; religio-
ne nomen meum in domo mea celebretur. 21
Quin ex ipsis gentib. mihi Sacerdotes, & reli-
gionis ministros eligā, qui sacra ferant, & ho-
stias immolent, meq; propitium reliquis, effici-
quorum salute nomen venerabuntur, effici-
ant. 22 Vt enim, quemadmodū antē dictū est,
celum nouum, & terram nouam sum eo tē-
pore creaturus, nouę namq; & insolitę lucis
splendor orietur, nouaq; forma diuinę legis,
atq; cœlestis Reip. conferetur: ita etiā nouum
sacerdotij genus erit institutum, q̄ non tantū
ad tribum Leui, sed etiam ad omnes, siue illi
Iudæi sint, siue gentes, à Iudzorum sangui-
ne, atque moribus, & institutis alienę, dum-
modo sint sanctissimis religionis muneribus
ornatę, pertineāt. Legis. n. innouatę commu-
tationem, sacerdotij cōmutatio cōsequetur.

Ego enim eos, quos dignos inuenero, ex omnibus gentibus in hunc sacerdotij ordinē cooptabo, vt in conspectu meo cōsistant, mihiq; perpetuò sacrificent, genusq; sanctum, quod nunquam deleatur, eorū disciplina, diuinæq; virtutis exēplo propagetur, meumq; sacerdotiū semper administrēt. Nec enim vnquā munere spoliabuntur: nec eorum nomen extinguetur.

23 *Erit mēsis, ex mense, et sabbatū, ex sabbato.* 23. Perpetua quadam celebritate dies festos agitabunt, & illa sempiterna animorū requiete, atque tranquillitate iucundissima, quam iustitia parit, in omni æternitate perfruentur. Omnes tandem gentes vndiq; confluent: vt numen meum colant, atq; venerentur, inquit idem Dominus, cuius fides laudicare non potest.

24 Pōrò autem in tam felici statu piorum hominum non erit etiam mediocris illa materia diuinæ iustitiæ, atque seueritatis summis laudibus extollendę. E corpore namq; agitatione metis excedēt, vt supplicia cernāt, q̄ sunt impijs & sceleratis hominibus irrogata. Nec enim illa conscientia pestis, quæ impiorum animos exedit atq; conficit, mori potest: nec ignis ille quo excruciantur, extingui. Nec erit interim, qui illorum vicem doleat, atque supplicijs, quæ patiūtur, misericordiam tribuendam existimet.

Erunt enim omnibus odiosi, & iniuisi, maioribusq; supplicijs dignissimi reputandi.

CAR.

CARMEN EIVSDEM AVCTORIS IN DIEM NATALEM DOMINI NO- STRI IESV CHRISTI.

*S*umme Pater cælum, æterno qui lumine cō-
ples,

*Pollentiq; manu vertis, qui frugibus almam
Tellurē, arboribusq; & leto gramine vestis,
Et dulcem præbes cunctis animantibus escam,
Humanumq; genus cælesti nectare pascis,
Inseris atq; astris, quis tandē carmine grates
Numere pro tãto poterit persolvere dignas?
Cum humanas mentes premeret nox atra te-
nebris,*

*Morsq; ruens tristi terras inuolueret umbra,
Tu tandē miseris homines miseratus ab alto
Misisti in terras lucem, qua cuncta serenas,
Cælitibusq; immensa, æternaq; gaudia cōfers.
Postquã igitur tetras tenebras, leiūq; fugasti,
Summa tenet mentes hominum atque æterna
voluptas,*

*Qui tantam lucē aspiciunt, qui numen adorāt
Rite tuum, atq; tuis aris pia thura reponūt.
Vt leti agricolæ magnis in mēsisibus omnes
Deponunt curas animis, & carmina dicunt:
Vt miles victor, postquam spoliauerit hostem,*

Hb 5

Exultat

*Exultat letus præda partoq̄ triumpho.
Sic nos consequimur cœlestia munera læti,
Sic canimus læti, & spoliū celebramus opi-
mum,*

*Quod dux armipotens abiecto diripis hosti.
Tu namq̄ immanis fregisti sceptrā tyranni,
Qui genus humanum imperijs oppressit ini-
quis,
Imposuit q̄ iugum nostris cervicibus, atque
Peccati mortisq̄ furorē ferre cœgit.
Vt quondam populos straxisti Marte feroces,
Quos non vis hominum absumpsit, sed numine
tantum.*

*Concisi cecidēre tuo, dux q̄ inçlytus armis,
Non armis sed lampadibus, cantuq̄ tubarum
Hostiles acies contriuit, funera passim
Edens, & numerū ingentē, sub tartara misit:
Sic tu bellipotens clara nunc luce coruscans
Doctrinā sonitu cœlestis conficis hostem,
Et clarum ducis deuicta morte triumphum.
Martis nam sæui fremitū, dirumq̄ tumultū,
Horrificam cædē, & imbutas sanguine vestes
Vis tua consumpsit telis & vindice flamma.
Hæc puer exorians nobis, puer inçlytus alto.
Demissus cælo, confecit prælia nobis.
Salve magne puer, clarissima patris imago,
Quem genuit nobis regem sanctissima virgo:*

Tu

*Tu imperium fulcis humeris, tu sydera tollis:
Te summum regem colimus stellantis Olympi.
Et tua carminib. celebramus sacra frequētes.
Namque tuum canimus sanctum & mirabile
numen.*

*Consciens æternæ mentis, magniq̄ minister
Consilij, summus Deus ipse, Deiq̄ propago
Fortis & omnipotens inuictō robore gentes,
Proteris inuisas, inuisaq̄ tartara terres.
Tu princeps generis sancti, tu prolis origo
Æternæ, interpres tu nostræ pacis, & auctor,
Pacis, quam nunquā deleuerit vlla vetustas.
Namq̄ tuo æternum, sanxisti sanguine fœdus.
Quod tandem impuri deleuit crimina mundi,
Et cælum terris miro deuinxit amore.
Et nobis claras sedes reserauit Olympi.
Numine tu patrio regnum tutaris auitum,
Dauidis solum confirmas: iurāq̄, sanctis
Das populis: summoque regis moderamine cæ-
lum.*

*Adsis, ô cæli decus, ô clarissime, nostras
Rex, animas serua, nos & defende periclis,
Atq̄ arce procul æterni contagia læti.
Vt tibi puro animo votū immortalē sacremus,
Nosq̄ tuo semper præsentī numine serues.
Spiritus in nobis sanctum tuus excitet ignem,
Qui sceleris præsci penitus vestigia flammis
Exurat,*

*Exurat, cæli, & nobis incendat amorem.
Nos si circumstent discrimina Martis anhelæ,
Si venti terras ingenti turbine perflent,
Si mare turbatum fluctus ad sidera tollat,
Si cælû horribili superintonet omne fragore,
Tuq; benigno nos vultu respexeris; omnes
Intrepidi motus hinc despiciemus, & alta
Mente poli sedes spectabimus vndiq; tuti:
Inque tuas laudes, carmen modulabimur a-
ptum.
Templa tuas referent sacro tum carmine lau-
des:*

*Sylvæ diuinas referent tum carmine laudes:
Et pulsus sacris resonabit cantibus æther.*

FINIS.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Excudebat Godefridus Kempensis.
Anno Salutis; M. D. LXXVII.